6
7-D
36/1

453A

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
26 L
53

6-7.D.36

Digitized by Google

Digitized by Google

PVNCTA ALIQVOT,
SEV
QVAESTIONES,
IN QVIBVS
Varii exponuntur, & deteguntur exceſſus,
QVI CONTRA INDVLTA, ET PRIVILEGIA
A
SANCTA SEDE
VNIVERSITATI LOVANIENSI,
ET
IN EA FACVLTATI ARTIVM
Gratioſè conceſſa ſenſim irrepſerunt.

Ex Bibl. S^{ae} M^{ae} Trauy^{nae}

ROMAE, Typis Michaelis Herculis. M. DC. LXXI.

Superiorum Permiſſu.

Digitized by Google

Imprimatur ;

Si videbitur Reverendiſs. P. Sac. Pal. Apoſt. Mag.

I. de Ang. Archiep. Vrbin. Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Hyacinthus Libellus Sac. Pal. Apoſt Magiſter.

Digitized by Google

PVNCTA ALIQVOT,

SEV

QVÆSTIONES.

In quibus varii exponuntur, & deteguntur exceſſus, qui contra Indulta, & Privilegia à Sancta Sede Univerſitati Lovanienſi, & in ea Facultati Artium Gratioſè Conceſſa ſenſim irrepſerunt.

PROOEMIVM.

In primis licet nemo inficiari audeat poteſtatis plenitudinem eſſe, & ſemper fuiſſe penes Summum Pōtificem circa omnia, & quæcūque beneficia Eccleſiaſtica, & in iis Dominum abſolutum pariter, & ſupremum haberi, diſponit enim non tantum de vacantibus, ſed jus etiam tribuit vacaturis, *cap. 2. de præbend. in* 6. qua propter *Bald. in l. reſcripta, Cod. de precib. Imp. offerend.* dixit, *quod omnia beneficia totius mundi ſunt Papæ manualia.* Hanc tamen poteſtatis, & juriſdictionis plenitudinem non ſatis reverentur Academici Lovanienſes, diverſimodè excedentes contra ex-

preſſum

preſſum privilegiorum Apoſtolicorum tenorem, Sanctæque Sedis intentionem.

j. Dum nominationes ſuas extendunt ad beneficia vacantia ante nominationem.

ij. Dum Collatores gravant, qui non habent plus quã ſex beneficia.

iij. Quando beneficia acceptant incompatibilia.

iv. Dum acceptant ultra numerum privilegio convenientem.

v. Dum taxam regulatam excedunt.

vj. Dum beneficia affectata, vel reſervata promiſcuè cõferunt.

vij. Quando Privilegiorum Conſervator cognoſcit de beneficiis, quæ tanquam reſervata vel affectata contulit Pontifex uni, & Facultas Artium alteri.

viij Dum nominant, Sede Prælati, ſeu Collatoris vacante.

ix. Et ut illi abuſus, & contraventiones magis eluceſcant, & palam fiant, operæ pretium viſum eſt, primò ex ipſorum Privilegiorum textu, & intentione fundamenta ſtabilire, & per exempla, & caſus, abuſus huiuſmodi exponere. Secundò rationes, & fundamenta ex parte Vniverſitatis Lovanienſis, & Facultatis Artium prætenſa, nec non in diverſis libellis impreſſis ac ſcripturis, quas hinc inde in variis cauſis exhibuerunt, contenta, referre, & confutare, quod per examen, & reſolutionẽ harum Quæſtionum, ſeu Capitum fieri poſſe ſperamus.

QVAE-

QVAESTIO PRIMA.

An Lovanienſes nominare poſſint ad beneficia vacantia.

1. CLarus ſanè eſt textus Privilegiorum *Sixti, Leonis, Clementis*, & aliorum pro negativa, in clauſula, *quod poſt nominationem hujuſmodi perpetuis futuris temporibus vacare contigerit*. Et licet per hoc manifeſtè evincatur, quod beneficium poſt nominationem vacare debeat, ad hoc ut nominatio effectum ſortiatur, tamen Lovanienſes dicunt etiam vacare poſt nominationem quandiu non eſt collatum, & hoc prętextu ſuas nominationes contra Indulti Intentionem extendere conãtur ad beneficia vacantia.

2. Prout non pridem fecerunt reſpectu præbendæ Nivellenſis, quæ per obitum Franciſci de waitte vacaverat in *menſe Apoſtolico*, ſcilicet in *Martio anni* 1668. quia videntes, quod *Summus Pontifex* eodem menſe de ea non diſpoſuerat, quia ad ejus notitiam vacatio non devenerat propter loci diſtantiam, ad eam Lovanienſes nominaverunt *Landelinum Tordoir*, dictæ Vniverſitatis Studioſum, qui, non obſtante diſpoſitione Apoſtolica in favorem *Guilielmi Bouchault* legitimo tempore conceſſa, & publicata, non obſtante etiam poſſeſſione vigore litterarum Apoſtolicarum antea legitimè capta, prætextu dictæ nominationis, Academicus, etiam poſſeſſionem ejuſdem prębendæ accipere, & proviſum Apoſtolicum turbare auſus eſt.

3. Sed abſque ullo ſanè fundamento; nec ille intellectus, ſeu extenſio dictæ clauſulę privilegii de jure & praxi ullo modo ſubſiſtere poteſt.

4. Primo de jure ſemper attendẽda ſunt diſpoſitionis verba *l. 7. ff. de ſupellect. leg.* & conſiderandum tempus, quod in ea exprimitur, nec expreſſio unius temporis comprehendit aliud, prout clarè probatur in *l. 33. ff. de teſtam. tutel. & in l. 33. §. 1. ff. de legatis 3.*

5. Inſuper *Albericus Gentilis ad l. 123. ff. de verb. obl.* notat, certæ & exploratæ rationis eſſe, quod verbum unius temporis

Digitized by Google

non capiatur pro altero, niſi ex adjunctis appareat eam fuiſſe ſcribentis, ſeu concedentis voluntatem.

6. Hac ratione cum *Benedictus* XI. *Regi Franciæ* conceſſiſſet jus percipiendi ad certum tempus fructus beneficiorum, *quæ à Feſto Domini proximè venturo vacare contigerit*, reſpondit *Oldradus conſ.*310.*non competere ipſi fructus beneficii, quod antea vacaverat, licet vacatio perduraſſet poſt illud feſtum*; ubi id pluribus rationibus confirmat,eumque ſequitur *Fagnanus ad cap. ſicut unicè x.de privilegiis & exceſſ.privil.num.*40.

7. Nunc cum privilegium nominandi contineat etiam expreſsè verbum futuri temporis, & in eo dicatur nominatum poſſe acceptare beneficium,*quod poſt nominationem de ſe factam & præſentatam vacare contigerit*, illud comprehendere non debet,quod ante nominationem vacare contigit.

8. Et quamvis rectè dicatur vacatio durare, quandiu non eſt facta collatio, aliud tamen eſt vacationem durare,& aliud, vacationem cōtingere, hoc enim idem ſignificat quod evenire vel accidere, quod initium rei ſeu vacationis propriè denotat *Oldradus loco ſupra citato*, & *Fagnanus*.

9. Et ſic promiſcuè accipi in jure vocem *contingere* cuilibet leviter erudito notum eſt,v. g. dum in l. 1. *ff. de acceptilat. dicitur contingere liberationem per acceptilationem*,*in l.*12.*ff. de ſolutionibus*, *per ſoluti ratihabitionem*, aut in *l.*3. §.*vult. ff. de duobus reis*, *per ſolutionem ab uno correorum factam*, nullus aliter intelligit quàm ipſius liberationis primo eventu.

10. Eodem modo intelliguntur quod dicitur in *l.*6. §.5. *ff.de injuſto*,in *l.*9.§.2.*ff. de Statu liber.* in *l.*25.*ff. de uſucapion.* & plurimis aliis teſtibus,quos refert *Briſſonius verbo contingere*.

11. Multo ſanè fortius debet cenſeri, quod vox contigerit poſita in nominationum Bullis,accipiatur in illa ſua propria & ſtricta ſignificatione, quod in privilegiis,& maximè in litteris *ad beneficia*,verba ſtrictè, & in propria ſignificatione accipiēda ſunt, *cap.*4.*&* 16.*de prabendis in* 6.

12. Idque adeo verum eſt, vt in privilegiis nulla admittatur extenſio, nec argumentum à majori,minori, nec à contrario ſenſu, prout videre eſt apud *Everardum in ſuis locis legalibus,præſertim loco* 82.*num.*33.

13. Vbi

13. Vbi dat rationem, quia, inquit, *Privilegia dicuntur quaſi privatæ leges, cap. privileg. 3. diſtinct. & cum illa privilegia regulariter ſint contra Ius commune, & tendant ad derogandum Iuri communi, debent ſtrictiſſimè intelligi in terminis, ut non extendantur in favorem privilegiati, & per conſequens in eis non poteſt ſumi argunentum à contrario ſenſu ad illum effectum*; hæc ſunt verba Everardi.

14. Et ſic ſtrictè intellectum & obſervatum fuiſſe privilegium ab initio, conſtat ex ipſiſmet nominationum regulis à Facultate Artium factis, parum poſt receptum *Leonis* privilegium, inter quas una erat, qua *nominandus præviè jubebatur jurare quod non acceptaret beneficium actu vacans*.

15. Quid concludentius poſſet adduci ad probandum dictæ clauſulæ privilegii non alium eſſe intellectum, quàm de vacaturo poſt nominationem, præſertim cum jure notum ſit quod quando de ſenſu legis quæſtio eſt, maximè inſpicitur quomodo ab initio lex intellecta, & ad uſum deducta fuit, *l. 37 ff. de legibus*.

16. Et licet hæc ita clara & dilucida eſſe videantur, ut nullus dubitandi locus relinqui poſſet, tamen Lovanienſes in contrarium dicunt, & ſuſtinent nominatum Lovanienſem poſſe acceptare beneficium vacans ante ſuam nominationem, dummodo alicui legitimè collatum needum fuerit, idque probare conantur per doctrinam *VVameſii conſil. canon.* 253.

17. Ex quo Doctore ſuo tranſcripſerunt Lovaniẽſes multa in libro, quem de hac materia publicarunt anno 1664. cui præfixerunt titulum *Academia Lovaniẽſis, & in ea facultatis artium defenſio*, ubi *articulo* 74. & 75. dicunt.

18. Quod in dicto indulto dicitur, inquiunt, *de beneficijs quæ perpetuis futuris temporibus vacare contigerit, indubitatè ad vacantia tempore nominationis, perinde ut ad ea, quæ poſt vacare primum incipiunt, referri, & accommodari debet, & ita jam ſæpius in ſuperioribus tribunalibus judicatum eſſe facilè comprobari poſſet, ſi neceſſum foret*.

19. Et *ſic dicti indulti verba hactenus ſemper accepta & practicata ſunt velut certa & indubitata interpretatione*, ut ajunt.

20. Sed notoriè fallitur & errat tàm dictus *VVameſius*, quàm

quàm præfati libelli *Auctor*.

21. Quandoquidem in diverſis Catalogis nominationum factarum ad vacans, quos non ita pridem nominati in judicio exhibuerunt diligentia magna confectos, non fuit exhibitum antiquius exemplum, quam de anno 1570. adeo ſcilicet conſtans fuit primitivus in contrarium uſus.

22. Nec ſententiæ, quas jactat *VVameſius*, & dicti libri *Auctor*, hactenus lucem viderunt; quamvis ſoleant Lovanienſes litium ſaccos ſententiis etiam extenſis implere, ſi quando aliquæ ſint in favorem eorum ſuper caſu controverſo.

23. Et eo tempore, quo Conſilium illud ſcripſit *VVameſius*, pauci admodum nominati fuerint ad vacantia.

24. Præterea inter regulas nominationum expreſsè fuit poſita illa anno 1522. *quod nominatio non fieret ad vacans*, adeò ut mirum ſit qua ratione *Auctor* dicti libri poſt *VVameſium* dixerit *articulo* 74. *verba Indulti ſic ſemper accepta, & practicata eſſe, velut certa & indubitata Interpretatione*.

25. Nec quidquam probant Doctores, qui in dicto libro allegantur antea etiam allegati à *VVameſio*.

26. *Cynus* enim in loco à *VVameſio* citato, ſeu in *l. cum uxori Cod. quando dies legati cedit*, tantum ait, ex illa fieri, ſeu eſſe argumentum, quod quando *Papa* confert præbendam primo vacaturam, ſi ignoravit præbendam vacatã, quod illam videatur conferre, lex autem *cum uxori* ſolum ita habet, *cum uxori uſusfructus fundi legatur, & eius proprietas, cum liberos habuerit, nato filio, ſtatim proprietas legati cedit*.

27. Hæc lex nec apparenter probat quod dicit *Cynus*, non enim dicit ſufficere quod filius ſit natus ante teſtamentum: quomodo ergo inde poteſt inferri, ſimiliter ſufficere quod vacaverit beneficium ante nominationem?

28. Et licet citata lex diceret ſufficere quod filius eſſet natus ante teſtamentum, nihil adhuc referret, quia non utitur lex ſimili legati formulâ, nec *Cynus* ſimili formula proviſionis, cum formula Indulti.

29. Quia lex non dicit legatum fuiſſe relictum ſub conditione, ſi legatariam filium poſt factum teſtamentum habere contigerit, nec *Cynus* dicit in proviſione de præbenda, quam

poſtea

Digitized by Google

poſtea vacare contigerit, contineri actu vacantem.

30. Et tamen juxta hanc formulam deberet loqui dicta lex, & *Cynus*, ut apparenter poſſent adduci in argumentum.

31. Item doctrinæ *Cyni* non parum obſtat *lex 9. ff. de conditionibus & demonſtrationibus*, in qua dicitur, *ſolemus dicere eum qui in tempus liberorum, uxori legat, de his non ſenſiſſe, quos jam tunc uxor habuit cum teſtaretur maritus*.

32. Præterea *l.* 11. §. 1. *ibidem*, *ſciendum eſt, promiſcuas conditiones poſt mortem impleri oportere, ſi in hoc fiant, ut teſtamento pareatur, veluti ſi Capitolium aſcenderit, & ſimilia. Non promiſcuas, etiam vivo teſtatore exiſtere poſſe: veluti, ſi Titius Conſul factus fuerit*.

33. Et quando Doctores dicunt aliquas conditiones ante mortem Teſtatoris poſſe impleri; requirunt quòd poſt teſtamentum impleantur; ſic *Bruſſellius* explicat legem 60. *ff. de condit. & demonſtrat.*

34. Interdum quidem caſualis conditio impleta ante teſtamentum proficit ad legatum obtinendum, *d. l.* 11. *in princip.* ſed id nunquam obtinet quando Teſtator diſpoſitionem ſuam retulit ad futurum eventum, his vel ſimilibus verbis vtēdo, *poſt, vel poſtea evenerit, acciderit, contigerit*.

35. Iaſon, quem citant Lovanienſes in dicto libro intitulato, *Academiæ Lovanienſis, & in ea Facultatis Artium defenſio*, *pag.* 27. *ar.* 84. docet potius contrarium ejus quod poſt *VVameſium* prætendunt.

36. Cum enim præmiſiſſet *Doctores* aliquos poſt *Baldum* docere ex *l. Titius. §. Lucius ff. de liberis & poſthum.* conceſſionem Pontificiam factam de beneficio vacaturo comprehendere jam vacans, ſubjungit, *tu autem adverte quod iſte textus non probat iſtud, quia Teſtator non eſt uſus verbo futuri temporis, imo præſentis, quia inſtituit id quod eſt in utero, vel id quod in utero haberet, & ſic inſtituit ventrem uxoris, non autem dixit Teſtator, inſtituo Poſthumum naſciturum ex tali nepte mea*.

37. *Decius* citatus à Lovanienſibus *d. pag.* 27. *art.* 85. *poſt VVameſium*, nec de caſu præſenti agit; nec loquitur niſi cum relatione ad *Cynum*, idcirco hìc impendere ſufficiet, quod ſuprà dictum eſt adverſus allegationem *Cyni*.

38. *Ale-*

Digitized by Google

38. *Alexander* adductus *art. citato* 85. & à *VVameſio dicto Conſilio* 253. eodem modo loquitur quo *Decius*, *Alexandri* verba ſunt hæc, *per hoc dicitur quod ſi Papa mandat alicui provideri de primò vacatura in certa Eccleſia, poſſit provideri de ea, quæ vacabat tempore datæ, ſaltem ſi Papa ignorabat illam vacare, ut tenet Cynus in l.cum uxori, Cod.quando dies legati cedat.*

39. Denique nullus præfatorum Doctorum loquitur de caſu quo diſpoſitio concepta eſt ſimili verborum tenore, quo concepta ſunt verba privilegiorum Lovanienſium, nec etiam de diſpoſitione ſimili loquitur *Baldus*, *Caſtrenſis*, *Albericus*, *Imola*, citati *dicta pag.* 25. *&* à *VVameſio*.

40. Itaque omnes illæ Auctorum citationes nituntur falſo ſuppoſito, quo ſupponitur eos loqui in caſu & formula Indulti, quod falſum eſt.

41. Vtpote etiam ex falſo præſuppoſito loquitur Doctor *Ioannes Blanche* in nupera diſputatione de conditionibus *articulo* 75.

42. Supponit enim Ius collationis acquiri Sanctæ Sedi ſolum ſub conditione aliqua facti, ſicuti legatum relictum uxori, *dum cum filio Capuæ erit, acquiritur eidem ſemper ſi per filium ſtet, ſin caſu, inquit, tantum his annis debetur, quibus morata fuerit cum filio.*

43. Contrarium enim certum eſt, ſcilicet, quod Ius conferendi competat Sanctæ Sedi purè ac ſimpliciter ratione univerſalis Iuriſdictionis ſuper omnes Eccleſias; Facultati Artium, nonniſi ſub conditione, *ſi poſt nominationem vacare contigerit*. Itaque invertere potius caſum debebat, non autem cum tanta hallucinatione confundere.

44. Propterea id quod dicit, Ius Pontifici quæſitum ad præbendam Nivellenſem caducitate benignè ab eo receſſiſſe, invertere ſimiliter debebat, & dicere Ius Pontifici quæſitum non potuiſſe ab eo auferri per ſupervenientem nominationem, nec per eam fieri caducum.

45. Quia ut Ius quæſitum fiat caducum opus eſt expreſſo privilegio inducente caducitatem, quale non reperitur Lovanienſibus conceſſum, cum Iure communi Inſpecto, Ius alicui quæſitum non ſolet tolli, niſi ob culpam aut defectum.

46. Con-

Digitized by Google

46. Conceditur quidem Lovanienſibus nominatis Ius acceptandi aliqua reſervata, ideſt talia, de quibus Collatores Inferiores diſponere nequeunt, ſed additur conditio, *ſi poſt nominationem vacare contigerit*, id eſt, *inceperit*, per leges ſupra adductas.

47. Dicunt Lovanienſes in dicto libro *pag.* 28.*art.* 88.*gratias expectativas de beneficio vacaturo facilius executioni mandari in vacante, quia de vacaturis beneficijs proviſio eſt odioſa, at gratia de vacante eſt favorabilis.*

48. Sed potius dicere debebant quod valdè odioſum ſit nominationem factam ad beneficium, *quod poſt ipſam vacare contigerit*, trahi ad illud quod ante vacavit, ſic enim evenit quod quis beneficium vacans non audebit petere à Sancta Sede, ob periculum ne inter moras itineris, ſollicitationis, cōceſſionis, ſuperveniat nominatus, aut ſi petitum ſit & obtentum ab eo, qui putabat nullum nominatum ſuperventurum, is cogatur perdere omnes ſumptus, quos bona fide fecit.

49. Hoc inconveniens & alia graviora, præſertim in locis ubi vigent concordata, metuentes Pontifices, optima ratione voluerunt nominationem præcedere, & *Sua Cæſarea Majeſtas in Concordato anni* 1531.*voluit nominationis fieri inſinuationē.*

50. Ob cujus defectum anno 1637.16. Iulii à *Conſilio Mechlinienſi* condemnatus fuit quidam nominatus *M.Anthoni*, & obtinuerunt Canonici *Aulæ Valencenenſis*.

51. Vtpote etiam nuper, ſcilicet anno 1665. in Ianuario, à *Conſilio Flandriæ* condemnatus eſt alius qui ad vacans fuerat nominatus.

52. Pergunt Lovanienſes *pag.*30.*dicti libri*, & *ar.*93.dicunt, *denique doctrinam illam etiam Summorum Pontificum teſtimonio compertam eſſe probat regula Cancellariæ, qua jam forma à ducentis annis per Innocentium VIII. ejuſque ſucceſſores, & noviſſimè per Innocentium X. conſtitutum eſt ut petenti ſibi provideri de vacaturo, dentur litteræ etiam de vacante.*

53. Verùm ſine fundamento, quia illa regula non pertinet ad expectativas gratias factas de beneficio vacaturo per obitum, quæ ſunt ſublatæ per Concilium Tridentinum.

54. Illud evidenter patet ex altera parte dictæ regulæ, quam

quam Lovanienſes ſubticuerunt, *et è converſo prout expedierit Impetranti*.

55. Quibus verbis ſignificatur quod petenti beneficium ut actu vacans, dentur etiam litteræ de vacaturo, quod cum non poſſit pertinere ad vacationem per obitum per *cap. 1. & ſequentia, de conceſſ. præbend.* nec gratias expectativas ejuſmodi, & pro ſola utilitate petentis voluerit *Innocentius* X. introducere, ſequitur quod illa regula pertineat ad alia ignota quidem *Auctori* dicti libri, ſed ſtylo Cancellariæ notiſſima.

56. Pertinet ſcilicet ad beneficia, quæ quis poſſidet illegitimè, ſive ratione matrimonii occulti, incompatibilitatis, aut criminis, ob quod ipſo Iure privatus eſt poſſeſſor, aut venit privandus; ut enim evitetur controverſia an Canon inferat pœnam latæ ſententiæ, vel ferendæ, aut etiam an matrimoniū fuerit tempore impetrationis contractum, nec ne, de qua re tractat *Chocquier ad reg.* 68. litteræ expediuntur ſub duplici forma, ita poſtulante ratione ſpeciali.

57. Idem etiam expreſsè notavit *Alphonſus Gloſſator* ad dictam regulam, item petenti provideri de vacaturo, quod cum nitatur ratione ſpeciali, ex illa dicendum potius eſt quod Indultum nominandi loquens de eo, quod vacare contigerit, non pertineat ad vacans, ſicuti etiam notat idem *Alphonſus* ibidem, & dicit, *quod verba, vacare contigerit, ſint futuri temporis, non præſentis*.

58. Ad auctoritatem *Rebuffi & Gloſſæ*, quam etiam allegant Lovanienſes in dicto libro *pag.* 29. Item *Putei*, reſpondebitur infra, poſtquam præmiſſa fuerint alia quædam, quæ objiciunt.

59. Rurſus itaque dicunt eundem *VVameſium* tradere *Conſil.* 241. nominatos Lovanienſes poſſe etiam acceptare beneficia reſervata, vel affecta Sedi Apoſtolicæ, dummodo non reſervatione, vel affectione clauſa in corpore Iuris.

60. Quod clarè expreſſiſſe dicunt *Clementem VII.* in ſuo privilegio nominandi Facultati Artium conceſſo anno 1522. per clauſulam, *acceptare valeant beneficia etiam Apoſtolicæ diſpoſitioni quomodolibet, præterquàm reſervatione generali in corpore Iuris clauſa, reſervata*.

61. Vn-

61. Vnde,ajunt,cum præbenda Nivellenſis vacans per obitum dicti de Waitte, necdum collata eſſet tempore nominationis Magiſtri Landelini Tordoir, validè per eum acceptari potuit, licet vacaverit in menſe reſervato: ex quo non aliter reſervata, quàm ratione menſis.

62. Nec obſtare dicunt quod vacaſſet ante prælaturam modernæ Abbatiſſæ, ad quam dicta nominatio dirigebatur.

63. Quia quemadmodum ſi vacaſſet in menſe non reſervato, & reperta fuiſset adhuc vacare tempore hujus Abbatiſſæ, idem Tordoir validè acceptaſſet virtute ejuſmodi ſuæ nominationis.

64. Sic etiam, dicunt, in caſu quo vacavit in menſe reſeruato, cum æquè potuerit acceptare in menſe Apoſtolico ac ordinario.

65. Hæc ſunt, & alia,quæ infra tangentur, quæ Lovanienſes adducunt pro ſua intentione; ſed in vanum & ſine fundamento, ut ex ſequentibus rationibus patebit.

66. Nam quod dicunt beneficia vacantia tempore nominationis dici etiam vacare poſt illam, quamdiu non ſunt collata, eſt Impertinens in caſu privilegii, quia in illo non comprehenduntur omnia beneficia vacantia; ſed tantum id quod *poſt nominationem vacare contigerit*; quod dicitur tantum de eo,cujus vacatio poſt nominationem accidit, & primò incipit: eadem enim ſunt poſt nominationem contingere, & accidere,quod de initio & eventu propriè dici oſtenſum eſt ſuprà.

67. Quod ſi tamen dubium aliquod circa intellectum dictæ clauſulæ Lovanienſes eſſe cogitabant,non ad auctoritates, ſeu opiniones Doctorum,quos citant, recurſum habere debebant, multò minùs ſub prætextu earundem ſtatim ad vias facti excurrere, & ſuas nominationes ad vacātia beneficia,inaudita Sancta Sede, extendere.

68. Sed, cum privilegia nominationum ſint planè odioſa, & contra jus commune conceſſa, ex mera *Sanctæ Sedis* gratia, & motu proprio, debebant ſimiliter ſupplicare pro benigna interpretatione ante omnia habenda.

69. Hoc enim,expreſſo textu, ſtatutum eſt in *cap. cum venissent* 12.*extra de judiciis*,vbi Pōtifex dicit,*cùm ſuper privilegiis*

Sedis Apoſtolicæ cauſæ vertuntur, nolumus de ipſis per alios judicari.

70. Ex quo apparet quod cognitio & interpretatio privilegiorum reſervata ſit Sanctæ Sedi, ejus enim eſt interpretari, cujus eſt condere, *cap. 3. 1. de ſentent. excom. l. 1. & 9. §. 1. Cod. de legibus.*

71. Præſertim in hoc caſu, quod cum modus ac ratio nominationum Lovanienſium procedat ex mero *Sanctæ Sedis* beneplacito, non poſſunt illæ nominationes haberi, nec uſurpari contra ejus voluntatem; omnis enim conceſſio ſumit ſuam rationem & eſſentiam ex ſola concedentis voluntate & intentione.

72. Citra quorum præjudicium dicemus contra *VVameſium*, ſcribentem *Conſil. van. 253.* in fine, *verba Indulti nominandi ſemper ſic eſſe intellecta & practicata, ut poſſet acceptari beneficium vacans tempore nominationis*, id eſſe planè erroneum, quandoquidem nuſquam appareat quod unus fuerit nominatus ad vacans ante annum 1570. *die* 16. *Iulii*, quo tempore totum Belgium inteſtinis ſeditionibus & rebellionibus hæreticorum fuit turbatiſſimum, ut conſtare poteſt ex Strada.

73. Nec mirum eſt quod *VVameſius* plus debito faverit Vniverſitati & Facultati Artium, apparet enim ex tot, quot ſcripſit in eorum favorem conſiliis, quod fuerit impenſiſſimè illis addictus; & tantum ut ſæpius inveniatur ſibi contradixiſſe: hoc eſt dum Facultatis, vel Vniverſitatis cauſam ſuſcepit, aliter ſcripſiſſe quàm ſcripſerit in cauſis aliorum, quod ipſi evenisse notarunt diverſi, & videri poteſt quod ſcripſit in cauſis Ioannis M. & Gudefridi Chinge.

74. Et ejus minùs integra fides colligitur in caſu præſenti ex ipſomet *Conſil.* 253. ubi falſificat textum Bullæ *Sixti IV.* & ſic exprimit quaſi Pontifex uſus fuiſset verbo *contingeret, quod, inquit non omnino futuri temporis habet ſignificationem, ſed mixtã, hoc eſt perinde præſentis ac futuri ſignificativam &c.*

75. Sed magna profectò audacia, vel cæcitas, & cauſa ob quam eo devenerit fortaſse colligitur ex ipſius Conſil. 256.

76. Cum ergo Pontifex uſus ſit non verbo *contingeret*, ſed expreſsè verbo futuro *poſt nominationem contigerit*, iterum hic pro proviſo Apoſtolico adjungemus, quod ſcribit *Albericus*

C *Gentilis*

Digitized by Google

Gentilis ſuper l.123. de verb. ſignif. *Cæterum regula erit, ut ex proprietate Sermonis verbum unius temporis pro alio non capiatur, quod eſt certæ & exploratæ rationis.* Itaque *quod hic alibique diverſum fiat, id ex adjuncto fiat, ergo præſens non pertinet ad futurum. l.76. Si ſtipulatus. §.2.l.89. Si à Colono. l.125. cum ſtipulamur, ff. de verb.obl. quæ leges de ſtipulatione loquuntur, ſed idem in legatis l.46. Si ita, ff. de legat.2.*

77. Et parum infra, *præteritum non pertinet ad præſens, niſi ratione adjuncti, ut in l. noſtra, nec ad futurum l.33. §.1 ff. de legat.3. niſi vulgaris clauſula adeſſet: nam tum & ad præſens & ad futurum, l. talis. §. ult. & l. ſeq. de legat. 1. Bartolus tamen dicit id eſſe in illa lege, quod totum ex voluntate defuncti pendebat, hactenus, & de præterito futurum nec pertinet ad præſens, nec ad præteritum, fallit ſi diſpoſitio tractum habet, l. noviſſima ff. Iudic. ſol. & Alciatus declarat in l.7. vereor tamen ne non fallat, l.7. §.4. ff. de pactis, fallit certè ex adjuncto, ut hic, ubi tamen voluntas appellatur, quod quidem ex voluntate ſcribentis interpretandum eſt.*

78. Ceſsat itaque auctoritas *V. Vameſii*, ſic ut ejus Scriptura & Doctrina tanquam à parte & à membro Vniverſitatis procedens parvi ſit momenti.

79. Tantò minus quod Doctrina *Rebuffi* per eum & Lovanienſes citati ad concordata Galliæ. *tit. de collat. §. præfatique graduati*, verbo *ante vacationem*, illi, nec illis ſuffragari ullo modo poteſt.

80. Cum *Rebuffus* tantum dicat, *quod poſſet etiam fieri inſinuatio in continenti poſt vacationem, argum. §. Tutor, Inſtitut. de auctorit. Tutor.* ubi dicitur quod *Tutor in ipſo negotio debet fieri auctor, poſt vero non valet, niſi in continenti præſtetur auctoritas.*

81. Supponit ergo *Rebuffus* quod nominatio vacationem præceſſerit, quodque inſinuatio fiat incipiente tantum vacatione, ſeù in continenti: in caſu autem proviſionis præſentis, & vacatio diu nominationem præceſſit, nec in continenti, ſed diu poſt facta eſt inſinuatio.

82. Et quod beneficium vacans non poſſit acceptari, quandò Pontifex utitur hac vel ſimili formula, *quod pòſt vacare contigerit*, teſtatur idem *Rebuffus in forma mandati Apoſtolici* ad verbum *poſt menſem*, ita ſcribens; *ergo beneficium ante menſem*

vacans mandatario non debetur, ſumendo argumentum à contrario ſenſu, & parum infrà, *non poſſet mandatarius, ſi eidem non conferretur per ordinarium, acceptare beneficium, quod vacavit ante menſem, licet vacatio duret poſt menſem, quia vacatio non contingit poſt menſem*.

83. Quibus verbis apertiſſimè diſtinguit illa duo, *vacationem contingere, & vacationem durare*, & intendit per priorem formulam ſignificari vacationis initium.

84. Et hoc evidentiſſimè confirmant Galliæ concordata *tit. de collat. §. præfatique ordinarii*, quibus beneficia, quæ certis menſibus vacare contigerint, reſervantur graduatis, & ſtudentibus, alia ordinariis, ut illa juxta Iuris diſpoſitionem conferant: nec enim ordinarius excludere poterit graduatos à beneficio, quod in menſe ipſorum vacaverit, etiamſi vacatio duret diebus v.g. decem, vel duodecim, & pertingat uſque ad menſem ordinarii, nec viciſſim graduatus poterit acceptare beneficium vacans in menſe ordinarii, etiā ſi duret vacatio uſque ad menſem ſequentem, ſeu graduati.

85. Itaque non obſtat etiam Doctrina ejuſdem *Rebuffi de nominat. quæſt.* 15. ubi docet *nominatos poſſe acceptare beneficia ante nominationem vacantia*.

86. Quia longè alia eſt ratio nominationum Galliæ, alia nominationum Lovanienſium, & ambæ, diſtinctò penitus verborum tenore, qui attendi debet, ſunt conceſſæ.

87. In Gallia beneficia, quæ certis menſibus vacare contigerint, conceduntur nominatis & graduatis, qui litteras ſuorū graduum & nominationis inſinuaverint. Ita habet textus privilegiorum, ſeu Concordatorum Galliæ, *tit. de collation. §. præfatique ordinarii*. Ita ut ad ſciendum an ſub nominatione beneficium cadat, necne, inſpici debeat, quo menſe vacaverit, hoc enim apertè ſonant dictorum concordatorū verba.

88. Sed in Lovanienſibus non inſpicitur quo menſe vacet, an ordinario, an Apoſtolico, ſed dicitur, *quod poſt nominationem vacare contigerit*, ſub cujuſmodi forma beneficiū ante vacans non venire ſentit dictus *Rebuffus* ſuprà relatus *nu.* 80.

89. Non obſtat etiam deciſio 48. *Putei lib.* 3. in correctis, ubi expectativa gratia, ad beneficium vacans ſe extendit: non

eſt

eſt enim mirum, cum in gratia dictum erat, *ſi vacat, vel vacare contingat*, & ita deciſio illa proviſum Apoſtolicum juvat cōtra nominatum Academicum; quandoquidem in privilegio nominandi non dicatur ſimiliter beneficium, quod actu vacat, aut poſt nominationem vacare continget, ſed tantùm hunc caſum, *quo poſt nominationem vacare contigerit*.

90. Deinde verba *Putei* deſcripta in dicto libro *Academiæ pag.29.art.90.* ſic tantum habent, *mandatum Apoſtolicum de beneficio, quod intra menſem à notitia vacationis Impetrans duxerit acceptandum, etiam comprehendere actu vacans*.

91. Ex quibus conſtat *Puteum* non loqui de gratia cōceſſa ſub forma, *quod poſt vacare contigerit*, ſed conceſſa ſimpliciter ſine relatione ad tempus, quo inciperet vacatio.

92. Præterea non obſtat etiam quod verbum futuri temporis aliquando comprehendat præſens; *l.verbum oportebit* 8. *ff.de verb.ſign.*

93. Quia in primis conſtat ex aliis ſupracitatis legibus, quod unum tempus aliud non contineat, ideoque ut hoc argumentum concluderet, deberet probari, id quod in *d.l.* dicitur de verbo *oportebit*, pertinere ad cætera verba.

94. Secundò, aliam eſſe rationem iſtius verbi patet, quia cum obligatio lapſu temporis non tollatur, niſi concurrat præſcriptio, & per moram quis non liberetur, ſed potius magis obligetur, rectè dicimus id, quod hodie debetur, adhuc cras debitum iri, & deinceps, quamdiu non erit ſolutio facta, & ſic qui ſpondet pro omni eo quod Titium dare oportebit, etiam pro præſenti debito ſe obligat, & hic proprius eſt caſus dictæ legis.

95. Tertiò in privilegio Facultatis Artium non tantum habetur *tempus futurum*, ſed adjungitur particula *poſt*, juncta verbo *contigerit*; cum ergo lex 8. non dicat, quod qui promiſiſſet ſolvere id quod Titium poſtea dare oportere contigerit, etiam teneatur ad id quod prius deberi cœpit, clarum eſt, quod ad præſentem caſum non pertineat.

96. Ideoque nihil obeſt etiam *gloſſa in Clement.unica de cōceſſione prabend.* verbo, *notitia*, quia in dicta *Clement.* alia eſt gratiæ ſpecies, ibi enim mandatum erat provideri de beneficio

cio, quod intra menſem à notitia vacationis, duxerit acceptandum, nihil autem dictum erat de tempore quo contingere, & evenire vacatio deberet.

97. Deinde eadem gloſſa ibidem dicit, quod *ſi in gratia dictum eſſet, ut provideretur de beneficio, quod intra menſem vacare inchoabit, non poſſit acceptari actu vacans.*

98. Præterea dicta gloſſa non loquitur de gratia conceſſa tali formula, *quod poſt vacare contigerit*, nec etiam dicit ſimpliciter gratiam exſpectativam conceſſam ad beneficium vacaturum, etiam pertinere ad actu vacans, ſed requirit ut appareat de mente diſponentis, *ex quibuſdam adjunctis*, inquit *Albericus Gentilis ad l. 123 ff. de verb. ſignif.*

99. Notandum etiam quod gloſſa non alia nitatur probatione, quàm allegata lege, *verbum oportebit*, quæ ut jam oſtenſum eſt, ad caſum præſentem nihil facit.

100. *Gloſſa in cap. Si poſtquam, verb. poſtmodum, de præbendis in 6.* nihil etiam ſuffragatur intentioni Lovanienſium, ubi, cum Canonicatus eſſet alicui à Pontifice collatus, & eidem data exſpectativa ad præbendam proximè vacaturam, putat deberi actu vacantem.

101. Quia præter ſolutiones hìc ſuprà propoſitas, ad hoc primò reſpondetur Gloſſam etiam fateri, quod de ſtylo Curiæ, futurum non contineat præſens, & propterea adjungi ſolet, ſi quæ vacat, vel quæ primò vacaverit, eſtque textus deſuper expreſſus *in cap. conſtitutus 19.* ※ *de reſcriptis, cap. 5. de conceſſ. præbend. in 6. & cap. 14. de præbend. ibidem.*

102. Secūdò Gloſſa fundat ſe in ſpeciali ratione illa, quod hoc ipſo quo quis eſt creatus Canonicus, Ius abſolutè habeat ad præbendam in eadem Eccleſia, & ſic non eſt mirum quod ſi quæ actu vacat, illam habeat, cum hoc veniat vi Iuris quæſiti poſt actualem collationem Canonicatus, & hæc ſolutio eſt etiam de mente *Felini* ad dictum *cap. 19.* ※ *de reſcriptis*, in verbis, *ſed illud eſt de ratione Canonicatus jam collati*, aliàs ſatis ibidem docet quod gratia de vacaturo non contineat vacans, dum dicit, *ſi materia ſit talis quæ poſſit iterum fieri, exſpectatur quod fiat*, & ita hìc exſpectabitur alia vacatio.

103. Per hoc patet ſolutio ad aliam *Gloſſam* ejuſdem capitis

tis *ſi poſtquam*, verbo *vacaturam*, quam citant Lovanienſes dicta *pag. 29. propè finem*, loquitur enim conformiter ad textum, quem explicat, ſeu de caſu, quo titulo Canoniæ prima præbēda vacans debebatur, & ita Ius ad præbendam vacantem non competit ex vi ſignificationis verbi *vacaturam*, ſed ut dicit *Albericus Gentilis ad l. 123. de verb. ſignif. ratione circumſtantiarum aliarum, quibus poſitis procedit dictum Gloſſæ.*

104. Deinde loquitur de Iure in re, ut patet ex ejus verbis, difficilius Ius conſtituitur in vacatura, quàm in vacante, dū enim vacat præbenda, nihil impedit quo minus Ius alteri quæratur in ipſa, dum non vacat, eſt aliena, in qua difficilius Ius alteri conſtituitur.

105. At verò per nominationem non conſtituitur Ius in re, ſed Ius ad rem: non eſt difforme rationi Iuris ad rem alienam alteri deberi, ſed benè difforme eſt in re aliena, manente aliena, Ius alteri ſine ejus conſenſu acquiri.

106. Denique *pag. 30.* allegant Lovanienſes *Oldradum conſil. 310. & Baldum in cap. 19.* ⁑ *de reſcriptis*, ſed reſpondetur *Oldradum* potius contra ipſos facere. *Baldus* autem loquitur in caſu dicti *cap. 19. & cap. ſi poſtquam*, quem longè eſſe diverſum à caſu præſenti jam oſtendimus, & parum ante ex *Felino*, & inſuper gratia facta erat ſub hac forma, *Præbendam ſi qua vacat in dicta Eccleſia, aut proximè vacaturam conferant*, & ſic tempus præſens fuerat expreſsè à Pontifice ſpecificatum.

107. Ex præmiſſis patet ſolutio ad eos, quos Lovanienſes citant, Doctores, nempe ad *Cynum in l. cum uxori cod. quando dies legati cedat, Iaſonem, Caſtrenſ. Angel. in l. Titius §, Lucius, ff. de liber. & poſthum. Imolam in dicto cap. 19. Alexandrum lib. 5. conſil. 146. Decium conſil. 233.*

108. Quia, ut dictum, nemo illorum loquitur de privilegio ſimilis honoris, quale eſt privilegium nominandi conceſſū Lovanienſibus, deinde loquuntur conformiter ad gloſſam, quam etiam citant, & cui jam data eſt ſolutio.

109. Allegant inſuper Lovanienſes multorum annorum poſſeſſionem, ſeu quod plures beneficia vacantia tempore nominationis acceptaverint, & obtinuerint; ſed ad hoc reſpondetur, quod ſi hinc inde beneficia ſic acceptata non fuerint

collata

Digitized by Google

collata à *Sancta Sede*, id provenisſe, quia non fuit nota vacatio, & quod nemo petiverit, ſive ratione turbarum, ſive quia credebatur non fuiſse vitium in nominatione.

110. Deinde ille prætenſus uſus nominandi ad vacans nõ fuit pacificus, ſed interruptus, & alteratus, quod poterit videri per multa exempla, inter alia per hoc, quod inter cætera nominationis vitia, quæ allegata fuerunt contra *Iacobum Anthoni* nominatum, fuerit hoc, *quod non potuerit nominari ad vacans*, & ipſum in *Concilio Mechlinienſi* 16. *Iulij* 1637. ſuccubuiſſe notum eſt, utpote etiam *Henricum van VVicKelen die* 24. *Ianuarii* 1656. *in Concilio Gandenſi*.

111. Præterea uſus contra textum apertum Privilegii, quod quis exhibere tenetur, non debet prodeſse, ut paſſim teſtantur Doctores, quos refert & ſequitur *Cravet. de antiquitate tempor. part.* 4. *§. abſolutis, num.* 59. *&* 60.

112. Ex prædictis patet etiam ſolutio ad ea, quæ ex *VVameſio conſil.* 254. allegant Lovanienſes, illa enim ſunt Impertinentia: & nihil eorum intentionem juvant, propter expreſſum privilegii textum in ſæpius repetita clauſula, *quod poſt nominationem vacare contigerit*.

113. *VVameſius* ex eodem *conſilio* 254. quod ſcriptum eſt ſuper eadem lite, ſuper qua ſcriptum eſt *conſil.* 253. toties citatum, magno molimine conatur oſtendere, & oſtendit re vera nominationem, de qua agebatur, dudum factam eſse & inſinuatam ante vacationem, & inſinuatio tantum fuit repetita poſt vacationem.

114. Quæ repetitio, inquit, *fuit requiſitionis loco*, itaque nihil in favorem nominationum ad vacans prodeſset, quod nominatus obtinuiſset recredentiam, eò quod ipſo *VVameſio* teſte ibidem, illa fuerit lata antequam ſcripſiſset ſuum *conſilium* 253. & demum poſt illam motam apparet quæſtionem de prævia vacatione.

115. Denique citra præiudicium præmiſsorum hic reflectere convenit, quod Lovanienſes nominaverint ad Canonicatum prædictum Nivellenſem tempore, quo Sedes Dominæ Collatricis vacabat, quod ipſis illicitum erat, ut ex reſolutione facienda ſuper quæſtione octava apparebit.

116. Igi-

Digitized by Google

116. Igitur ex his præmiſſis, & aliis rationibus, quæ addi poſsent, manifeſtiſſimè conſtat, Lovanienſes malè & abuſivè ſuas nominationes voluiſse extendere ad beneficia vacantia.

ADDITIO

AD QVAESTIONEM PRIMAM.

117. HIc abuſus nominandi ad vacans evidentius oſtenditur ex ipſis nominationum Regulis, & juramento ſuper earum obſervatione à nominandis, & nominantibus præſtari juſſo, de quibus facta eſt mētio ſuprà n. 14. & 24. quæ hic annectimus.

118. In primis, Bulla Leonis X. placetata, factæ ſunt certæ regulæ pro hujus vſu legitimo, ſeu ut habent Acta Facultatis 15. Maii 1517. *Facultas deputavit ordinarios, & cum illis ex qualibet natione unum Magiſtrum de Senioribus, adiunctis ex quolibet Padagogio vno Magiſtro Seniore ordinariè legente &c.* Deinde die 18. Maii ſic habent Acta *Convocatis Deputatis ordinariis, & uno ex Senioribus ex qualibet natione, & uno de ordinariè legentibus, ſuper examine Bullæ nominationis, & regulis circa executionem eiuſdem gratiæ, ne exceſſus vel abuſus in nominando committantur, &c.*

119. Inter regulas autem appoſitam fuiſſe illam, ut non fieret Nominatio *ad vacans*, apparet ex nominatione paulò poſt data N. Dullæ, & in libro 1. Nominationum regiſtrata, ſuper qua hoc annotatur, *& hoc ad beneficia vacatura, & non ad actu vacantia.*

120. Deinde in eodem libro nominationum pag. 6. anno 1521. die 23. Ianuar. apponitur, *Domini ordinarunt, quod nemo petentium ſe ad alicuius Collatoris vel Collatricis collationem nominari, nominabitur, niſi ad beneficium vacaturum, & non ante eandem nominationem de perſona ſua faciendam vacans, & quod hoc expreſſè inſeratur in litteris nominationis ſuæ.*

121. Hæc autem regula ſtatim ad uſum redacta eſt, & in litteris nominationum dicta clauſula inſerta, nam paucis annis poſt in dicto libro 1. nominationum pag. 9. ſic habetur: *Nemo petentium ſe nominari, nominabitur ad beneficium vel officium actu, ſeu ante nominationem de perſona ſua factam vel faciendam vacans, ſed dumtaxat ex poſt vacaturum, & quod hoc expreſsè inſeratur in litteris nominationis, prout & quomodo nunc ponitur hæc clauſula, proviſo & ſalvo, quod idem noſter nominatus non poterit vigore huiuſmodi nominationis ſic de perſona ſua factæ acceptare beneficium vel officium actu vacans, ſed dumtaxat vacaturum.* Exemplar nominationis cum dicta clauſula, extat in libro Privile-

Digitized by Google

giorum Academiæ Lovanienſis impreſſo Gandavi anno 1665.
pag. 241.

122. Certè hanc clauſulam non addidiſſent, niſi ipſis conſtitiſſet evidenter id neceſſariò importari per illa verba Bullarum: *Quod poſt nominationem huiuſmodi perpetuis futuris temporibus vacare contigerit*. Nam circa idem tempus Romæ ſollicitabant pro extenſione nominationis, ut conſtat ex litteris Archiduciſſæ dicentis: *Nous auons receu lettres des Orateurs de l'Empereur Monſeigneur & Néveu, que vous repreſentans la faculté des Arts, & Vniverſité, faites faire derechef importunes pourſuites devers Noſtre S. Pere par vos Procureurs, afin d'obtenir ampliation des nominations*, &c.

123. Prædictam ampliationem obtinuerunt à Clemente VII: cujus Bullis receptis & placetatis anno 1531. pro illius, & præcedentium Bullarum uſu factæ ſunt ſtatim Regulę, & Formulæ juramentorum a nominandis præſtandorum, inter juranda hoc inſeritur: *Paretbis Regulis, & ordinationibus Facultatis factis*, deinde ſubſequitur, *Nominationum Regulæ, quæ ſic incipiunt*.

124. *Statuimus & ordinamus, quod volens nominari, &c.* tum parum infrà: *Item quod nominatio ſolum fiat ad beneficia vel officia vacatura, & non vacantia, & Deputati vocati ad conſentiendum nominationi, prius jurent ſe non conſenſuros, niſi juxta has regulas*.

125. Duravitque hic uſus facilè uſque ad annum 1570. (prout dictum eſt ſupra num. 21. & 27.) ante quem annum nullus reperitur acceptaſſe beneficium, quod ante nominationem de ſe factam vacaſſet.

126. Cum autem per Concilium Tridentinum ſublatæ eſſent gratiæ exſpectativæ, & per conſequens privilegium nominationis, ſupplicarunt apud Gregorium XIII. pro confirmatione, aut revalidatione dicti ſui Privilegii, quod ut facilius impetrarent, miſerunt ad eundem Pontificem ſuas nominationum regulas, & *formulas juramentorum præſtari ſolitorum contra abuſus, ad exhibendas eas Illuſtriſſimis Cardinalibus, quorum erat privilegia nominandi recognoſcere*, ut habent Acta iſtius temporis.

127. Confirmavit Pontifex, ſed expreſsè fecit mentionem beneficiorumr quæ poſt nominationem vacare contingeret: Quare cum nihil quoad hoc ampliaverit, ſed ſolum quoad augmentum taxæ, evidens eſt, quod non alio ſenſu acceperit hæc verba, *quod poſt nominationem vacare contigerit*, quàm quo illa intellexerant Prædeceſſores, & intelligēda fuiſſe declaraverat Facultas ipſo uſu adeò diuturno, & per regulas, & juramenta, quæ ad facilitandam impetrationem confirmationis tranſmiſerat ad Rom. Curiam, ut illic faceret fidem de bono Privilegiorum vſu.

128. Quo non obſtante, turbato per bella inteſtina Belgio, ce-
perunt

perunt poſtea paucos aliquos paulatim nominare etiam ad beneficia ante nominationem vacantia : idque poſt adeo conſtantem non nominandi ad vacans uſum 90. circiter annorum, qui hucuſque interceſſerant à dato Privilegio Sixtino ; nam etiam non niſi ad poſtea vacantia nominabat Vniverſitas, ut videre eſt ex libro Privilegiorum Academię Lovanienſis Gandavi impreſſo an. 1665. pag. 238. ubi in litteris nominationis datis die 27. Martii 1501. dicitur : *Nos igitur dicto indulto inhærentes, vobis pro Ottone Magiſtri ſuper hoc, vt beneficium Eccleſiaſticum, poſtquam illud vacare, & eumdem M. Ottonem acceptare contigerit, aſſequi valeat, provideatur,* &c.

129. Hoc ipſum etiam cenſuit Wameſius Conſil. 16. n. 33. & 34. ſcribens : *Diſpenſatio hujuſmodi reſpicit tantum futura, non præterita, ita enim accipienda ſunt verba Bullæ, ſi tibi conferentur, præſentaberis, aut aſſumeris ad illa, quæ ſunt verba merè futuri temporis, nec præteritum aut præſens ex natura ſua comprehendunt.* Ex quibus verbis apparet, quod nimio zelo gratificandi Vniverſitati ſupra citato Conſil. 253. velit ad præſens, & præteritum trahere illud, *quod poſt nominationem vacare contigerit.*

130. Qui idem zelus eouſque Wameſium adduxit, ut dicto Cōſil. 253. (quod ſcripſit circa annum 1580.) non erubuerit dicere verba illa, *Quod poſt nominationem vacare contigerit,* etiam comprehēdere vacans ante nominationē, *& ſic dicti indulti verba hactenus ſemper acceptata, & practicata eſſe, velut certa, & indubitata interpretatione,* quod evidentiſſimè falſitatis convincitur ex dictis à num. 117. & deinceps.

131. Huic impoſturæ ſubnectit inſignem laxitatem, addens: *Ab ea interpretatione recedere non oportet, etiamſi aliquid abſurditatis contineret.* En aliam clariorem ex Conſ. 243. num. 6. quod ſcripſit in favorem cujuſdam, qui vi nominationis acceptarat beneficium incompatibile cum alio, quod prius impetrarat; cum enim objiceretur non licere acceptare incompatibilia, reſpondet, ex uſu & obſeruatione nominatos hactenus ita conſueviſſe acceptare, & obtinere etiam Canonicatus, non obſtante alicujus alterius Canonicatus antecedente acceptatione. Tum addit : *A qua vetere interpretatione & obſervatione recedendum non eſt, etiamſi vel judicio rationis, vel ex verborum tenore deprehendi & demonſtrari poſset, eam non planè rectam eſſe, vel à vero aberrare.*

132. Hæc Wameſius in favorem Vniverſitatis, quem ſequuntur & tantoperè laudant ejuſdem Vniuerſitatis Doctores in libro, cui titulus, *Academia Lovanienſis & in ea Facultatis artium defenſio*, relato ſupra num. 17. & ſequentibus. Cęterum ſi legant Wameſium iis locis, quibus utpotè cauſam Vniverſitatis non tractans, depoſito affectu rationem ducem ſequitur, invenient eum planè

C 2 diſcre-

diſcrepantem à reſolutionibus jam dictis.

133. Nam Conſil.18.num.6.& 7. ita loquitur. *Vnde eſt,quod per Pontificem caſſetur & irrita declaretur electio, non obſtante præcedente obſervatione. ...... Ita quod conſuetudo aliqua conſtitui non debeat vel poſſit, non enim ſequi, ſed penitus eradicare oportet malam conſuetudinem*. Et Conſil. 216.num.4.recipi non vult conſuetudinem, *quæ Romæ Eccleſiæ infert gravamen adverſus Pontificum regulas*: *cum vix ſit*, inquit, 30.*vel* 40. *ac ne quidem centum annorum ſpatio* (*quod requiritur in præſcriptione adverſus Romanam Eccleſiam*) *ad hujuſmodi conſuetudinẽ ſtabiliendã ſufficere videatur*.

134. Malè autem dicto Conſilio 253. pro ſtabilienda conſuetudine in favorem ſuorum Lovanienſium allegat auctoritatem Bertrandi, quia loquitur hic auctor de ſententia arbitrali ante annos quadringentos lata, & ſic de caſu longè diverſo ab illo, quem tractabat Wameſius,pro quo ne paucorum quidem annorum poterat oſtendi conſuetudo, & tum fortè ne unica quidem nominatio ad vacans fuerit effectum ſortita, cum ne unum quidem exemplum in hoc ſuo Conſil.alleget, qui aliàs minimè parcus eſt in exemplis plurimis allegandis, quando ſuppetunt, ut videre eſt ex ejuſdem Conſil.255.num.12. circa medium, & alibi.

135. Similiter licèt jactet poſſe ſe plurimis ſententiis ſupremorũ Tribunalium ſuam reſolutionem ſtabilire,ſi opus eſſet; ne unicum quidem adfert exemplum, neque credibile eſt uel unicam fuiſſe latam ſententiam, cum eo tempore tantum inciperent ad vacans nominare,& proprius uſus Facultatis, ac Vniverſitatis per tot annos præcedentes, verbis Bullarum adeo conformis, & in nominationum litteris ab ipſis expreſſus, omninò poſtulaſſet,ut contra nominatum judicaretur.

136. Et certè ſe ſententiis, & rationibus fuiſſe deſtitutum ſatis indicat Conſilio ſequenti, ſeu 254. num.8. ubi proſequens præcedentis Conſilii materiam, & litem motam adverſus Simonem Six nominatum, magno molimine conatur oſtendere, *non tantum poſt diem nominationis in menſe Maio factæ, verum etiam poſt diem præſentationis, ſeu nominationis in Novembri factæ capellaniam* (in vtroque Conſilio controverſam) *per mortem Eliæ de Planques, quæ in ſequente menſe Ianuario acciderat, contigiſse vacare: & ſic*, inquit, *per omnia verum eſt hanc nominationem & præſentationem non vacanti, ſed vacaturo beneficio accommodatam fuiſse*.

137. Non magis pertinenter citat pro nominatione ad vacantia idem Wameſius Gloſſam Pragmaticę Sanctionis titulo de Collationibus,.§.*Statuit*,ſuper verbo,*inane*:nam ut inſinuatum eſt ſupra n.85. & ſeqq.alia eſt ratio nominationũ Galliæ,alia Lovanienſium; nam in Pragmatica Sanctione(quæ præceſſit concordatum factum cum Leone X.) ſtatuerant Galli, ut tertia pars præbendarum conferre-

tur

tur graduatis aliàs idoneis, qui de ſuis gradibus & ſtudio per legitima documenta fidem feciſſent.

138. Nihil verò in dicta Sanctione diſponitur de tempore, quo incipere debeat vacatio, ſeu acceptatio non reſtringitur ad beneficium, quod *poſt inſinuatum gradum, & ſtudii documenta vacare contigerit*. Non eſt ergo mirum, ſi Gloſſa ibidem dicat, poſſe acceptari vacans tempore inſinuationis, ſed potius mirandum, quod Wameſius Gloſſam adeo impertinentem in ſuum Conſil. intruſerit.

139. Prætendent fortaſsè Academici uſum, & conſuetudinem ſequentium temporum, ſed ad hoc reſpondetur multipliciter.

140. Primò, quod poſſeſſio clancularia non profit, nec fraudulenta, aut adverſus Edicta Principum acquiſita. Princeps Belgii Carolus V. in placeto anni 1531. ſtatuit, ut fieret regiſtrum, in quo nominationes, & acceptationes deſcriberentur, quodque dicti regiſtri daretur libera inſpectio, & extracta mediante ſalario.

141. At verò adeò externis acceſſus ille non permittitur, ut adhuc nuper Petrus le Noir, dictarum nominationum, & acceptationum Notarius, Domino de Haye petenti inſpectionem dicti regiſtri, & extracta, ſcripto reſponderit: *Domine de Haye non poſſum expedire extracta à te petita, niſi ad id primò à Facultate petitus, & datus fuerit conſenſus, itaque poterit accedere Dominum Decanum, & ipſi hoc ipſum inſinuare, & nominare perſonam, à qua babuiſti commiſsionem illa petendi, quia res eſt omnino pluribus de Facultate ſuſpecta*.

142. Reſpondetur ſecundò, etiam per res judicatas, & non ſolum oppoſitione extrajudiciali, uſum præfatum eſſe interruptum; v. gr. anno 1637. Ioannes Ooſt poſt quatuor annorum litem cauſa cecidit ſuper Paſtoratu Burburgenſi in Senatu Flandriæ, ad quem Paſtoratum nominatus fuerat, dum actu vacaret: Item quidam van Winckelen nominatus anno 1663. ad beneficia de Thilrode in Flandria, biennio poſt damnatus eſt eo ipſo titulo, quod jam beneficium vacaret, quando nominabatur. Quibus addi poſſunt N. Moſſis, de quo Wameſius *Coſilio* 39. Lambertus Rottarii, de quo idem Wameſius *Conſil*. 244. & 245. &c.

143. Quod diximus de acceptatione beneficiorum ante nominationem vacantium, fuit etiam ante objectum nominatis quoad beneficia, quorum vacatio contigit poſt nominationem, ſed ante *inſinuationem*, ut patet ex Wameſio *Conſil*. 244. *num*. 9. 245. *num*. 1. & *Conſilio* 254. qui Caroli V. decretum de inſinuatione facienda per nominatos, conatur eludere ſub prætextu, quod Imperator, ſeu Belgii Princeps non poſſet talem legem dare nominandis, cum tamen hi verè ipſius ſubditi ſint, utpotè in Ducatu Brabantiæ degentes.

144. Reſpondetur tertiò cum eodem Wameſio in Conſiliis ſuprà relatis *num*. 133. quod conſuetudo adverſus Romanam Eccleſiam

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ſiam non valeat, niſi ut minimum centenaria, quodque conſuetudo juri contraria non toleranda, ſed penitùs eradicanda ſit.

145. Reſpondetur quartò, quod per Bullam Pauli V. §. *in reliquis*, priores Bullæ Sixti, Leonis, & Gregorii fuerint denuò innovatæ, & per dictam innovationem rurſum reducta Privilegia ad primævæ conceſſionis naturam, & ſi quæ priorum temporum abuſu fuiſſet inchoata conſuetudo, aut præſcriptio, hæc denuò ſubverſa eſt.

146. Quando enim lex innovatur, inducta contra illam medio tempore conſuetudo interrumpitur, ut traditur *in lege* 2. & ibi à Doctoribus, *Cod. quæ ſit longa conſuetudo*, ubi dicitur, *Conſuetudinis, uſuſve longævi non levis eſt auctoritas, non tamen uſque adeò ſui valitura momento ut legem vincat, aut rationem*.

147. Reſpondetur quintò, quod quando conſtat de origine, & titulo, poſſeſſio adverſus eundem non habet vim, ut docet Molineus *in tract. de uſuris quæſt.* 17. *num.* 162. præſertim ubi deficit bona fides, & poſſidendi cauſa, quæ requiritur in præſcriptione Rerum Eccleſiaſticarum, *cap.* 17. ✠ *de præſcript.* in verbis: *In præſcriptione Rerum Eccleſiaſticarum bona fides, & juſtus titulus exiguntur, & etiamſi locum habere potuiſſet præſcriptio, non credimus centenariam præſcriptionem, quæ ſola currit adverſus Romanam Eccleſiam poſſe probari*.

148. Non probatur autem hic: nam, ut in ſuperioribus dictum eſt, nullus ad vacans reperitur nominatus ante annum 1570. & ſi quæ nominatio ad vacans fuiſſet exinde effectum ſortita, ſubduci deberet, ut minimum, tempus 25. annorum, ob tumultus Belgicos, & inteſtina, externaque bella, quæ exinde uſque ad initium ferè hujus ſæculi durarunt; ſubductionem faciendam eſſe tradit *textus cap.* 10. ✠ *de præſcript.*

149. Deinde ſi qua poſt tumultus inchoata fuerit uſurpatio, ea rurſus interrupta eſt anno 1616. per innovationem, confirmationemque Privilegiorum factam à Paulo V. qui decrevit illa ſervanda eſſe cum omnibus ſuis clauſulis, adeòque & cum illa, *quod poſt nominationem vacare contigerit*.

150. Item per interruptiones judiciales relatas ſupra num. 141.

151. Denique huic doctrinæ conſonat uſus gratiarum expectativarum in Belgio à Sua Cæſarea Majeſtate, à Catholico Rege, & Pontificibus conceſſarum, in quibus quando gratiarum auctores voluerunt comprehendere *actu vacans*, id ſemper expreſſerunt, v. g. in Bulla Clementis VII. data Carolo V. anno 1529. 8. Idus Maii dicitur, quod per eum nominati poſſint acceptare beneficia, *ſi quæ nominationis tempore vacabunt, aut cum vacaverint*.

152. Idem repetitur in Brevi directo ad eundem Carolum V. anno 1530. 20. Februar. & in Indulto dato eidem per Julium III.

anno

anno 1552. Item in copia nominationis factæ in vim præfati Indulti an. 1553. necnon in Indulto dato per Pium IV. an. 1560. in favorem Philippi II. ac in nominatione per eundem facta vigore iſtius Indulti an. 1568. die 24. Octob. & in alia data an. 1569. die 26. Novemb. Item data an. 1605. in quibus nominationibus apponitur clauſula, *ſi quæ vacant*, aut *vacaverint*. Referuntur hæc Indulta, & nominationes in libro impreſſo Gandavi anno 1663. cui titulus præfigitur, *Privilegia Nominationum Lovanienſium primùm à Sixto IV. Pontifice*, &c.

153. Ad idem facit Bulla Adriani, ſeu Clementis, in qua pag. 85. Privilegiorum refertur, quòd poſtquam Leo revocaſſet omnes gratias exſpectativas, prætendebant nonnulli nominationes Lovanienſium eſſe ſublatas. Pontifex autem declaravit nullatenus eſſe ſublatas quoad beneficia ſub illis comprehenſa, *tam actu vacantia, quam ex tunc vacatura*.

154. Quibus verbis, ut oſtendat, quod per revocationem ſuam noluerit eis præiudicari, decernit, quod ſi quæ tempore declarationis ſuæ vacabant actu beneficia nominatis vigore nominationis prius factæ debita, & nondum per eoſdem acceptata, æquè poſſent illa acceptare, quàm *vacatura*, quòd ſi vox, *vacaturum*, comprehendiſſet *actu vacans*, non expreſſiſſet Pontifex clauſulã, *actu vacantia*.

155. Ex prædictis colligitur nullo jure niti nominationes ad *vacantia*, per quas contra Bullarum tenorem extendunt Lovanienſes ſua Privilegia, in magnum gravamen tàm Sanctæ Sedis, quàm Ordinariorum, qui aliquando vita, & prælatura ſua pendente haberent beneficium aliquod conferendum; præripitur autem, dum per nominationem ejuſmodi perpetuò Academici ſatagunt, ut omnes tres nominationes eorum vita durante evacuentur, deinde Prælato ſic gravato brevì moriente, iterum tria beneficia acceptãt ad onus ſucceſſoris, cujus frequenter vita brevis eſt, quia plerumque ſenes, & ætate graves ad Prælaturam promoventur; & ſic tum aliis, tum etiam propinquis, quantumvis optimè meritis, proſpicere nullatenus poſſunt.

156. Pro coronide, cum totius præſentis quæſtionis cardo vertatur ſuper intellectu verbi, *contigerit*, non abs re erit hìc examinare quiſnam receptus ſit illius ſenſus, & quæ propria ipſorum Lovanienſium praxis circa collationes beneficiorum in patria Leodienſi. Habet Facultas Artium à Paulo V. Privilegium conferendi omnia beneficia Patriæ Leodienſis, certis dumtaxat dignitatibus, & quibuſdam aliis exceptis, quæ in menſe Novembri ſingulis annis, & etiam Ianuarii alternis per obitum *vacare contigerit*, unde ſimiliter hìc oriri poſſet quæſtio, & peti à Lovanienſibus, quidnam præcisè importent illa verba, *vacare contigerit*, an initium, ſeu

primum

primum eventum, an verò etiam durationem vacationis? ſi ſolum initium, jam ex ipſorum ore deciſa eſt quæſtio, & clarum manet, quod privilegia ſic intelligi non poſſunt, ut extendantur ad beneficia *vacantia ante nominationem*.

157. Sin autem durationem comprehendant, inde ſequetur, quod dicta Facultas conferre poterit omnia beneficia, quorum vacatio durabit in menſe Novembri ſingulis, & Ianuario alternis annis, etiamſi vacare inceperint in menſibus ſibi non aſſignatis, v.g. Septembri, vel Octobri, quod certè omninò erroneum eſt.

158. Siquidem per hoc Collatores Ordinarii exuerentur prærogativa juris ſex menſium, quod ipſis irrefragabiliter, & ſine contradictione competit ad diſponendum de beneficiis vacantibus in ſuis menſibus: imò, quod abſurdius eſt, plerumque in totum privarentur iuri ſuo diſponendi, ſive propter vacationis ignorantiam, Collatorum, aut beneficiatorum decedentium abſentiam, ſiue etiã propter vacationem in fine menſis, v.g. Octobris, quibus, & aliis ſimilibus caſibus vacatione ex neceſſitate perdurãte uſque ad Novembrim, hujuſmodi beneficiorum collationem non ſine ingenti eorum præjudicio ſibi vendicaret facultas.

159. Neque ſolùm Collatoribus Ordinariis præjudicaret hoc interpretationis monſtrum, ſed etiam vel maximè Pontifici, cuius ita arctaretur jus, & conferendi poteſtas, ut de Apoſtolica proviſione beneficiorum vacantium in Septembri, abſolutè apparere deberet ante initium Novembris, adeoque plerumque intra menſem à die vacationis, & ſic caſu ad impoſſibile deducto, non Pontifici reſervatus foret menſis September, ſed iterum Facultati A. quæ hac via loco unius menſis ſingulis annis, aut duorum alternis, modò tres, modò quinque ſibi vendicaret; quæ adeò falſa ſunt, & ridicula, ut omnium, qui planè non cœcutiunt, fugiant intellectum.

160. Et certè, quod nonniſi de primo vacationis eventu intelligi poſſint prææallegata verba, omninò convincit ratio, & confirmat ipſorummet Lovanienſium praxis ſpatio 50. & amplius annorum à tempore Indulti Paulini ſemper conſtantiſſima, quo toto tempore ne quidem auditum fuit, quod auſi ſint prætendere ſibi deberi collationem beneficiorum, quorum vacatio incepiſſet in aliis menſibus, quàm Ianuarii, aut Novembris, cavebuntque ipſi admittere, quod Collatores illius Patriæ, aut etiam Pontifex diſponere poſſint de beneficiis, quorum vacatio evenit in menſibus Facultatis aſſignatis, licèt illa non raró perduret uſque ad menſem Ordinariis, vel Pontifici reſervatum.

161. Vnde cum hoc caſu ſæpè dictum verbum, *contigerit*, intelligi debeat, & intelligant ipſimet de initio vacationis, mirum eſt,

quod

quod adeò cœcutiant, vel potius alios cœcutire arbitrentur, ut non clarè videant idem dicendum eſſe, dum quæſtio eſt de nominationibus ad beneficia Patriæ Regiæ, & propterea concludendũ, quod quidquid hactenùs practicarunt circa extenſionem privilegiorum ad beneficia *actu vacantia ante nominationem*, notorius fuerit abuſus, qui, cum ipſi nolint corrigere, ſuperiorum auctoritate venit retundendus.

QVAESTIO SECVNDA.

An per nominationes Lovanienſes gravari poſſint qui non habent plus quàm ſex beneficia conferenda.

1. Negativa hujus Quæſtionis tam evidens & dilucida reperitur in ipſis privilegiorum verbis, ut mirum ſit quomodo in dubium revocari poſſit.

2. In bulla enim, ſeu privilegio nominationis à *Sixto* conceſſo, & impreſſo Lovanii *pag.* 65. hæc clauſula appoſita eſt, *dummodo Collatores de plus quàm ſex beneficiis diſponere valeant*.

3. Eadem clauſula repetita eſt in Privilegio *Leonis X. pag.* 74. in verbis, *nominatus acceptare valeat beneficium in dictis litteris Sixti prædeceſſoris expreſſum*, & *pag.* 75. prope finem idem *Leo* privilegium nominandi datum Vniverſitati Lovanienſi, extendit ad Facultatem Artium, additque, *cum ſingulis ejus contentis & clauſulis*; ergo cum clauſula, *dummodo de plus quam ſex beneficiis diſponere valeant*, quam in narrativa repetit.

4. Quod confirmatur per narrativam privilegii *Clementis pag.* 80. *Gregorii pag.* 99. & 106. & *Pauli V. pag.* 117. ubi & ſupplicationes Lovanienſium habentur eandem clauſulam continentes.

5. Et hoc optima ſanè ratione ita limitatum eſt, & diſpoſitum fuit, quandoquidem plurimi ſint Collatores, qui tantùm habent 2. 3. 4. 5. aut ſex beneficia conferenda. Quod ſi

graventur per nominationes, non tantùm illi excludentur, ſed maximè Summus Pontifex, quod non modò odioſum, ſed abſurdum dici poſſet.

6. Præterea aliqui Præpoſiti (v.g. *Sanctæ Pharaildis Gandavi*) *Cantores*, *Pœnitentiarii*, *Paſtores* plurimi, qui conferunt Cappellanias ſuarum Parochialium Eccleſiarum; ſi duplici nominatione onerentur, quæ ſuum poſſunt ſortiri effectum in menſibus Apoſtolicis, vix unquam aliquid conferet Sancta Sedes, quia rarò ultra duo, vel tria vacabunt beneficia in vita Prælati, ſeu hujuſmodi Collatoris.

7. Propter has, & ſimiles prægnantes rationes, cum Facultas Artium nominaſſet quemdam *Gregorium Dens* ad beneficium ſpectans ad collationem dicti Præpoſiti *Sanctæ Pharaildis*, *Conſilium Flandriæ anno* 1647. in Majo judicavit contra dictum nominatum, quod etiam *Parlamentum Mechlinienſe* poſtea confirmavit anno 1654. in Iulio, & manutenuit proviſum Apoſtolicum.

8. Illis tamen non obſtantibus, Lovanienſes adhuc nominant ad illos ſupradictos Collatores, & ſic de die in diem privilegiis abutuntur.

9. Fundamentum ſuum ponunt in ſequentibus verbis Bullæ *Leonis*, relatis dicta *pag.* 74. *in princip. habentibus diſpoſitionem etiam qualemcumque beneficiorum*, ſed malè & perperam.

10. Quia per ſe clarum eſt illam dictionem, *qualemcumque*, non afficere vocem *beneficiorum*, ſed vocem *diſpoſitionem*, & ſolùm ſignificare, gravari poſſe Capitulum, aut Prælatum, ſive habeat collationem ſtrictè dictam, ſive præſentationem, ſive conjunctim, ſive diviſim.

11. Deinde particula illa, *qualemcumque*, non ſignificat quantitatem, aut numerum, ſed tantùm qualitatem ejus, cum quo regitur, regitur autem apertè cum voce *diſpoſitionem*, & non cum voce *beneficiorum*.

12. Præſertim, quòd in prædictis privilegiis ſatis conſtet de mente, & intentione concedentium, quod nolint gravari Collatores non habentes plus quam ſex beneficia conferenda, per hoc, quod illam clauſulam, *dummodo de plus quam ſex beneficiis diſponere valeant*, omnes referant.

13. Et

Digitized by Google

13. Et ipſimet Lovanienſes in ſuis libellis ſupplicibus *Sanctæ Sedi* porrectis illam etiam clauſulam expoſuerunt, ut ex narrativa privilegiorum conſtat.

14. Sic quod planè ficta, & abuſiva ſit illa interpretatio, & extenſio, quam facere conantur Lovanienſes.

15. Tantò magis, quod omninò contraria ſit ſacris Canonibus, qui in litteris ad beneficia ſimilem extenſionem prohibent, & damnant, ut patet ex *cap.* 4. 16. §. 2. 25. *& aliis de præbendis in* 6.

16. Et quod in privilegiis, qualia hæc ſunt, nulla prorſus admittatur extenſio, ut ſupra in *prima quæſtione num.* 11. 12. 13. *& ſeqq.* probatum eſt ex *Everardo*, in odioſis enim, & exorbitantibus à jure communi, qualia ſunt illa privilegia, nunquam fieri poteſt extenſio, per textus ſupracitatos.

17. Maximè in hoc caſu, ubi illa extenſio tenderet non tantùm in præjudicium *ordinariorum*, ſed & maximè *Sanctæ Sedis* privilegium concedentis, quod admitti non poſſe, omnia Iura clamant.

18. Ex his igitur concludendum eſſe conſtat, quod Lovanienſes non poſſint per ſuas nominationes gravare Collatores illos, qui plus quam ſex beneficia non habent conferenda, & quidquid hactenus contra fecerunt, ſubſiſtere non poſſit.

19. Sed multò melius in hoc puncto, ut & in præcedenti feciſſent Lovanienſes, & cum tuta conſcientia egiſſent, ſi à *Sancta Sede* benignam deſuper petiiſſent interpretationem, & non privata auctoritate proceſſiſſent; Cum non debeant privilegiati ſiniſtra interpretatione privilegia ſua contra, & præter mentem concedentis producere, & extendere, per textus ſuprà allegatos.

ADDI-

ADDITIO

AD QVAESTIONEM SECVNDAM.

20. IMmò ſi promiſſam toties S. Sedi obedientiam (de quo latiùs infrà) aut debitam intentioni ſuæ Cæſareæ Majeſtatis ſubmiſſionem exhibere voluiſſent, prorſus abſtinere debuiſſent à gravandis ejuſmodi paucorum beneficiorum Collatoribus, non enim poterat illis eſſe ignota Pontificis, aut Imperatoris circa hoc punctum voluntas, & interpretatio.

21. Imperator enim in Placeto dato Gandavi anno 1531. ſatis oſtendit ſibi diſplicuiſſe, quod Collatorum Ordinariorũ collationes in totum enervarentur. Enervabuntur autem in totum Collationes eorum, qui tantùm duo, vel tria beneficia conferenda habent, ſi duabus nominationibus à Facultate Artium, vita durante, graventur; quæ Imperatoris intentio clarius adhuc patet ex Edicto dato 16. Martii 1526. & relato inter Edicta Brabantiæ tomo tertio pagina 59.

22. Cum enim ad Prælaturam promoveantur ordinariè ſeniores, ad beneficia autem nominentur à Facultate paſſim iuvenes, & hos ſupervivere Prælatis notum ſit, non eſt quod ſucceſſor iterùm bis gravandus, ſperet ſe poſſe ullum beneficium conferre.

23. Similiter Romana Curia in cauſa Lovanienſibus notiſſima, & pluribus annis Romæ agitata adverſus Ioannem Iudoci nominatum à Facultate Artium anno 1546. die 1. Iunii, mentem ſuam apertiùs declaravit anno 1550. dum præfatum Iudoci adſtrinxit ad probandum, quod Præpoſitus, ad quem erat nominatus, poſſet conferre pluſquam 6. beneficia; pro indubitato ergo habuit gravari nullo modo poſſe vi privilegii Facultati Artium conceſſi, niſi illum tantum Collatorem, qui de plus quàm ſex beneficiis haberet diſponere. Extat præfata deciſio impreſſa apud Puteum *deciſionum lib. 3. deciſ. 322.*

24. Hinc rurſus patet fraus, aut ignorantia Wameſii, dum Conſil. 244. ubi eadem quæſtione poſt aliquot annos agitata adverſus Lambertum Rotarii à Facultate Artium nominatum, iterùm conatur clientem ſuum *longo, & aſſiduo uſu nominationum Facultatis Artium* protegere.

25. Eadem difficultas mota etiam fuit Ioanni Noteleers, de quo Acta Facultatis Artium anni 1578. ita habent.

26. *Magiſter Ioannes Notelcers vigore privilegii Facultati conceſſi acceptavit beneficium ad collationem Paſtoris de Godſenhoven, habentis duorum tantùm beneficiorum collationem, quod alius quidam Apoſtolica auctoritate impe-*

impetravit : & cum in eo verſetur difficultas, an quemadmodum in privilegio Sixti certus beneficiorum numerus requiritur, id etiam requiratur in privilegio Leonis, quod eſt per ampliationem, ſeu coacervationem ſuperadditum ; petiit Impetrans Apoſtolicus ad expenſas vitandas hujuſmodi controverſiam Officiali Leodienſi committi : ſed præfatus Magiſter putans hujuſmodi commiſſionem vim tranſactionis habere, quæ citra conſenſum Facultatis ex privilegio Gregorii XIII, admiſſa non eſt, noluit in hujuſmodi ſubmiſſionem deſcendere, niſi venia Facultatis. Supplicat proinde Facultati, ut ſi æquum videatur, in hujuſmodi ſubmiſſionem conſentire velit ; qua re benè expenſa, non placuit Facultati hujuſmodi ſubmiſſionem admittere, vel approbare.

27. Sed longè æquius judicium tulerunt Senatus Belgici, nam quæſtione hac ad judicium deducta, ubi exceptio numeri ejuſmodi objecta eſt, conſtanter nominatos condemnaverunt.

28. Sic anno 1638. in Concilio Flandriæ condemnatus eſt Franciſcus Pollet ſurrogatus in locum Hieremiæ Vaes, & Capellania noſtræ Dominæ de Wahaigne in Gubernantia Inſulenſi ſita, adjudicata eſt Roberto Membosch, quia ſcilicet Collator non habebat pluſquam ſex beneficia conferenda.

29. Eadem exceptio de inſufficienti numero allegata eſt adverſus Iacobum Antonii, qui vigore nominationis acceptaverat Paſtoratum Valencenenſem, & condemnatus eſt à Parlamento Mechlinienſi die 16. Iulii anno 1637.

30. Angelus d'Ogimont à Faculate Artium nominatus an. 1634 ad magnum Vicarium Tornacenſem non habentem niſi duorum beneficiorum diſpoſitionem, ac propterea nominationibus non ſubjectum, liti & juri ceſſit 4. Decemb. 1641.

31. Sed Gregorius Dens ab eadem Facultate nominatus ad Præpoſitum S Pharaildis, non habentem diſponere, niſi de ſex beneficiis, nolens prætenſioni & nominationi cedere, primò in Concilio Flandriæ cauſa cecidit, deinde lite per appellationem deducta ad Parlamentum Mechlinienſe, ibidem denuò per definitivam ſententiam condemnatus eſt die 7. Iulii 1654.

32. Nec meliorem ſucceſſum habuit nominatio Ioanni Treillier data 20. Martii 1646. ad onus Hoſpitalarii Cathedralis Eccleſiæ Tornacenſis : nam lite in Baillivatu Tornacenſi agitata, cura Paſtoralis de Warcoing per eundem vigore dictæ nominationis acceptata, adjudicata eſt Antonio Cletii vigore proviſionis dicti Hoſpitalarii, dictuſque nominatus condemnatus 7. Ianuar. 1651.

33. M. Philippus Vendoſme ab eadem Facultate nominatus anno 1652. ad Cantorem Tornacenſem, acceptaverat curam Paſtoralem de Nochin, & adverſarium paſſus Ferdinandum Malfaict cauſam ad Concilium Gandenſe evocaverat, ſed ab hoc cauſa remiſſa ad competentem judicem, nempè Baillivatum Tornacẽſem, ibidem

ibidem condemnatus eſt die 8. Aprilis 1654. illo rurſus titulo, quod præfatus Cantor non haberet diſponere de pluſquā ſex beneficiis.

QVAESTIO TERTIA,

An acceptari poſſint beneficia incompatibilia vigore Nominationum Lovanienſium.

1. TAm fortiter, & inexpugnabiliter per Sacros Canones, & *Sacri Concilii Trident. ſtatuta* hujus quæſtionis negativa reperitur ſtabilita, ut concipi non poſsit, quomodo contradictores adhuc reperiantur.

2. Nam præter diſpoſitionem *cap.* 7. 14. & 28. ✕. *de Præbend.* ſtatutum eſt per dictum *Concil. Trid. ſeſſ.* 7. *cap.* 4. *ut nemo incompatibilia beneficia acceptare, & retinere præſumat,* & *ſeſſ* 24. *cap.* 17. *ut in poſterum unum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur : quod quidem ſi ad vitam ejus, cui confertur, honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat, tunc liceat aliud ſimplex ſufficiens eidem conferre, dummodo utrumque perſonalem reſidentiam non requirat.*

3. Huic diſpoſitioni Concilii Tridentini, & anteriorum Canonum nullibi per privilegia Lovanienſibus conceſſa reperitur derogatum, nec ullibi expreſſum, quod poſsint vigore nominationis acceptari incompatibilia, ſed tantùm dictum, quod unus idemque *poſſit nominari ſæpius,* quod certo certius ad incompatibilia referri nunquam poteſt, obſtantibus præcitatis textibus.

4. Et quod præterea per *cap.* 3. *propè finem de officio ordinarii* ſtatutum eſt, quod *habens beneficium, ſi aliud incompatibile velit obtinere, debeat primum liberè reſignare.*

5. Prętendunt Lovanienſes jura illa non obſtare, quia quādo acceptant incompatibilia, dimittunt primum antequam habeant pacificam poſſeſsionem ſecundi, & hoc dicunt eſſe conforme juri communi & praxi, nec tenentur (dicunt) *dimittere purè & liberè,* ſed poſsunt permutare cum alio ſimplici, & compatibili, & ob inæqualitatem fructuum accipere penſionem

ſionem creandam etiam ab Ordinario, quamdiu non habent in annuis proventibus taxã comprehenſam in privilegio. Hæc, ſeu ſimilia contra proviſum Apoſtolicum allegarunt pro Doctore Scaille, de quo infra.

6. Fundamentum deſumunt ex ipſius privilegiorum Bullis, in quibus dicitur, quod *poſſit unus idemque ſemel, bis, aut tertio nominari*: inde inferunt, ergo etiam poſſunt acceptare incompatibilia, modò dimittant primum ante pacificam poſſeſſionem ſecundi.

7. Sed contra facit, quod privilegium, ſeu gratia ad beneficium, perditur, ſeu ei renunciare cenſeatur, qui acquirit beneficium, *quod non poteſt ſimul retinere cum eo quod vigore privilegii, ſeu gratiæ exſpectatur*, nec excuſatur per hoc, quòd paratus ſit primum reſignare, aut etiam reſignaverit. *Clementina de Reſcript. cap. 4.*

8. Verba *Clementinæ* ſubjungamus charitatis cauſa: *Gratia, ut de dignitate, vel beneficio curato tibi provideatur, renunciare videris, ſi ante adeptionem ejuſdem, aliud beneficium pacificè aſſequaris: quod ſimul de jure cum dignitate, vel beneficio, virtute dictæ gratiæ tibi debito retinere non poſſes, licet illud reſignaveris, aut ſis reſignare paratus.*

9. Dicunt Lovanienſes, quod illa *Clementina* tantùm loquatur de dignitatibus, vel curatis beneficiis, *non autem de Canonicatibus*, & ſic poſſunt vigore privilegii acceptari plures Canonicatus.

10. Sed contrà, *Clementina* non ponit rationem diſpoſitionis in qualitate beneficii, quod ſit dignitas, vel curatum, ſed in eo, *quod non poſſint ſimul retineri*, & tantùm mentio fit dignitatis & beneficii curati, quia ſimilia ſunt frequentius inter ſe incompatibilia.

11. Ita docet *Gloſſa* ibidem verbo *gratiæ*: *expectans*, inquit, *beneficium, perdit gratiam, ſi conſequatur aliud, quod cum illo, quod expectat, de jure tenere non poſſet.* Idem docet *Ioannes Andreas*, cujus doctrina præfatæ *Clementinæ* pro ſummario eſt præfixa, & *Ioannes van Quel* in *Breviario Clementinarum*, & alii plures.

12. Nec juvat eos, quod dicunt, de jure communi, qui

habet

habet beneficium, poſset ab Ordinario acceptare aliud incompatibile, ſeu tale quod cum priori ſimul retineri non poſset.

13. Nam talis diſpoſitio Iuris, ad gratias non extenditur, ut ex *Clementinæ* textu, & citatis *Auctoribus* jam vidimus, & tradit in terminis *Gloſſa* ſuper dicta *Clementina* verbo *paratus*, quæ ſic ſcribit: *ſi tamen paratus vellet dimittere ſecundum beneficium, poſſet per collationem ordinarii conſequi primum olim ſibi debitum: non enim intendit quod ſit inhabilis ad illud, ſed quod ex vi gratiæ non eſt ſibi plus debitum: nec per executores gratiæ conferendum.*

14. Ex quibus apparet quàm juſta fuerit reſolutio *Eminentiſſimorum Cardinalium* declarantium, *Præſide Cardinali Caraffa*, clauſulam, *ſemel, bis, tertio*, in privilegiis *Lovanienſibus poſitam non extendere ſe ad incompatibilia.*

15. Iſtam reſolutionem non poſſunt ignorare Lovanienſes, quandoquidem de illa facta ſit fides Romæ ipſorũ Agenti, ſeu *Petro Lombardo*, qui deinde illud ſcripſit Vniverſitati per litteras, quarum copia hìc annectitur *lit.C. & D.*

16. Inſtitit quidem *Petrus Lombardus* ad habendam moderationem, ſeu quod poſſent nominati acceptare ſecundum incompatibile, modò reſignarent primum, ſed illud non potuit obtinere, uti fidem faciunt ejuſdem litteræ *dicta lit.D.*

17. Cum autem mortuo *Clemente VIII. Paulus V.* conquereretur ſimiliter de abuſibus prædictis, ſeu de frequentibus earumdem perſonarũ nominationibus, *& acceptationibus per eas factis beneficiorum etiam incompatibilium, ut plurimum præbendarum* (ſic habent litteræ *Lombardi*) *tandem anno* 1605. *indicta fuit Vniverſitatis Congregatio ad concipiendos articulos, quibus abuſus omnes à nominationibus & nominatis removerentur, & vitarentur*. Lit.E. *& ſeqq.*

18. Sed apparet nihil eſſe ſubſecutum, aut certè ſi quid ad abuſus tollendos factum eſt, non fuiſse obſervatum, nam idem *Pontifex* advertens ſuas & *Clementis VIII.* Prædeceſsoris ſui querimonias intimatas *Lombardo*, non prodeſse, nec adimpleri *Lombardi* promiſſiones, conqueſtus eſt *Legato Principis Alberti*, & *Princeps Doctori Ianſenio*, qui deinde illud

illud retulit Facultati Artium.

19. Similiter fuerat antea conqueſtus *Vigilius Concilii Sanctoris Præſes lit. A.*

20. Anno 1613. promiſerant emendationem litteris ad *Sanctitatem* ſuam ſcriptis, quæ decrevit viſitari *Vniverſitatem, & ejus membra*, certique articuli à *Viſitatoribus* ſunt concepti, quibus præcipuè multiplicibus, aut etiam incompatibilium, acceptationibus via ſecluditur; ſed non ſunt ſervati.

21. Nam *Guilielmus vande Velde*, qui obtinuerat præbendam, nominatus eſt ad præbendas Cameracenſes.

22. *Ioannes Sinnich* ſimiliter obtinuit Canonicatum *Thurenhautarum & Brugenſem*; *Ioannes Schepperus Cameracenſem Sanctæ Crucis, & Brugenſem*; *Vldaricus Buterne, S. Amati Duaci, & Aquiſgranenſem*.

23. Item dederunt uni *Cobbelgiers* Canonicatum in Flandria, & alium *S. Amati Duaci*, *Carolo Brants Foſſenſem Canonicatum in Patria Leodienſi, & Inſulenſem, Pontano Paſtoratum & Canonicatum*.

24. Alii plures multos Canonicatus Eccleſiarum, quarum Collator confert octo, vel plures præbendas, obtinuerunt, non obſtantibus dictæ Viſitationis Decretis, quorum unum ſingularem ſubjungemus.

25. *D. Henricus Scaille*, alias Sacræ Theologiæ Baccalaureus, & Amanuenſis *Domini Sinnichii*, nunc *S. Th. Doctor*, & in lectione Succeſſor, accepit anno 1649. per viam nominationis Paſtoratum de *Marcinelle in Patria Leodienſi*, cum necdum attigiſſet annum 24. quem permutavit cum Paſtoratu de *Covillet*, accepta etiam penſione, cujus poſterioris Paſtoratus factus fuerat interim capax, & ætatis ſufficiens.

26. Et quamvis ſtrictiſſimè præcipiatur per privilegiū *Gregorii XIII.* & *Pauli V.* ut proviſi de Paſtoratibus teneantur ad reſidentiam, Privileg. *pag.* 103. & 107. attamen cum eodem *D. Scaille* diſpenſavit Facultas Artium ſuper reſidentia, eumque pro Lovanii reſidente habuit, & poſteà dedit, eidem via nominationis, beneficium Foraneum in *Parochia de Remel*, vel *Remen*.

27. Denuò eundem nominavit Vniverſitas ad Præbendas

Antonienſes propè Tornacum, vigore cujus nominationis obtinuit Canonicatum & Præbendam, quam poſtea reſignavit ſub penſione circiter 350. florenorum Brabanticorum, hoc eſt circiter 73. ducatorum aureorum de Camera.

28. Et non obſtante tam hac poſtrema proviſione, quàm aliis ſupra relatis, iterum dederunt eidem Canonicatum Chynacenſem Patriæ Leodienſis, quem *Summus Pontifex* ideo contulit alteri: ſed dictus *Scaille per Domini Conſervatoris* auctoritatem impedivit executionem Bullarū jam à quadriēnio.

29. Fortaſſe Lovanienſes volent excuſare aliquos ex his abuſibus, ea ratione, quod aliqui acceperint duos Canonicatus, vel Paſtoratum cum Canonicatu vigore diverſi privilegii, ſeu vigore unius nominationis ex parte Facultatis, & alterius ex parte Vniverſitatis.

30. Sed contrà primò facit, quod *Samuel Loyarts* Paſtoratum non acceperat via nominationis, & tamen *Clemens VIII.* acceptationem Canonicatus Trajectenſis poſteà factam improbabat ratione incompatibilitatis.

31. Item *Clementina Gratia* non reſtringitur ad duo beneficia accepta vigore gratiarum ejuſdem generis, ſed abſolutè dicit, *perdi gratiam ad ſecundum per acceptationem primi incompatibilis*.

32. Tertiò, illa in quibuſvis beneficiis incompatibilibus locum habet, ſed quando ſunt talia, ut non poſſit quis in utroque reſidere, etiamſi eſſent capellæ, ut dicunt (præter citatos *Auctores*) *Benedictus Capra*, & *Laudenſis* ad *Clementinam Gratia*.

33. Quartò, Bulla *Leonis* in illa parte, qua permittit nominatum ab Vniverſitate poſſe nominari à Facultate, & contrà, non magis exprimit poſſe acceptari incompatibilia vigore diverſarum iſtarum Nominationum, quàm vigore duarum datarum ex parte ſolius Facultatis Artium, uti etiam apparet ſenſiſſe Vniverſitatem in Nominatione *D. Mannars* hic juncta *litt. M.* & tamen vigore iſtius Nominationis non poterat acceptare Cathedralem Præbendam *Tornacenſem*, quia Vniverſitas non nominat ad beneficia Civitatis *Tornacenſis*.

34. Quin-

34. Quintò, *Henricus Scaille* ex parte Facultatis Artium acceperat prædictum Paſtoratum de *Marcinelle*, quem ſub-penſione permutavit cum Paſtoratu de *Corviller*, accepta inſuper penſione, ex parte cujus Facultatis acceperat Canonicatum *Cynacenſem*.

35. Nec obſtat quod ſolum Paſtoratum de *Marcinelle*, non autem Paſtoratum de Covillet accepiſſet via Nominationis, & poſteriorem ſolùm via permutationis, quia ſi eo prætextu excuſetur à reſidentia, via aperietur eludendi id, quod decrevere *Gregorius* XIII. & *Paulus V.* necnon Sua *Catholica Majeſtas*, ſtatuentes ut per privilegium Proviſi reſiderent, nec ſe excuſare poſſent, etiamſi eſſent Doctores, ac Rectores. *Privil. pag.* 107. 111. 130.

36. Sextò, decreverunt *Viſitatores* conformiter ad *Concil. Trident. ut nemo poſſet habere plures, quàm duo beneficia*, & licèt permiſiſſent (quod non) acceptationem trium, tamen Canonicatus *Cynacenſis* fuit quartum, & Canonicatus *Antonienſis* tertium, ergo proviſus de Paſtoratu, de beneficio in Flandria, & Canonicatu Antonienſi, non poterat habere Cynacenſem, quia Canonicatus *Antonienſis* cum eſſet tertium, & inſuper ſecundi ordinis, debebat ut minimùm eſse finalis proviſio, juxta ſtatutum, quod propria auctoritate Magiſtri Facultatis fecerunt, quamquam in eo extenderint (tamen perperam) id quod de duobus beneficiis antea factum erat à Viſitatoribus.

37. Ex quibus redditur indubitatum, quod tenuerit proviſio Pontificia de Canonicatu *Cynacenſi*, & quod D. Conſervator malè impediat executionem Bullarum.

38. Sicut etiam impedit quominus plures aliæ legitimæ proviſiones *Apoſtolicæ Sedis* ſortiantur effectum, ac *S. Sedis* Sententias & Decreta non veretur caſſare, de quibus latiùs in quæſtionibus ſequentibus.

39. Cum verò Caſsationes ejuſmodi, & eluſiones Decretorum Apoſtolicorum non fiant à *Conſervatore*, niſi inſtante parte, ſeu Academico Proviſo, judex enim officium non impertitur, niſi rogatus, & inter cætera dictæ Facultatis ſtatuta ſit illud, quo cavetur, *ut is, cui ſit proviſio vigore privilegii, promittat*

mitat acquieſcere judicio Facultatis, optima erit occaſio ſatisfaciendi *Sanctæ Sedi*, ſi Facultas iſtos exceſsus improbet, & proviſis ſuis injungat, prout debet, ut à proſecutione deſiſtant, aut certè ſi putet ex prefatis proviſis aliquos non exceſſiſſe, exhibeat rationes ſuas, declarando quos tueri velit, necne, & cæteris imponat ſilentium.

ADDITIO

AD QVAESTIONEM TERTIAM.

40. Neque enim dictam acceptationem incompatibilium tueri poſſunt ex eo, quod in privilegiis ante Tridentinū conceſſis dicatur *poſſe eumdem ſæpius nominari*, ut tactum eſt ſupra num. 6. Nam, ut patet ex extractis citatis ſub litteris C. & D. clauſula illa non extendit ſe ad acceptationem incompatibilium.

41. Diſpenſatio enim, qua contra Canones datur poteſtas, ut poſſit quis habere plures gratias exſpectativas, diverſa eſt à diſpenſatione, qua conceditur, ut poſſit acceptare incompatibilia, *cap. 3. de Officio Ordinarii in 6.* & Clementina *Gratiæ, de Reſcript.* nam quoad incompatibilia obtinenda, debet ſpecialiter conſtare de diſpenſatione, *d. cap. 3.* Sic ſi alicui detur gratia exſpectativa ad præbendam proximè vacaturam, per hoc non cenſetur diſpenſatum in ætate ad ſuſcipiendos Ordines, ſi fortè præbenda primò vacans eſſet Sacerdotalis, *cap. 29. de præbendis in 6.* ſed opus eſt diſpenſatione ſpeciali.

42. Idem ſentit *VVameſius Conſil. 33. num. 6.* ubi tradit diſpenſatum ad tria beneficia, non poſſe, vigore diſpenſationis, obtinere beneficium tertium in illa Eccleſia, in qua Pater miniſtravit, eo quod ſpeciali jure prohibeatur filius miniſtrare in Eccleſia, in qua Pater miniſtravit.

43. Sic autem loquitur: *Ita quòd hujuſmodi diſpenſatio ad duo ſimplicia, & unum curatum, beneficia, vires ſuas non extendat ad illa, quæ ſunt in illa Eccleſia, in qua Pater diſpenſati intitulatus, ſeu beneficiatus fuit; ſive ſit ſimile, ſive diſsimile. Vnde etiam eſt, quod ſubreptitia dicatur eſſe diſpenſatio à Papa obtenta, qua alicui ſic illegitimè nato conceditur, ut in Eccleſia, in qua Pater ejus miniſtravit, Capellanus eſſe poſsit: ſi hoc quoque, quod ſit in Sacerdotio Patris ſui genitus, non expreſſerit. Sunt enim duo diſtincta, & ſeparata hæc vitia, ſeu impedimenta; natum eſſe ex Presbytero, & Patrem Preſbyterum in eadem Eccleſia adminiſtraſſe, ſeu beneficiatum fuiſſe. Quorum*

altero

Digitized by Google

altero ſublato per diſpenſationem, manet vis impediendi ex reliquo, cujus in diſpenſatione nulla mentio fuit: quot enim ſunt, ſeu occurrunt impedimenta, ut res, quæ agitur, progreſſum & effectum habeat, tot debent illorum eſſe ſpeciales, ſaltem per accumulationem, ſublationes, ſeu diſpenſationes.

44. Wameſio conſentit Pyrrhus Corradus in praxi diſpenſationum lib. 1. cap. 5. num. 14 *Generalis*, inquit, *regula conſtituenda eſt, videlicet, quod in quibuſcumque diſpenſationibus, ſeu mandatis ad diſpenſandum, illud jus tantum tribuitur, quantum exprimitur, ut per D. Io. And. in C. Ex eo, de elect. in 6. & hoc propter naturam diſpenſationis, quæ propter receſſum à jure, ut dictum eſt, venit reſtringenda.*

45. Cum ergo per anteriora Privilegia non ſit ſpecialiter diſpenſatum, ſeu derogatũ *Clementinæ Gratiæ* ſtatuenti, quod per acceptationem unius, quis excludatur ab acceptatione alterius incompatibilis virtute gratiæ Apoſtolicæ facienda, manifeſtum eſt ad acceptationem incompatibilium non extendere ſe dicta Privilegia.

46. Quod etiam è Lovanienſibus docuit Peckius latiùs relatus infra quæſt. 4. n. 44. ubi etiam oſtendit non ſufficere, quod quis paratùs ſit primum reſignare; & hoc procedere in quacumque gratia cujuſcumque beneficii incompatibilis.

47. Hoc ipſum etiam expreſsè docet Wameſius adverſus Ioan. Molin. Conſil. 16. ubi num. 9. in fine, tradit dictam Clementinam eſſe editam, *ut tollatur incompatibilium pluralitas, & nimia cupiditas illorum, qui plurium ſtipendia occupare conantur.* Et num. 10. dicit non eſſe reſtringendam ad caſum aliquem ſpecialem, *cum ſit facta ex æquitate.* Et num. 18. *Canon ille generaliter illaqueat omnes, qui cupidè proſiliunt ad incompatibilia eum aliis priùs acquiſitis, vel ſperatis virtute gratiæ Apoſtolicæ.*

48. Itaque, neque ex Bulla Leonis, neque ex Bulla Adriani, ſeu Clementis VII. poſſunt acceptare incompatibilia, quia, ut dictum eſt, in illis nulla reperitur ſpecialis diſpenſatio, aut Canonum derogatio circa incompatibilia.

49. Multò minus ea acceptare poſſunt vigore poſteriorum Bullarum Gregorii XIII. aut Pauli V. nam incompatibilitas iterum ſpecialiter prohibita eſt à Tridentino *ſeſſ. 7. cap. 4. de reformatione*, ubi præcipitur, ne quis incompatibilia recipiat contra formam priorum Canonum; prohibet ergo, ne quis recipiat contra formam *Clementinæ Gratiæ.*

50. Et licèt Gregorius XIII. confirmãdo priora privilegia adjecerit clauſulam, *non obſtantibus Synodalibus & Univerſalibus Conciliis*, nihil tamen inde concluditur pro acceptatione incompatibilium.

51. Notandum enim eſt, quod illa confirmatio data ſit ad petitionem Univerſitatis, & Facultatis Artium, quæ non petiit, ut poſſent acceptari incompatibilia, ſed ut reſtitueretur privilegium nominandi ad vacatura, ſeu gratiæ exſpectativæ, quę per idem Cõcilium

Digitized by Google

cilium ſublatæ erant, *ſeſſ. 24.cap.19.*& *ſeſs. 25. cap 9. de reform.* cujus ſublationis occaſione, dicta Facultas, & Vniverſitas ſuſpenderunt publicationem Concilii Tridentini in Academia per duos annos, & amplius, ut patet ex Actis Vniverſitatis hic annexis littera P. & ex Faſtis Academicis littera Q.

52. Quòd autem prædicta petitio verteretur circa reſtitutionē gratiarum exſpectativarum, patet ex litteris Ducis Albani ad Suam Majeſtatem hic annexis litt. R. & ex litteris Epiſcopi Gandenſis annexis litt. S.

53. Auxit præterea in eadem Bulla Gregorius XIII. taxā Sixti ad quantitatem taxæ Leoninæ, ſed & pro hoc diù, & ſæpè ſupplicaverant, quod etiam innuit idem Pontifex, quia, dum augmentum concedit, nullam facit mentionem motus proprii.

54. Conformiter itaque ad petita intelligitur derogatio facta Conciliis, præſertim cum præfatus Gregorius in ſua Bulla dicat ſe confirmare, & de novo concedere dicta privilegia, quemadmodum per Prædeceſſores ſuos conceſſa, & confirmata fuerant. Et inſuper, quia omnis gratia poſt Concilium prædictum data, intelligitur conformiter ad mentem prædicti Concilii quoad ea, in quibus dicto Concilio expreſsè non derogatur, per ea, quæ tradit Pyrrhus Corradus *lib 2. diſpenſationum Apoſtolicarum cap.7.num 13.& ſeqq* nihil autē de incompatibilium acceptatione dixit Gregorius.

55. Idem plenius conſtat ex iis, quæ poſt datam à Gregor. XIII. Bullam, ideſt poſt annum 1572. ſunt ſubſecuta: Semper enim Sancta Sedes declaravit, & ſuſtinuit clauſulam, quę permittit eumdem ſæpius nominari, non extendere ſe ad incompatibilium acceptationem, ut patet ex extractis exhibitis ad calcem hujus quæſtionis ſub litt. C. & D. quibus annectitur aliud ſub litt. T.

56. Gisbertus Danielis, aliàs Moſſis, anno 1585. nominatus ad Abbatem Viſetenſem, acceptaverat eodem anno Canonicatum ibidem. Deinde anno 1586. nominatus ad Præpoſitum Tungrenſem, acceptavit 12. Maii anno 1588. Canonicatum Tungrenſem. Super quo lis ei Romæ mota eſt ratione incompatibilitatis.

57. Hanc litem commendavit Vniverſitas Cardinali Montalto, qui ad commendationem reſcripſit: *Quod attinet ad Privilegia, de quibus mihi ſcribitis, ne ad Romanam Curiam trahamini, hortatur vos Sua Sanctitas, ut curetis illa ad Vrbem transferri, neque enim recuſabit, ubi fuerint recognita, compertaque cum Romanorum Pontificum voluntate, & ſententia conſentire, illa rata, grataque habere, & ſi opus eſſe intellexerit, etiam ſua auctoritate confirmare.* Ita habent Acta Vniverſitatis ſub finem dicti anni.

58. Miſit Vniverſitas privilegia, ut refertur in iiſdem Actis ad diem 8. Martii 1589. quibus viſis anno 1590. cum dictus Danielis
eſſet

eſſet Decanus Facultatis Artium, *accepit ab Vrbe latam eſſe contra ſe ſententiam in favorem ſui adverſarii, per quam ipſe declaratur in dicto Canonicatu & Præbenda intruſus, & ideo per Capitulum extrudendus, & ipſe adverſarius ad dicti Canonicatus, & Præbendæ poſſeſſionem admittendus*. Ita Acta Univerſitatis ad annum 1590.

59. Sed, cum non pareret latæ contra ſe ſententiæ, excommunicatus eſt, & in excommunicatione inſorduit, in tantum, ut etiam priore Canonicatu Viſetenſi Pontifex eundem privandum cenſuerit: de quo ita habent Acta.

60. *Die Sabb. tertia Aprilis* 1593. *indicta fuit extraordinaria congregatio ſub juramento ad requiſitionem M.D. Rectoris, ob novam difficultatem, quæ mota eſt Gisberto Danielis ......qui cum hactenus multa ſit paſſus in tuendis privilegiis Univerſitatis, &* Facultatis *Artium, cauſa ſuæ nominationis, nūc rurſus infeſtatur ab alio quodam, qui prætendit ſibi proviſum eſſe de Præbenda quadam in Eccleſia S. Adelini Viſetenſi, quā hactenus pacificè poſſederat prædictus M Gisbertus, tamquam nunc vacante per hoc, quod (ut prætendit adverſarius) M Gisbertus in excommunicatione contra ſe lata perſiſtat, & ſordeſcat, Quamobrem cum pro conſilio & auxilio*, &c.

61. Circa eadem tempora Godefridus Chineii prius proviſus de Canonicatu Hilverbecano vigore nominationis ex parte Univerſitatis, ut habet Wameſius Conſil. 243. n. 1. circa medium, poſtea ex parte Facultatis Artium nominatus ad Præpoſitum Eccleſiæ Collegiatæ Tungrenſis (Wameſius ibidem) acceptavit Canonicatum ejuſdem Eccleſiæ, ſuper quo ſimiliter lis mota eſt Romæ, ut conſtat ex litteris Cardinalis Montalto datis 20. Martii 1590. quæ ſic habent.

62. "*Eruditiſſimi Viri, permotus SS. D. Sixtus V. litteris veſtris Lovanii 12. Febr. datis, nihil prius habuit, quàm ut vota, poſtulataque veſtra benignè audiret, illiſque humaniter cederet. Itaque cauſam, quæ in S. Rotæ Auditorio ſuper Canonicatu, & Præbenda Tungrenſi inter Godefridum Chineii ab iſta Univerſitate nominatum ex una, & quemdam Matthæum familiarem Orani ejuſdem Rotæ Auditoris ex altera partibus agitabatur, ad ſe continuò à Rota avocavit, & Cardinali Pinello, quem quidem procuratores veſtri poſtulabant, audiendam, cognoſcendam, & debito fine terminandam delegavit. Erunt igitur partes veſtræ cùm firmamenta, rationeſque, quibus jus veſtri Collegii innititur, in judicio probare, tum aſſiduis precibus*. &c.

63. Quæ porrò fuerit controverſiæ cauſa, exponit Wameſius Conſil. 243. nempè, *quod præfato Godefrido objiceretur, Executores in Bullis privilegiorum deſignatos non poſſe nominatis, beneficium vel ex eodem, vel ex alio Indulto, vel alia ex cauſa habentibus, conferre aliud cum illo priore incompatibile; idque non tantum quoad retentionem, ſed etiam adeptionem poſterioris incompatibilis beneficii; quaſi ex vitio, incapacitate, & inhabilitate ipſius nominati, & reſtrictiore poteſtate ipſius Executoris, ſeu Collatoris, cui per dicta*

indulta

indulta mandatum eſt, nominatis acceptata beneficia conferre, & de illis providere, diſcrimine in hoc articulo conſtituto inter ordinarium Collatorem, & eum, cui ex mandato Apoſtolico, ſeu Apoſtolica delegatione alicui providere permittitur, vel mandatur, ut Ordinarius poſſit ſaltem ad effectum adeptionis, non verò retentionis incompatibile beneficium conferre habenti aliud incompatibile; delegatus verò ne quidem ad effectum adeptionis, ſeu aſſecutionis: & ſic in delegati collatione, ſeu proviſione conſiſtat omnimoda nullitas collationis, ſeu proviſionis ſecundi, ſeu poſterioris beneficii, permanente ſola poteſtate retinendi primi; in ordinaria verò proviſione nulla ſit ſecundo loco collati beneficii nullitas, ſed proviſionis ſequentis hic effectus, ut per poſteriorem proviſionē, & adeptionem inducatur prioris obtenti vacatio, adempta poteſtate illius retinendi.

64. Advertit ſatis Wameſius ſe non poſſe ſufficienter ſtabilire Ius collationis factæ de præfato Canonicatu Tungrenſi, & nimis notoriè obſtare Clementinam *Gratiæ*, licèt hoc diſſimulet. Vnde iterum malè ad uſum, & conſuetudinē recurrit, & ita ſcribit n.6. *de qua interpretatione dubitandum nō eſt ex inveterato uſu, & obſervatione dictorum Indultorum ex quibus nominati hactenus ita conſueverunt acceptare, & obtinere etiam Canonicatus; non obſtante alicuius alterius Canonicatus antecedente acceptatione, quamdiu ad præfinitam ſufficientiam non pervenerunt. A qua vetere interpretatione, & obſervatione recedendum non eſt, etiamſi vel judicio rationis, vel ex verborum tenore deprehendi, & demonſtrari poſſet, eam non planè rectam eſſe, vel à vero aberrare.*

65. Verùm talem uſum melius vocaſſet abuſum ſæpius à S. Sede reprobatum, ut conſtabit ex quæſt. 7. ea in parte, qua juriſdictio Conſervatoris diſcutitur ex ipſis Actis, & propterea hoc ipſemet ſatis cernens confugit aliò n.7. & 8. & ait Canonicatum Hilvarēbecenſem tempore acceptationis Tungrenſis fuiſſe ipſi factum inutilem, utpotè, qui per inteſtina bella in eo reſidere non potuerit, nec fructus inde percipere.

66. Quis porrò fuerit hujus etiam litis exitus; facilè colligitur ex ſequentibus. Perſtitit Romana Sedes, Miſſa ſunt Romam privilegia, Deputatus eò eſt Petrus Lombardus, ut conſtat ex Actis Vniverſitatis, & Facultatis annorum ſequentium, multis inſtitit præfatus Lombardus, ut ſicuti Ordinarius Collator poteſt habenti beneficium conferre aliud incompatibile, dummodo primū dimittat, ita quoque poſſet privilegiorum Lovanienſium executor, ſed obtinere id non potuit, ut inſinuatum eſt ſupra n. 14. 15. 16. & habetur latiùs in extractis ſub litt. C. & D.

67. Item in extracto ſub litt. T. ex quo conſtat à Congregatione Cardinalium interpretum Concilii Tridentini, præſidente Cardinale Caraffa, declaratum eſſe, Clauſulam illam privilegio inſertam, quod ſemel nominatus poſſit iterum nominari, *intelligendam eſſe de beneficiis compatibilibus dumtaxat*. Ita ſonant litteræ Lombardi

datæ Romæ 1601. ſub dicta littera T.

68. His exemplis, ut credibile eſt, territus Samuel Loyarts Paſtor D. Michaelis Lovanii, & ſic incapax acceptandi aliud beneficium incompatibile, noluit acceptare Præbendam Tungrẽſem anno 1600. licèt vacantem nominatione ſua ex parte Facultatis pendente, ut referunt Acta Facultatis Artium ad eumdem annum.

69. Sed in Patria Regia acceptavit Præbendam Trajectenſem vigore nominationis ex parte Vniverſitatis: verùm rurſus obſtitit Curia Romana, ipſo Pontifice objiciente, & improbante acceptationem incompatibilium. Neque impetrare Lombardus potuit, ut acceptatio rata à Pontifice haberetur. Vt patet ex extractis ſub litt. B.C.D.E.T.

70. Rurſus eadem difficultas mota eſt anno 1605. & deinceps, conquerente deſuper Paulo V. ut patet ex extractis ad calcẽ hujus quæſt. ſub litt. E. & F. uti & ſub litt. V. & X.

71. Vnde tandem Vniverſitas, & Facultas quaſdam Regulas ad vitandam ejuſmodi incompatibilium acceptationem compoſuit, ut videre eſt ex annexis ad calcem hujus quæſtionis ſub litt. V. X. & Y.

72. Porrò cùm non ſatis huic abuſui cautum adhuc eſset, perſiſtente in querelis Pontifice, Romam citatus eſt quidam N. Fraxinis, eòque ſe contulit ſub finem anni 1611. indeque acceptam quamdam formulam tollendorum abuſuum tranſmiſit anno ſequenti ad Facultatem Artium, de qua ita habent Acta Facultatis ejuſdem anni.

73. *Convocati ſunt Deputati ſuper negotio Romano, & exhibitus eſt conceptus quidam, ſeu formula rei conficiendæ, quam* D. *Fraxinis Roma miſerat ad Magnificum* Dominum. Rurſuſque de abuſuum materia ſcripſit Roma idem à Fraxinis anno ſequenti circa finem Maii: de quo ita habent Acta menſis Iunii 1613.

74. *Convocati ſunt ad inſtantiam Domini Robaux Deputati in majori numero, in quorum præſentia lecta ſunt certæ quædam litteræ Domini à Fraxinis ..... Concluſum fuit ſcribendum per Vniverſitatem ad Suam Sanctitatem, Illuſtriſſimum Cardinalem Bellarminum, & Ampliſſimum Dominum Maſium, mittendamque copiam authenticam Statutorum concernentium nominationes, ſimulque quatuor, vel quinque exemplaria Privilegiorum.* Litteræ ad Suam Sanctitatem exhibentur hìc ad calcem litt. Z.

75. Statuta porrò, quæ occaſione querelarum de abuſibus facta erant, concernebant præcipuè acceptationẽ incompatibiliũ, ut patet ex d. Extract. ſub litt. Y. Sed neque ſic ſatisfactum fuit Pontifici, imò nec ipſi Principi. Ita enim habent Acta Facultatis anni 1614.

76. *Die 9. Auguſti cõvocata fuit Facultas ad medium quartæ pomeridianæ,*

ad audiendum referri per Exim. Ianſonium acta præcedenti die inter Deputatos Vniverſitatis Civitatis, & D. Oratorem Maſium in Collegio Pontificis, quod nempè ,non obſtante omni., ac ſumma diligentia apud Summum Pontificem, tam per dictum D.Oratorem ex mandato Sereniſs. noſtrorum Principum, ac etiam per D.Canonicum à Fraxinis huc uſque facta, nihil potuerit ſuper privilegio tractus obtineri , nec ſpes ulla affulgeat quidquam obtinendi : qua relatione audita , concluſum fuit convocandam eſſe Facultatem in diem ſequentem ſub juramento.

77. In Congregatione autem ſequentis diei exprimitur cauſa, propter quam nihil potuerit obtineri; ſic enim loquuntur ejus diei Acta.

78. *Decima Auguſti convocata fuit Facultas, in qua ſub juramento congregata propoſuit Decanus, quid vellet ultrà Facultas fieri in negotio tractus, quandoquidem Summus Pontifex omninò deprehendatur alienus.* Et infrà. *Quia Exim.D.Ianſonius mentionem ſubjunxerat , facta ſua relatione de abuſibus, qui putantur contingere in nominationibus, & de quibus ipſemet Summus Pontifex,ac Principes Sereniſſimi noſtri graviter conqueruntur , &c.*

79. Denique perdurantibus adhuc anno 1615. querelis Pontificis de abuſibus, ut patet ex litteris D.Maſii Sereniſs.Principũ noſtrorum apud Suam Sanctitatem Oratoris, hìc ſubnexis litt. A.A.

80. Tandem indicta eſt Viſitatio Academiæ, vt per illam efficaciter obviaretur abuſibus , de quibus tam multiplices hactenus querelæ. In qua Viſitatione,qui de nominationibus concepti ſunt, & decreti per Viſitatores articuli, omnes diriguntur contra multiplicem illam beneficiorum , præſertim incompatibilium acceptationem, ut patet ex articulorum tenore, qui ſubjicitur in quæſtione 4.litt.A.

81. Hæ Regulæ fuerunt omninò neceſſariæ adverſus incompatibilium acceptationes, quas acceptationes paſſim factas fuiſſe aſſerit ipſe Wameſius conſil.243.n.6.& conſtat ex multis exemplis, quorum aliqua hic ſubjicimus.

82. Ioannes Arneſt anno 1579. acceptavit Canonicatum Furnenſem , & 1581. Audomarenſem . Ioannes Clarius Canonicatũ S.Dionyſii Leodii 1581. & Inſulenſem 1585. Petrus Lambardus anno 1585.Canonicatum S.Amati Duaci , & anno 1594.Canonicatum Seclinienſem , denique anno 1598. Canonicatum S. Gaugerici Cameraci . Ioannes à Raveſteyn Canonicatum Gandenſem 1588.& Fundenſem prius, ſeu anno 1584. Marcus à Mechlinia Canonicatum Viſetenſem anno 1586. & Curam Parochialem anno 1587. Ioannes Wiringus anno 1588. Canonicatum Seclinienſem , & poſtea Canonicatum Gandenſem . Ioannes de Bieven Canonicatum Arienſem,& Cameracenſem,& ſic deinceps alii plures uſq; ad viſitationem : inter quos plures ſunt, qui præter dicta beneficia

incom-

incompatibilia, etiam alia ſimplicia acceptaverunt, ut Ioannes Arneſt, Marcus à Mechlinia; Wiringus, &c.

83. Ex quibus patet, quàm juſtæ fuerint S.Sedis, & Principum noſtrorum querelæ, quas enervare non poteſt prætenſa atteſtatio Viſitatorum, quam allegant Lovanienſes in libro, cui titulus, *Academia Lovanienſis, & in ea Facultatis Artium defenſio*, pag.89. quamquè ſæpiùs in judiciis exhibuerunt: hæc enim ab ipſis fabricata eſt, & ob ſucceſſum particularis negotii Viſitatoribus, ut ſignarent, obtruſa; prout latiùs refertur ad calcem hujus quæſt. ſub litt.G.

84. Per præfatos Viſitationis articulos credebatur utcumque obviatum abuſibus ſupradictis, ſed ſpem fefellit eventus; nam ſtatim ab illis receſſerunt, ut conſtat ex litteris, & dictis Abbatis Parcenſis, exhibitis infra ſub littera H. & I. item ex Actibus eorum ſubſequentibus.

85. Nam præter enumeratos ſupra num. 21.22.23. & ſeqq. Iacobus Renſon Facultatis Syndicus, ultra alia beneficia obtinuit vigore privilegiorum Canonicatum Thenenſem, & Antonienſem, N.du Bay, Zellarienſem Mechliniæ, & Siclinienſem. Iudocus Houbracken Zellarienſem ibidem, & Antverpienſem, Arnoldus Mennekens Harlebacenſem, & Secundariam Leodienſem. Ioannes Buyckx Dieſtenſem, & Antonienſem. Gerardus van Werm Harlebecenſem, & Thenenſem. Hi pauci ex multis, qui omnes reſpectivè impegerunt in ſecundum, quartum, & ſextum articulos Viſitationis.

86. Horum aliquos conatur excuſare Syndicus Facultatis, eo quod duos ejuſmodi Canonicatus incompatibiles non acceperint vigore ejuſdem Indulti, ſed unum ex parte Indulti à Sixto IV. conceſſi Vniverſitati, alterum ex parte Indulti conceſſi à Leone X. Facultati Artium.

87. Verùm hujus excuſationis nullitas convincitur ex multiplici capite. Primò, quia articuli Viſitationis non diſtinguunt, an vi ejuſdem Indulti, an diverſi obtineantur, imò art. 4 generatim dicitur: *Quicumque per nominationem Vniverſitatis, vel Facultatis obtinuerit*, &c.

88. Secundò, Godefridus Chineii, de quo actum eſt ſuprà n.61. & ſequentibus, non obtinuerat utrumque Canonicatum vigore ejuſdem Indulti, ſed unum ab Vniverſitate, alterum à Facultate Artium, ut conſtat ex Wameſio Conſil.243.n.1. & tamen Romana Sedes cenſuit, ſecundum fuiſſe malè acceptatum, ut fatetur Wameſius ibidem.

89. Tertiò, Samuel Loyaerts Paſtoratum D.Michaëlis, ut dictum eſt, non acceperat per nominationem ex parte Vniverſitatis, & tamen judicatus eſt malè acceptaſſe Canonicatum S. Servatii vi nominationis ex parte Vniverſitatis.

F 2 Quartò,

90. Quartò, ex allegatis Curiæ Romanæ querelis ſatis conſtat, quòd illæ non fundarentur in modo, vel titulo acceptationis, ſed in eórumdem beneficiorum incompatibilitate.

91. Denique ipſa Acta Vniverſitatis, & Facultatis oſtēdunt nihil referre, ſive ex eodem, ſive ex diverſo Indulto fiat nominatio: nam cum non ita pridem Martinus Bredael I.V.Doctor fuiſſet nominatus ex parte Facultatis Artium ad Capitulum S.Crucis Cameraci, & ex parte Vniverſitatis ad Epiſcopum Audomarenſem, eidemq; ſuper utroque effectu acceptato lis moveretur per proviſos ab Ordinariis, in Decembri 1658. *petiit à Facultate Artium poteſtatem componendi cum ſuo adverſario ſuper Præbenda S.Crucis Cameraci.* Reſolvit Facultas, *quod D.Bredael abſolutè deberet pergere in lite, & ſi contingeret eum lucrari litem, quam habet pro præbenda Audomarenſi, antequam hæc ſit evacuata, quod potiùs Facultas ſuis expenſis procurabit ei diſpenſationem pro hac ſecunda. Vel ſi reponat ad manum illius, quem Facultas determinabit, conabitur illi de ſimili penſione providere.* Ita Acta relata ad calcem litt.N.& O.

92. Similiter *anno 1644. die 30.Nov.M.D. Rector* (inquiunt Acta Vniverſitatis) *de conſilio, & aſſenſu quinq; Magiſtrorum, ſeu Deputatorum, auctoritate Apoſtolica ſibi conceſſa.R.D.Petrum Mannaerts nominavit ad collationes R.D. Epiſcopi Tornacenſis, ea conditione, quod ſi contigerit prædicto Mannaerts de alia, ac meliori nominatione ex parte Facultatis Artium provideri, priuſquam effectum hujuſmodi ſuæ nominationis obtinuerit, quod hanc nominationem ad manus M.D.Rectoris reponet.* Ita in extracto litt.M.

93. Notandū hic, quod ab Vniverſitate nominati non poſſint acceptare beneficia in Eccleſia Cathedrali, aut Civitate Tornacēſi, quia eò ſe non extendit Indultum Sixtinum, ſed tātùm poſſunt acceptare beneficia conſiſtentia in illa parte Diœceſis, quæ Principi Belgii ſuberat, tēpore Indulti conceſſi à Sixto IV.v.g tenues Canonicatus Cominenſes, & ſimiles: cenſuit nihilominus Rector, hos nō compati aliam nominationem meliorem ex parte Facultatis.

94. Anno 1617. dum factæ ſunt regulæ, ſecundùm quas addicerentur minora beneficia Patriæ Leodienſis, addita fuit illa clauſula, *ut addictiones non forent incompatibiles cum nominationibus*, nulla penitùs facta reſtrictione, an nominatio data eſſet, vel danda ex parte Facultatis, an ex parte Vniverſitatis.

95. Sciebant enim, quòd dum Viſitatores articulo 6.viſitationis ſuæ dixerant, *ut non facilè duo beneficia incompatibilia acceptentur, & junioribus contingat ſæpiùs minores nominationes relinqui, quicumqe impoſterū nominationem unam evacuaverit ad collationem aliquam tertii Ordinis, ſub qua ſunt octo præbendę, non poterit amplius nominari ad collationem cujuſcūq; ordinis, ſub qua ſunt octo præbendæ, &c.* non voluiſſe permittere acceptationem incompatibilium beneficiorum etiam minorum, ſed viā

ejuſ-

ejuſmodi acceptationi voluiſſe præcludere, prohibendo ita nominationem, ut nequidem in ordine ad ſimplicia beneficia poſſet unus idemque gravare duos collatores ibi expreſſos.

96. Et antea anno 1607.ſtatuerant, quòd qui obtineret aliquā prębendam famoſam, v.g.S.Crucis Leodii (cujus tamen fructus unà cum omnibus diſtributionibus communiter non excedunt centū, aut ut ſummum 125. ducatos) non poſſet nominari ad aliam ſimilē, ſive ex parte ejuſdē, ſive diverſi Indulti. Vt latiùs infrà litt.Y.

97. Cum autem per dictas regulas anni 1607. non eſſet ſatisfactum S.Sedi quoad acceptationem incompatibilium, manifeſtū eſt Viſitatores, dum acceptationem incompatibilium plenius prohibuerunt, intellexiſſe ſuam prohibitionem conformiter ad mentem Clementinæ *Gratiæ*; item reſolutionis Cardinalium interpretum Tridentini, necnon Clementis VIII. & Pauli V. prohibentium acceptationem incompatibilium indiſtinctè, ſive illa fieret vigore ejuſdem Indulti, ſive diverſorum.

98. Ex multiplicibus acceptationibus incompatibilium factis etiam vigore ejuſdem Indulti, & relatis hac quæſt. n.21. 22. 23. & 82.apparet quàm parum ſteterint promiſſis toties factis de tollendis, & cavendis abuſibus, de quibus nomine ipſorum Ianſenius primus Gandenſium Epiſcopus, & iſtius Academiæ Doctor anno 1569.ad Pontificem ita ſcribit: *Quòd ſi fortè de aliquo abuſu privilegii apud Sanctitatem Veſtram querimonia depoſita ſit, poterit eadem providere, ut per D.Cardinalem Granvellanum, quem huc venturum ſperamus, aut per alium quempiam deſignandum, quorumdam abuſibus occurratur.*

99. Et ipſamet Vniverſitas anno 1613.ad Paulū V. ita ſcribit: *Ipſis evocationibus prætexitur abuſus, qui nominationibus ſuggeritur irrepſiſſe: optat proinde Vniverſitas dari de abuſu Nuncio per Belgium Apoſtolico mandatum cognoſcendi an ſit, & corrigendi ſi quis ſit, exhibebit Vniverſitas per omnia ſe morigeram, ut in uſu privilegii perſeveret.*

100. Præſcriptus fuit modus, & formula corrigendorum abuſuū, ſed nec hanc magis, quā promiſſiones ſuas curarunt: quod cōſtat non tantùm ex factis jam allegatis, ſed ex propriis ipſorummet reſolutionibus. Nam anno 1621.die 28.Novemb.vix quadriennio à concluſa Viſitatione, *deliberant de moderatione facienda circa ordinationes nominationum, & committunt* D.*Noyelle, ut eas examinet, & moderationes concipiat.* Conceptos moderationis articulos prælegit Decanus die 29.Decemb.ejuſdem anni, & 23.Febr.1622.concluditur nō eſſe ſervandum articulum 8. Viſitationis concernentem publicationes nominationum, ac de facto nominationem Montenſem, quæ eſt ſecundi ordinis, & propterea publicanda (ut conſtat ex dicto ar.3. & 4.Viſitationis) reſolvunt non debere publicari.

101. Anno 1628. die 13.Martii, proponente Decano, an placeat

aliquos

aliquos deputare ad examen Statutorum Facultatis, *quandoquidem per concluſiones Facultatis, aut aliter, nonnulla jam aliter in uſu ſint, quàm Statuta habeant*. Concluſum eſt placere: & deputati ſunt DD. Maſſen, & Froidmont poſtea S.Theol.Doctor.

102. Conformiter ad has, & ſimiles reſolutiones loquens Doctor Henricus Scaille, & Iacobus Renſon modernus Syndicus Facultatis Artium, in lite pro dicto Scaille contra Servatiū des Martins allegātem Statuta Viſitationis quoad nominationes ad incompatibilia, ita recenter aiunt: *Hactenus nullus fuit excluſus à nominationibus tertii ordinis eo prætextu, quod obtinuiſſet antea ex parte Univerſitatis, vel aliunde præbendam ſecundi, vel tertii ordinis, licet caſus excludendi ſe ſæpius obtulerit*.

103. In tantùm ut præfatus Syndicus agēdo partes Advocati, & teſtis, ac etiam cauſam propriam defendendo, auſus fuerit relaxare teſtimonium in favorem ſui clientis, quo oblato deſuper juramento, aſſerit *proviſum de præbenda ſecundi ordinis ex parte Univerſitatis, manere adhuc capacem præbendæ tertii ordinis ex parte Facultatis, & duorum aliorum beneficiorum, &c.* prout latiùs in extracto ſub litt. BB. ubi videri poſſunt notulæ.

104. Neque hic ſeſe continet Syndici audacia, ſed abusū abuſuſ addendo, ſecutus Wameſium Ducem, ad uſum Facultatis confugit, & dicit: *ex uſu Facultatis præbendas Cynacenſes, Dionantenſes, & ſimiles, non reputari pro præbendis, ſed pro beneficiis ſimplicibus dumtaxat, adeo ut quemadmodum, non obſtante præbenda Antonienſi per nominationem Univerſitatis obtenta, licuiſſet per prædictas ordinationes adhuc obtinere tria beneficia ſimplicia, ita quoque licuerit & prædictam præbendam habere*.

105. Quibus ſi fides adhibeatur, poterit proviſus de præbenda ſecundi ordinis ex parte Univerſitatis, adhuc acceptare tres præbendas Cynacenſibus ſimiles ex parte Facultatis, imo cum non ſit minor hac in parte Univerſitatis, quàm Facultatis poteſtas, poterit adhuc duas alias præbendas ex parte dictæ Univerſitatis ad normam beneficiorum ſimplicium acceptare, & ſic ſex beneficia incompatibilia cumulare.

106. Quæ certè abſurdiora ſunt, quàm ut refutationem mereātur, cum nullus adeo hebes, ut ipſorum terminis utar, reperiendus exiſtimetur, qui credat, Facultatem poſſe beneficiorum naturam immutare, & quæ ex natura ſua incompatibilia ſunt, compatibilia reddere; aut qui dictæ Facultati tantùm tribuat, ut quidquid illa per fas & nefas practicarit, pro lege ſuſcipiat, & quidem tali, de qua vetitum ſit ſupremo Chriſtianitatis Iudici cognoſcere?

107. Hoc ſi toleretur, actum eſt de diſciplina in beneficialibus, & apertiſſimus manet campus omnis generis laxitati; cum enim beneficia ſimplicia, quæ quis de jure licitè poteſt acceptare, eadem

& lici-

& licitè poſſit retinere, ex præallegata doctrina ſequetur, quòd Academicus poterit tres, quatuor, ſex, & fortè etiam plures præbendas ex natura ſua incompatibiles ſimul retinere.

108. Pro quorum, & ſimilium confutatione diverſa allegavit, & produxit d.Servatius in præfata ſua lite, & inter cætera pulcherrimam quamdam Facultatis reſolutionem, qua paucis ante annis, rejecta ſimili cujuſdā Academici ridicula petitione, ut ſcilicet ſibi conferretur præbenda Tudinienſis in patria Leodienſi *per modum beneficii ſimplicis*, apertè pronūciavit d.Facultas, illum eſſe *incapacem, & ſtatuta ſic intelligenda, quòd nullus poſset habere duas præbendas duorum Capitulorum, ubi ſunt octo, ſive in patria Regia, ſive Leodienſi*, ut videre eſt in extracto hìc iuncto ad calcem ſub litt. K.

109. Peremptoria omninò videbatur illa Facultatis reſolutio, eratque per omnia conformis DD.Viſitatorum intentioni, qui articulo Viſitationis 6. ut dictum eſt ſupra num. 95. decreverant ad vitandum beneficiorum incompatibilitatem, *non poſſe illum amplius nominari ad collationem cujuſcumque ordinis, ſub qua ſunt octo præbendæ, qui nominationem unam evacuaſset ad collationem aliquam tertii Ordinis, ſub qua ſunt octo præbendæ*.

110. Sed neque hæc, neque alia multa D.Conſervatoris, aut Lovanienſium animos flectere potuerūt, quinimò palàm contendunt ſe eſſe in uſu acceptandi plura hujuſmodi beneficia incompatibilia, ac illo titulo D.Scaille proviſum de tribus incompatibilibus, & alio ſimplici beneficio, ut & multos alios pergunt defendere, timendumque, ne quod de præbendis tertii ordinis jam dicunt, hoc etiam brevi ad cæteras totius Belgii, & patriæ Leodienſis primarias præbendas extendant: ſi enim illæ ideò pro beneficiis ſimplicibus reputari debeant, quia ſic placuit Facultati; eadem placiti facilitate fieri poterit, ut hæ quoque compatibiles cenſeantur.

111. Et certè niſi obſiſtatur, jam pedetētim ſerpere incipit hujus tam pernicioſæ extenſionis lues, exſtatque exemplum, ut alios omittam, in perſona D.Manneckens, qui proviſus ex parte Facultatis de præbenda primi ordinis, non ita pridem ex parte ejuſdem Facultatis ſibi provideri obtinuit de alia præbenda ſecundi ordinis, contra expreſſiſſimum tenorem ſtatuti ſecundi Viſitationis, quo prohibetur, ne ille amplius ad quidquam nominetur, qui, ſive ex parte Vniverſitatis, ſivè ex parte Facultatis, præbendam primi ordinis obtinuerit.

112. Item in perſona D.Brants moderni Paſtoris S.Iacobi Lovanii, qui proviſus de præbenda ſecundi ordinis, obtinuit poſtea ſibi provideri de præbenda Inſulenſi, quæ eſt primi ordinis: ſuntque jamdudum jacta hujus moliminis fundamenta, & poſita in ſubverſione ſtatutorum Viſitationis, quod non diffitetur D. Brants in

lite,

lite, quam protrahit adverſus filiũ Ampliſſimi D. de Blitterſwyck Conſiliarii Mechlinienſis, proviſum à S. Sede de eodem Canonicatu Inſulenſi, & contendentem hanc Sedis Apoſtolicæ proviſionẽ eſſe legitimam, quia D. Brants prius obtinuiſſet Canonicatum Foſſenſem, ad quod rotundè reſpondent idem Brants, & Syndicus, *manere in arbitrio Facultatis pro libitu immutare ſtatuta per Viſitatores circa nominationes facta, ſeu approbata, quia,* inquiunt, *in ſtatutis anno* 1639. *declaravit Facultas, quod reſervet ſibi poteſtatem, & auctoritatem ſtatuta condendi, tollendi ex toto, vel ex parte, eadem corrigendi, augendi, minuendi, quotieſcumque videbitur expedire.*

113. Tum ſubjungunt, *& en ſuite la nomination* (ſcilicet ad Canonicatum cõtroverſũ) *eſt preſervée de nullité, ac vas qu'elle ſe fiſt contre la teneur d'icelles,* ideſt, quãvis repugnaret Ordinationibus Viſitationis.

114. Tanti nempè Viſitationem, ejuſque Statuta faciunt, dum quis illa contra ipſos urget: ubi verè eadem ſtatuta ipſis favent in cauſa contra alios, tum enim verò inviolabilia ſunt, & indiſpenſabilia, etiam per ipſum Principem. Sciunt in qua cauſa ita ſcripſerint anno hujus ſæculi 18. *Accedit, quod per Principes ultima Vniverſitatis Viſitatione plurima ſint conſtituta, & propoſita tamquam inviolabiliter obſervanda.* Et infrà: *Non erat futurum ex honore ſuæ Celſitudinis velle ſolemniter publicare, quod non obſervaretur, niſi velit N. ut princeps conſtantiſſimus recedat à conſtituto publicato, & in uſum deducto, ut omnes ſuos labores in eam rem impenſos fruſtrà eſſe ſinat, ut Ampliſſimorum DD. Viſitatorũ tot moleſtiæ, quas in accipienda pleniſſima cognitione de totius Vniverſitatis, & ſingularum Facultatũ ſtatu ſubierunt, abeant in ventos, & tota rei tantæ moles ſpeciem quamdam habeat theatralis comœdiæ, in qua operosè condatur magna multitudo legum optimarum nullibi obſervandarum.*

115. Nonne ipſi Academici theatralem comędiam in ſcęnam producunt? dum quoties à ſuperiore auctoritate monentur, & reprehenduntur de abuſu privilegii circa nominationes, toties ipſi quaſi ſerio rem acturi, de remedio, & ordinationibus condendis deliberant, vel ordinationes jam ante factas ad Romanam Sedẽ tranſmittunt, ut per eas oſtendant quantoperè cautum ſit abuſibus, qui objiciuntur: & interim nec quę ipſi ſtatuerunt, nec regulas, & ordinationes à Viſitatoribus factas obſervant, earumq; mutationem reformationem, & in iis diſpẽſationem ſibi pro libitu reſervant; quaſi verò ſuperiorum de abuſibus querelis ſatisfactum ſit, & ipſis abuſibus remedium poſitum per regulas, & ordinationes, quas illi, qui abuſus commiſerunt, pro libitu figere, & refigere poſſunt, & hac via priſtinos abuſus continuare.

116. Porrò ſæpiùs hoc uſi ſunt artificio, ut nẽpè ad querelas de abuſibus tamquam ſcutũ opponerent ſuas ordinationes in materia nominationum factas: ſic præter ea, quæ ſuperius deduximus, cum

anno

Digitized by Google

anno 1588. nunciatum eſſet quoſdam Romæ graviter conqueri de abuſibus in materia nominationum,deputant aliquos ad Nuncium Apoſtolicum, qui ei ex ſtatutis,& juramẽtis(*quæ ſtrictiſſimè*,inquiunt, *à Facultate noſtra obſervantur*)oſtendant falsò adverſarios calumniari. Ita Acta Facultatis dicto anno.

117. Similiter anno 1618. Epiſcopo Tornacenſi conquerente de abuſibus, & eo ſolùm titulo ſeſe opponente placeto ſuper Paulina, ad eum deputatus fuit D.Sanvoert, qui nomine Vniverſitatis expoſuit, *jam per nova ſtatuta, & ordinationes per DD.Viſitatores factas,his abuſibus ſufficienter obviatum eſſe*: verum dum illarum inſpectionem petiit Epiſcopus, viſum fuit illud negotium altioris indaginis, & propterea, re relata ad Facultatem, & propoſito per Decanum, *an, & quid expediret ei de ſtatutis revelare*, reſolutum fuit in hunc modum: *commiſſum eſt Decano cùm per eum aſſumendis, ut communicent cum Deputatis Vniverſitatis quid ſit agendum,non tamen condeſcendant in communicationem ordinationum, ſeu ſtatutorum ſine relatione*.

118. Cumque interim pendente adhuc deliberatione renunciatum fuiſſet Reverendiſſimum Tornacenſem Lovanium adveniſſe, indicta fuit in hanc rem ſpecialis Facultatis Congregatio, ac tum propoſitum, & reſolutum prout ſequitur.

119. *Die 12. Iulii indicta eſt Congregatio Facultatis ſub juramento, in qua propoſuit Decanus Primò, quid reſponſi dandum videretur Reverendiſſimo Tornacenſi, qui dicebatur Lovanium adveniſſe, ſuper petita communicatione Ordinationum concernentium nominationes. Quod ad primum, concluſit Decanus adeundum Reverendiſſimum Tornacenſem per D. Decanum, D.L.Maſſeu, & tertium aſſumendum per eum nomine Facultatis, rogatum, ut dignetur aperire ſi quid habeat contra Bullam novam, & ſi abuſus alleget, reſpondendum, ut eos velit ſcripto exhibere, Facultatem viciſſim ſcripto reſponſuram, nihil autem agendum de communicatione Ordinationum concernentium nominationes.*

120. Prævidebant ſcilicet futurum, ut in poſterum tolleretur abutendi libertas, ſi harum notitiam haberent Collatores Ordinarii, & propterea elegerunt potius ſcriptis,& cavillationibus contendere,quàm ex illis quidquam revelare,habueruntque hoc ſemper in ſumma commendatione, ut ſtatuta ſine ulla communicatione ſecretiſſima conſervarentur, non alio indubitanter fine, quã ut integrum maneret ab illis pro libitu recedere,& abuſus priſtinos continuare.

121. Quod ſtatim à limine Viſitationis factum fuiſſe conſtat ex deductis ſupra num.84.85.& 101. ubi ex propria ipſorum confeſſione oſtenſum eſt, quod anno 1628.*per concluſionem Facultatis,aut aliter, nonnulla aliter eſſent in uſu, quàm ſtatuta haberent*, nec tamen propterea erubuerunt anno immediatè ſubſequenti aliquem mittere

Digitized by Google

ad Illuſtriſs. D. Nuncium Apoſtolicum, qui eum informaret de bono uſu privilegii, & de exacta ſtatutorum obſervatione, de qua re ſic loquuntur Acta Facultatis anni 1629.

122. 21. *Novembris fuit Congregatio extraordinaria Facultatis ſub juramento, in qua poſuit Decanus in deliberationibus Dominorum ea, quæ ſequuntur. Primò, an placeat deputare aliquem è gremio Facultatis ad Illuſtriſſimum D. Nuncium Apoſtolicum Bruxellæ reſidentem, qui informet eum cum Deputatis Univerſitatis de bono uſu privilegii nominationum, prout Nuncius petiverat informari, alioqui ſcripturus ad S. Sedem contra privilegia Lovanienſia, ſicut ipſe ſignificaverat DD. Deputatis Univerſitatis. Ad 1. placuit deputari D. Licentiatum N. qui exponat Illuſtriſſimo D. Nuncio Ordinationes Facultatis, & maximè ab ultima Viſitatione obſervatas, juxta quas Facultas Artium nominationes ſuas taliter diſpenſat, atque diſtribuit, ut in ea diſpenſatione vix ullus natus ſit abuſus contingere.*

123. Quod quàm fideliter dictum, & deinceps practicatum, colliget lector ex hactenus deductis, & ex propriis iterum Facultatis Regiſtris, ubi ad diem 20. Auguſti 1639. legitur Ordinationes ſextam & ſeptimam Viſitationis *ad uſum eſſe revocatas*, quod ſignum evidens eſt, illas tunc in deuſum abiiſſe, & propterea fundatas fuiſſe querelas, quę & tūc, & antea de abuſibus fuerāt graviſſimæ: ad quas declinandas correctionē proponit Facultas, & ſtatuit ad uſum eſſe revocandas Viſitationis Ordinationes; quæ quidem in ſpecie laudabilia videntur, ſed in rei veritate non niſi figmenta dici potuerunt; nam immediatè poſt Ordinationum tenorem ſubjicitur hæc clauſula, *reſervat tamen ſibi Facultas aliter pro temporū mutatione ſtatuendi*, ex qua apparet ipſos non aliter abuſus tollere, quàm ut ſibi ſemper relictam velint rurſus abutendi poteſtatem.

124. Et hinc eſt quòd dicunt D. Brants, & Syndicus, manere in arbitrio Facultatis pro libitu immutare ſtatuta Viſitationis, quodque hanc poteſtatem ſibi reſervarit d. Facultas anno 1639. ſed quid hoc aliud eſt, quàm proiicere in ventos tot labores, & moleſtias, quas Ampliſſimi DD. Viſitatores in accipienda pleniſſima cognitione de totius Univerſitatis, & ſingularum Facultatum ſtatu ſubierunt? quid aliud, quàm Superiorum auctoritatem conculcare; ea ſcilicet conculcando, quæ ipſi ad vitiorum extirpationem propoſuerunt tamquam inviolabiliter obſervanda, ſeu (ut loquitur Abbas Parcenſis in citato extracto ſub litt. H.) *quæ magna conſideratione, & debita auctoritate ad firmitatem ſunt ordinata.*

125. Et tamen Clementiſſimo Principi audent objicere non futurum ex ipſius honore velle ſolemniter publicare, quod non obſervaretur: ſolemniter publicatæ fuerunt Ordinationes in nominationibus obſervandæ, addiderunt ipſimet 9. April. 1615. ut fidem faciunt Acta illius diei: *poſt approbationem à Principe, & Nuncio*

 illis

illis non cenſeri derogatum, niſi per Ordinationes ; aut concluſiones ſub iiſdem ſolemnitatibus factas : eas non ſolùm approbarunt, ſed quàm ſtrictiſſimè obſervari mandarunt ſuperiores, etiam ſub cenſuris & pœnis, ac cũ decreto irritanti, ſi ſecus attentari contingeret, nec niſi harũ intuitu, ac poſt tranſmiſſum Romam Viſitationis teſtimonium, privilegii confirmationem, & gratioſam extenſionem indulſit Põtifex Paulus V. & tamen uſque adeò falſum eſt illas obſervari, ut ne quidem unica ſit ex omnibus, quam non depravarint multis abuſibus, per quos inſigniter in Ordinariorum Collatorum, & S. Sedis jura involant, & plurima ipſorum diſpoſitioni aliàs ſubjecta beneficia ipſis eripiunt.

126. Cum enim, ut patebit in reſolutione quæſtionis quintæ, alia beneficia ſint majoris taxæ; alia minoris, & tantùm ſit certus numerus Magiſtrorum capacium taxæ majoris, ut oſtendetur ibidem, non niſi numerus proportionatus beneficiorum majoris taxæ ab illis acceptari poterit, & reliqua, quæ jam per illam incompatibilium Præbendarum, & Paſtoratuum acceptationem occupant, neceſſariò cadent ſub diſpoſitionem Ordinariorum, & S. Sedis, eo quod ad illa beneficia, utpotè majoris taxæ, nominari minores Magiſtri non poſſint, ut in reſolutione quæſt. 5. ex ipſa etiam Academicorum confeſſione oſtenditur.

EXTRACTVM EX LIBRO OCTAVO Actorum, & Concluſionum Venerabilis Facultatis Artium Studii Generalis Oppidi Lovanienſis fol. 57.

DIE Martis 25. menſis Maii hora quarta à prandio, indicta fuit Deputatio Facultatis cum aliquot Senioribus Facultatis in rubra Camera Domus Facultatis, ad audiendum reſponſionem Domini Viglii, ad commendationem per Dominum Cancellarium factam, quæ continebat hæc, quod Dominus Viglius libenter accepiſſet commendationem Facultatis, illiuſque ſe fautorem, & amicum offerret ſpecialem ubicumque poſſet. Vnum eſſe defectum in Facultate, qui vehementer illi diſpliceret, quo ablato, majus foret ejus commendatio, non ſolùm apud ſe, *ſed & Regiam Majeſtatem, imo niſi per Facultatem tolleretur, ipſa Regia Majeſtas eandem tolleret no-* A. *Anno* 1557.

ſtro malo & dolore, *is autem erat hic*, *quod paſſim tam leviter*, *& ſine diſcretione à quibuſvis vigore nominationum acceptentur Curæ*, *retineantur*, *alienentur*, *& ut eodem verbo*, *quo ille*, *dicam*, *vendantur*, nec decimus, aut vigeſimus quiſque reſideat: ad hęc una acceptatio iis non ſufficiat, quæritur illicò ſecunda, tertia, aut quarta, aut plures non ſine magno ſcandalo, &c. & infra habebatur: Collatione facta cum libro intitulato, Liber octauus Actorum, & Concluſionum Venerandæ Facultatis Artium, Studii Generalis Oppidi Lovanienſis, &c. manuſcripto in folio, & compacto in rubro corio, concordantiam atteſtor: ſubſignatum erat Ant.Sizair Notarius.

B. DIE Iovis 2.Novembris hora ſecunda poſt meridiem, in Domo habitationis Magnifici Domini Rectoris, fuit
Anno ſervata Deputatio ad videndum aperiri, & audiendum legi
1600. litteras ex urbe ab Eximio Domino, & Magiſtro noſtro *Petro Lombardo ſcriptas*, ac deliberandum; quibus apertis, lectis, & in deliberationem poſitis, ex Dominorum deliberationibus concluſit eaſdem craſtina die Vniverſitati, poſt Miſsã, quæ pro defunctis apud Prædicatores celebrabitur, proponendas.

Sequitur tenor prætactarum litterarum.

C. MAgnifice Domine Rector, cæterique Domini mei Reverendi: Poſt litteras Illuſtriſſimi Nuncii Apoſtolici de Cauſa noſtra cum Antverpienſi capitulo huc allatas, ſcripſerũt huc ad Illuſtriſſimos Cardinales diverſi iſthinc Epiſcopi (ut mihi nominatim communicavit *Cardinalis Burgheſius*) *graviter querentes*, ſe nimium in ſuis Collationibus onerandos, ſi obnoxii fiant non tantùm Nominationibus Decani Facultatis Artium, quas agnoſcunt habere locũ in Eccleſiis ſuis Cathedralibus, ſed etiam Rectoris Vniverſitatis, quas alioqui Privilegium videtur extendere dumtaxat ad Eccleſias collegiatas, & Antverpienſis quidem (ne fortè non ſatis eſſet querelam hanc litteris proponi, cum mortuum intellexerunt Petrum Siguram Hiſpanum, quo hactenus uſi ſollicitatore) commiſſionem ad ſuam cauſam proſequendam dederunt cuidam

hic

Digitized by Google

hic Franciſco Hovio Antverpienſi, qui ante annos aliquot in Vniverſitate noſtra Convictor Reverendiſſimi Middelburgenſis, & dum ego in officio eſſem, promotus in artibus ex pedagogio StandoncK ante menſes aliquot advenit huc ex Hiſpaniis, uti puto, & is Commiſſionem iſtam acceptavit, adjunctis ſibi eodem Procuratore, quo Segura ante uſus, & quodam alio Hiſpano Sollicitatore: qua de re, cum ante pluſculos dies ſuſpicio aliqua injecta mihi eſſet, cum viderem eum aliquoties familiariùs agere etiam in Palatio Illuſtriſſimi Burgheſii, cum jam dicto Procuratore, idem innotuit clarius, cum poſtquam citatus, elapſo Sabbatho nocte intempeſta nomine Epiſcopi, & Capituli Antverpienſis, necnon Franciſci del Rio, curaſſem inquiri à jam dicto Procuratore, quis mihi viciſſim eorundem Nomine conveniendus. Reſpondit is illum, de quo dixi, Hovium; nam hic ipſe à tempore novæ hujus Commiſſionis acceptæ mihi non eſt locutus. Cauſa citationis fuit quod in eo perſiſtant nominationes Vniverſitatis non haberet locum in Cathedralibus, quod ita tamen urgent & protrahunt, ut cum me citent ad comparendum coram Cardinalibus deputatis, poſtquam reſpondeo coram Burgheſio apud reliquos, intelligam de Citatione eos nihil reſciviſſe, & poſtquam reſponſum adaptari curo ad adverſariorum oppoſitionem, poſtquam illud trado Burgheſio, deprehendo adverſariorum Scripturam, cui reſpondetur, ad eos nondum tunc allatam, ſed præter id, quod injiciunt tædii per has tricas, & moleſtias, non puto, quod quidquam aliud obtinebunt, quia quantum ad caput, quod illi oppugnant, dixit mihi etiam Burgheſius uti aliàs, ita & poſt noviſſimam hanc citationem ſibi ex noſtra poteſtate ſatiſfactum, verum Blanchettus addidit, *nonnihil malè de nobis ſentiri in ſignatura gratiæ, quæ coram Sanctiſſimo Domino, in quâ & ipſe unus cum aliis, occaſione querelarum, quæ ſubinde fiunt de impeditis per nos Executionibus litterarum Apoſtolicarum, & de nimis frequentibus earundem perſonarum nominationibus, & acceptationibus per eas factis beneficiorum etiam incompatibilium, ut plurium Præbendarum, quas vel ſimul retinent ſine diſpenſatione, vel dimittunt ad arbitrium ſuum ſine decreto ullo Sedis Apoſtolicæ de modo dimittendi.* Quoad prius puto ſufficientem à me datam ſatiſ-

faction-

factionem poſtquam præcipuè adjutus litteris Illuſtriſſimi Nũcii. Quoad poſterius monitus ſum ſeriò ab amicis quibuſdam, ut VV. DD. ulteriùs moneam ſeriò, ſic cavendum iſthic, ut hic poſſit agi, ne ex eo deterius valeamus, præſertim ob querelas delatas de ſatis recentibus quibuſdam nominationibus, & acceptationibus quorundam beneficiorum, quæ ex iſto capite hic ſunt impetrata, & nominatim ſum monitus hoc ipſo die à Domino Doctore Voſſio, diſponendum eſse, ne occaſione Præbendæ cujuſdam Tungrenſis, quæ elapſo menſe Apoſtolico Septembri vacavit, ex iſto eodem Capite nova oriatur querela. Vrgeo finem, & quoad cætera excepto hoc vltimo capite, Cardinales ſunt ſatis reſoluti ad imponendum, cum primùm reverſus fuerit Arregonius, qui valetudinis cauſa ad paucas ſeptimanas ex urbe ſeceſſit, qui ut à Vobis omnibus communiter deſideratur, itaut quàm citiſſimè imponatur nullius fortè ſic privatim ſicut mea intereſt, cum jam ſecundo anno ob abſentiam carere cogar emolumentis Præbendæ, & quia præſens poſsem facilius multò amovere difficultates, quæ in cauſa Præpoſituræ mihi motas, & tamen ex quo per Antverpienſes facta oppoſitione per modum proceſsus hic agendum fuit, mihi ſumptus valde accreverunt, unde mirum mihi certè, & nimis grave, quod non major interim habita ratio in pecuniis & tempeſtiùs, & liberaliùs tranſmittendis, non dubito quidem hac in parte difficultatem pati, ſed mihi tamen ſoli difficilius, & imò impoſſibile hujus loci, & negotii ſumptus ferre, cum & ipſa abſentia cauſa ſit, ut dixi, cur priver commodis, quibus præſens iſthic honeſtè poſsem vivere, nec is mihi manendi animus, ut exoptem, aut expectem, hic aliquam conditionem. Rogo igitur, ut major ex nunc habeatur ratio hujuſce rei, & ut ſignificetur tempeſtivè unde accipiam, quod pro Bullis ſolvendum, &c. & infrà. Romæ 14. Octobris 1600. Subſig. Magnificentiæ Veſtræ, cæterorumque meorum Dominorum ſervus ad obſequium paratiſſimus, ſignat. Petrus Lombardus. Inſcript. Magnifico Domino Rectori, cæteriſque Eximiis, Clariſſimis, & Celeberrimis Viris Dominis meis de Concilio Vniverſitatis Lovanienſis, Lovanium. Et infrà habebatur: Collatione facta, con-

cor-

cordantiam cum prædicto libro atteſtor, & ſubſignatum Ant. Sizair Notarius.

D IE Veneris 8. Februarii hora quarta poſt meridiem in Collegio Domini VVincKelii fuit ſervata Deputatio ad audiendum legi litteras miſſas Roma ab Illuſtriſſim, & Reverendiſſimo Domino Petro Lombardo ad Dominum, & Magiſtrum Philippum Goudt Sacræ Theologiæ Licentiatū, quibus lectis, ex Dominorum deliberationibus concluſit Magnificus Dominus Rector, Venerabilem, & Eximium Virum Dominum, & Magiſtrum noſtrum Iacobum Bayum præſentem rogandum, quatenus de contentis in dictis litteris agat cum Eximio Domino, & Magiſtro noſtro Samuele Loyarts, eumque, ſi fieri poteſt, inducat ad hoc, ut in gratiam Vniverſitatis ſeſe quantum poterit accommodet deſiderio Reverendiſſimi Domini Datarii: Et parum infrà: Tenor prætactarum litterarum, ſeu extracti ex iiſdem, talis eſt: Cogor iterum ſcribere de negotio M.N. Samuelis, quod ſi è re & ipſius privatim, & communis cauſæ, unde id per te communicari cupio Dominis de Vniverſitate, & ipſis, & te procuratorem quamprimum remitti reſponſum; ſcitote igitur, quod elapſa ſeptimana ad compeſcendos rumores, qui hic ſparguntur odioſè de iſta cauſa, &c. Deinde infrà: Itaque conſulo omninò, ut, etiamſi opus ſit, interpoſita auctoritate Vniverſitatis inducatur Dominus Samuel, ut mittat procuratorium ad reſignandum pro cōpenſatione beneficiorum pacificorum uſque ad jam dictam ſummam eo modo, quo videtur Domino Datario, & mihi, ſive in favorem dicti ſui adverſarii, vel ſi non putet ſibi per aulam licere illum nominare, abſolutè Procuratores conſtituat ad reſignandum, & acceptandum Dominum Gerardum HarcKens Notarium Rotæ, & Ioannem Borgiam Sollicitatorem in Romana Curia, cujus opera in negotiis Belgii utitur Dominus de Mortau in hoc è re ipſius, ut dixi, & communis cauſæ, cum alioqui ſi fortè nolit acquieſcere, etſi contingat adverſarium excludi per aulam, non deerunt occaſiones ſuſcitandi ipſi alium, & impræſentialem, quod illius Decreti, de quo aliàs ſcripſi à Congregatione Concilii (*ſcilicet Clauſulam*

D. *Anno* 1602.

in

in noſtro Privilegio de acceptandis toties quoties uſque ad taxam in eo expreſſam intelligendam incompatibilibus) *nondum ſit factum moderamen, quod petii, ut ſcilicet in incompatibilibus ſervetur diſpoſitio juris communis, quæ non impedit acceptationem eorum, ſed retentionem*. Pendet ex iſtius cauſæ exitu, ut videlicet virtute illius Decreti excludatur Dominus Samuel, etſi nunc prætendat ſe velle reſignare Paſtoratum, ſequatur itaque pro ſuo, & communi bono conſilium ejus, qui magis ipſi favet, quàm adverſario, & non permittet reſignationem prius effectui dari, quàm ſit ei proviſum ſecurè uſque ad jam dictam ſummam .... Et infrà habebatur: Collatione facta cum præfato libro. Concordantiam atteſtor, & ſubſignatum erat Ant. Sizair Notarius.

E. *Anno* 1605. DIE Sabbathi 17. Septemb. hora 7. ante meridiem fuit in parvo Collegio Theologorum ſervata Deputatio ad audiendas litteras heſterna die per Magnificum Dominum Rectorem acceptas, tenoris infraſcripti, & deliberandum deſuper, & ex Dominorum deliberationibus concluſit Dominos vocandos in majori numero, ut deſpiciant quid deſuper erit faciendum, & an tota Vniverſitas deſuper foret convocanda. Sequitur tenor prætactarum litterarum: Magnifice Domine Rector, cæterique honorandi Domini, præter litteras, quibus ad vos perſcripſi de obitu fel. rec. *Clementis Papæ* VIII. alias interea plures ſcripſi, primum de aſſumptione *Leonis* XI. deinde de ejuſdem obitu, poſtremò de aſſumptione *Pauli V.* &c. deinde infrà: Expediet etiam, ut R.R. V.V. ſcribant quamprimum ad jam dictos Dominos Cardinales, & ſi iſtæ, vel ſuperiores meæ litteræ videantur materiam juſtam ſuppeditare, denuò etiam ad Suam Sanctitatem, qui & hìc mihi dum cauſam commendarem expreſsè dixit: *Oportet iſthic cavere, nè per nominatos committantur ejuſmodi abuſus, qui poſthac poſſint dare occaſionem novarum turbarum*, *ad quod reſpondi primum conſtare mihi certò, abuſus pleroſque, qui deferebantur*, imputatos potiùs ab adverſariis, quàm à noſtris verè commiſſos, deinde ſi qui per aliquos commiſſi fortè abuſus, neque Vniverſitati, *neque mihi propoſitum unquam in illis eos* defendere.

Præ-

Præterea ob quorumdam fortè abuſus (qui ſi deprehenſi in partibus haud dubiè caſtigarentur) durum eſſe, ut violetur privilegium cum tanto præjudicio, & damno totius Vniverſitatis: addidi poſtremò ſcripturum me ad V.V. R.R. ut impoſterum diligentiſſima adhibeatur cura, *ne qui ejuſmodi abuſus committantur, quam haud dubiè ſpectat adhibere ad Magnificum Dominum Rectorem, & Venerandum Dominum Decanum Facultatis Artium cum ſuis Deputatis*, ut non priùs attentent quempiam nominare, quàm probè norint, & nominationem habere locum ubi eam faciunt, & nominandum habere conditiones in Bullis requiſitas, ne ſi quempiam nominent non ex ſua ſcientia, ſed ipſius, ut aliquando auditum eſt, periculo non ſolũ cedat Nominato, ſed abuſus imputetur etiam nominantibus tamquam tranſgreſſis facultatem ſub certis conditionibus ſibi datam, &c. deinde infrà: Roma hac 20. Auguſti anno 1605. ſic ſubſcriptum: R.R. V.V. ad obſequium omne paratiſſimus; Petrus Lombardus Archiepiſcopus Ardmacanus Prim. Hiberniæ. Et infrà habebatur: Collatione facta cum prædicto libro Concordantiam atteſtor, & ſubſignatum erat Ant. Sizair Notarius.

Extractum ex Libro undecimo Facultatis Artium Studii Generalis Oppidi Lovanienſis, in quo inter cætera fol. 18. pag. verſa, habentur ſequentia.

Decima Auguſti convocata fuit V. Facultas, in qua ſub juramento congregata propoſuit Decanus, quid vellet ultrà Facultas fieri in negotio tractus, quandoquidem Summus Pontifex omninò deprehendatur alienus. Deinde infrà. Similiter quia Ex. *D. Janſonius mentionem ſubjunxerat, facta ſua relatione de abuſibus, qui putantur contingere in Nominationibus, & de quibus ipſemet S. Pontifex, ac Principes Sereniſſimi noſtri graviter conqueruntur*, placuit V. Facultati, ut quiſque apud ſe concipiat ea, quæ ad hanc rem facere putaverit, quo, capta debita ſuper hac querela informatione per Dominos in majori numero deputatos, de opportunis remediis providea- F.

H tur.

tur. Et infrà habebatur: Collatione facta cum prædicto libro concordat, quod atteſtor, & ſubſignatum erat Ant. Sizair Notarius.

Extractum ex Libro undecimo Facultatis Artium Studii Generalis Oppidi Lovanienſis, in quo pag. 42. habetur quod ſequitur.

G. *Anno* 1615. DIE prima Auguſti indicta Congregatio Facultatis ſub juramento, in qua propoſuit Decanus, quomodo juxta concluſionem menſis Iulii die 18. captam ex Conſilio Deputatorum proceſſum ſit ad executionem, & adductus eſt adverſarius Domini Montels Lovanium, atque in honeſta cuſtodia conſtitutus, quomodo etiam juxta Concluſionem die 21. Iulii deputati acceſſerint D. Prælatum Parcenſem, ad deferendum illud ſcriptum Profeſſorum litterariorum, qui ex occaſione fecerunt ei mentionem dictæ apprehenſionis, & ſuggeſſerunt, ad meliorem progreſſum hujus negotii utile *fore*, *ſi Domini Viſitatores vellent dare litteras teſtimoniales, quibus teſtentur ſe viſitaſſe Facultatem Artium*, & deprehendiſſe non eſſe eos abuſus circa Nominationes, qui ab adverſariis jactabãtur: ad quod reſpondit D. Prælatus paratum ſe eſſe dare tale Teſtimonium, & committere Facultati, vt concipiat modo ſibi convenientiſſimo. An ergo placeat deputare aliquos, qui ejuſmodi litteras concipiant, ut inde Romam tranſmittantur.

Ad 1. placere concipi per D. Noyelle, communicandum primò Deputatis, & deinde quibuſdam Doctoribus Superiorum Facultatum, fol. 43. pag. verſa habetur quod ſequitur: Die ... Auguſti indicta eſt Congregatio Facultatis ſub juramento, in qua propoſuit Decanus primò, &c. deinde infrà. 3. An placeat plures copias litterarum Teſtimonialium DD. Viſitatorum fieri, & ad amicos Vniverſitatis, uti opus videbitur, tranſmitti.

Ad 3. placuit fieri plures. Et infrà habebatur: Collatione facta cum prædicto libro Concordantiam atteſtor, & ſubſignat: Ant. Sizair Notarius.

Extra-

Digitized by Google

Extractum ex Libro undecimo Facultatis Artium Studii Generalis Oppidi Lovanienſis, in quo inter cætera habetur pag. 326. quod ſequitur.

H.

VEnerande Domine: Ante dies aliquot *monueram D.T. ut ordinationes circa negotium nominationis factæ ſtrictè ſine ulla mutatione ſervarentur, cùm ea, quæ Viſitatorum auctoritate ad firmitatem ſunt ordinata, non debeant, nec poſſint omni momento, & ad cujuſque placitum, voluntatemque mutari; cùm autem intelligam quoſdam, non obſtante prædicta monitione, in contrarium, imò niſi obſiſtatur, prædictarum ordinationum unam convellendam, compellor 2. monere D.T. ac ſimul totam facultatem, ut nihil innovetur, vel mutetur, ne ſi contrarium fiat, cogar vel invitus, aliis modis providere, ut quæ magna conſideratione, & debita auctoritate ſunt conſtituta, non leviter, inconſideratèque mutentur, ſed ſtabilia, & fixa permaneant*: his opto D.T. totique Facultati in hoc ſancto Tempore concordiam, atque quietem, ex Parco. 15. Aprilis 1620. ſubſcriptum erat, D. T. deditiſſimus Ioannes Abbas Parcenſis.

Quibus lectis ſuperſederunt Deputati, &c.

Pag. ſequenti, videlicet 327. habetur quod ſequitur.

I.

DIE 23. Aprilis &c. deinde infrà. In eadem Deputatione comparens Dominus Zoënius declaravit ſe pridie adfuiſſe Domino Prælato Parcenſi, eumque ſibi dixiſſe, quod nulla ratione pateretur violari, aut tolli Concluſionem de publicandis nominationibus, niſi rationes exhiberentur, ex eo quod *per Viſitatores eſſet approbata*, ac proinde prædictus Dominus Zoënius declarans fruſtrà, ac ſuperfluum ſibi videri examen actorum, ante deliberationem Dominorum Deputatione egreſſus eſt.

Et infrà habebatur: Collatione facta cum ſupraſcripto libro Concordantiam atteſtor, & ſubſignatum erat Ant. Sizair Notarius.

Digitized by Google

Extractum ex Libro 13. *Actorum Venerandæ Facultatis Artium, in quo ſub Decanatu Domini Petri Marcelis habetur ut ſequitur.*

K. DEcima ſeptima Ianuar. Deput. ad conferendum, & propoſita primò, &c.

Anno 1657. Tertiò, Paſtor Sancti Iacobi petiit ſibi conferri Præbendam Tudinienſem.

Ad tertium referendum ad Facultatem.

22. Cong. primò Paſtor Sancti Iacobi petiit Præbendam Tudinienſem per modum beneficii ſimplicis. Et infrà. Ad primum fuit judicatus incapax, & ſtatuta ſic intelligenda, quòd nullus poſſit habere duas Præbendas duorum Capitulorum, ubi ſunt octo, ſive in Patria Regia, ſive Leodienſi. Et infrà. Eadem die ad medium undecimæ Congreg. Facultatis. Primò publicata Præbenda Sancti Dionyſii. 2. Paſtor Sancti Iacobi petiit mentem Facultatis, eamque regiſtrari.

Ad ſecundum, inhærendum præcedenti reſolutioni. Et infrà habebatur: Collatione facta cum prædicto libro Concordantiam atteſtor, & ſignatum erat Ant. Sizair Notarius.

Extractum ex Libro Nominationum Almæ Univerſitatis Lovanienſis.

L. ANno 1645. menſis Februar. die 27. M. D. Rector de Conſilio, & aſſenſu quinque Magiſtrorum, ſeu Dominorum Deputatorum Almæ Univerſitatis Lovanienſis, auctoritate Apoſtolica ſibi conceſſa, & qua fungitur in hac parte, nominavit Dominum Iudocum HoubracKen Presbyterum Sacræ Theologiæ Baccalaureum formatum, ad Collationes RR. DD. Decani, ſeu Vicedecani, & Capituli, ſingulorumque Canonicorum Eccleſiæ Metropolitanæ Sancti Rumoldi Mechlinienſis, præſentibus. Anno Domini 1645. menſis Aprilis die ſexta Magnificus Dominus Rector de conſilio, & aſſenſu DD. Magiſtrorum, ſeu Deputatorum ad ſupradictas Collationes nominavit Dominum Henricum Sylnoltium Presbyterũ S. T.

ſed

ſed periculo ſuo propter nominationem de perſona Domini Iudoci HoubracKen factam præſentibus Magiſtris Iacobo weyms, & Laurentio Drap teſtibus.

De poſt hæc nominatio per Magnificum Dominum Rectorem, & DD. Deputatos declarata eſt invalida.

EXTRACTVM.

M

ANno 1644. menſis Novembris die 30. Magnificus Dominus Rector de Conſilio, & aſſenſu quinque Magiſtrorum, ſeu Dominorum Deputatorum, auctoritate Apoſtolica ſibi conceſſa, & qua fungitur in hac parte, nominavit Reverendum Dominum *Petrum Mannarts* Presbyterum Diœceſis Mechlinienſis in civitate, & diſtrictu Lovanienſi ad Collationes Reverendiſſimi Epiſcopi Tornacenſis, ea conditione, *quod ſi contigerit prædicto Domino Mannarts ex parte Facultatis Artium provideri de alia, ac meliori nominatione, priuſquam effectum hujuſmodi ſuæ nominationis obtinuerit, quod hanc nominationem ad manus Magnifici Domini Rectoris reponet, præſentibus Domino Ioanne Brouc*Kart Presbytero, Sacræ Theol. Baccalaureo Formato, & Laurentio Drap. teſtibus.

Extractum ex Libro 13. Actorum Venerandæ Facultatis Artium ſub Decanatu Domini, ac Magiſtri Ægidii Martini.

N.

Anno 1658.

DIE 23. Decembris indicta fuit Congregatio extraordinaria ad medium ſecundæ ad inſtantiam Domini Bredal, qui auditus fuit, & petiit poteſtatem componendi cum ſuo adverſario ſuper Præbenda Sanctæ Crucis Cameraci, qui præſentat ei penſionem centum florenorum.

Ad primum illud committi Dominis Syndico Birens Paſtori Sancti Michaelis, cum poteſtate alios aſſumendi.

Deinde pagina ſequenti ſic habetur.

O.

DIE 24. Decembris indicta fuit Deputatio ad medium nonæ in finẽ præcedentis Congregationis, & concluſũ, quod

quod Dominus Bredal abſolutè deberet pergere in lite, & ſi contingeret eum lucrari litem, quam habet pro Præbenda Audomarenſi, antequam hæc ſit evacuata, quòd potius Facultas ſuis expenſis procurabit ei diſpenſationem pro hac ſecũda; vel ſi reponat ad manus illius, quem Facultas determinabit, conabitur ipſi de ſimili penſione providere, vel aliàs habebit rationem ejus, ut quantum fieri poterit, ex ea parte reddatur indemnis, quodque de cætero in lite ſit juvandus; & ſignatum erat: Collatione facta cum prædicto libro Concordantiam atteſtor Ant. Sizair Notarius.

P. ANno 1567. 3. Sept. Rector narravit, quòd aliàs 29. Octobris anno 1565. Vniverſitas concluſiſſet, Concilium Tridentinũ eſse publicandum in hac Vniverſitate, diemque, & modum publicandi per Dominos ab Vniverſitate deputatum, ſtatutum fuiſse die 6 Decembris, deinde ſuperveniſse Decanum Facultatis Artium, qui die 11. Decembris ex hinc ſequente porrexit D. Rectori ſupplicationem, qua in effectu petebat publicationem dicti Concilii differri, donec ipſa ſuper nonnullis dubiis circa privilegium nominationis declarationem Summi Pontificis obtinuiſset, atque ob id, toto ferè biennio fuiſse dilatam publicationem, neque tamen Facultatem Artium quidquam ſuper eo expediviſse: quare poſuit in deliberationem, & cõncluſum eſt, quòd die S. Huberti in Congregatione Vniverſitatis proponetur, an placeat facere ſpecialem Congregationem Vniverſitatis deſuper, & interea DD. Decani ſingularum Facultatum admonebunt Seniores ſuę Facultatis, ut maturè deſuper deliberare poſſint.

Ex Faſtis Academicis pag. 364.

Q. ANno 1567. 3. Kal. Decemb. inſequendo mandatum de recipiendis, & obſervandis Decretis prædicti Concilii Tridentini, facta fuit ejuſdem publicatio in, & ab Vniverſitate.

Copie de la Lettre de Monſeigneur le Duc d'Albe, au Roy.

R. SIRE, Comme entre les autres choſes, que Voſtre Majeſtè m'a donnè charge, de promouvoir par deçà, une des principales eſt le bien & advancement des Vniverſitez, Seminaires de gens doctes, defenſeurs, & mainteneurs de noſtre ancienne Religion Catholi-

tholique, ayant eſtè ces jours paſſez requis de la part de l'Univerſitè, Doyen & Facultè des Arts à Louvain, de vouloir eſcrire à N.S. Pere le Pape en faveur de leurs nominations, *Que Sa Saintetè auroit declarè au mois de May dernier eſtre compriſes ſous les Decrets du Concile de Trente, au chapitre 19. ſeſſ. 24. diſpoſant, que de la en avant l'on ne devroit conceder mandemens de pourvoir, ny graces expectatives au grand prejudice, & dommage de ladite Univerſitè*, comme ils diſent, je leurs ay accordè d'eſcrire à Sa Saintetè en leur faveur, ſelon que Voſtre Majeſtè ſera ſervie d'entendre par la copie icy jointe; & pource qu'ils m'ont depuis requis de vouloir auſſi interceder vers voſtre Majeſtè, afin qu'elle ſoit contente de faire le meſme à Sa Saintetè, je ne leurs ay voulu refuſer cette, qui ſera pour en ſupplier Voſtre Majeſtè, comme je fais treshumblement. Sire, je ſupplie le Createur donner à Voſtre Majeſtè une parfaite ſantè, & tres-longue vie. De Bruxelles le 14. jour de Ianvier 1569.

Copia Litterarum Epiſcopi Gandenſis ad Pontificem.

BEatiſſime Pater. Intelleximus *Declaratione pronunciatum eſſe, nominationes Univerſitatis Lovanienſis comprehendi ſub ſtatuto ſacroſancti Concilii Tridentini, quod eſt ſeſſ. 24. cap. 19.* itaut illæ, *cum ſint gratia ad vacatura, abrogata ſint cenſenda*. Cum autem Univerſitas prædicta his noſtris Inferioris Germaniæ Regionibus ſemper fuerit, & etiãnum eſt admodum neceſſaria ad defenſionem, & conſervationem noſtræ Fidei Catholicæ, atque Romanæ, Apoſtolicæque Sedi ſemper fuerit addictiſſima, ex qua præclara ingenia per univerſam Regionem ſparſa ſemper prodierunt, periculumque ſit certum, ne per prædicti privilegii ceſſationem magnum dicta Univerſitas acceptura ſit detrimentum, in damnum totius noſtræ Regionis: nomine illius, & meo (qui me multum ei debere agnoſco) ad pedes Sanctitatis Veſtræ provolutus *ſupplico, ut de ſingulari gratia antiquum privilegium dicta Univerſitati à diverſis Summis Pontificibus collatum, renovare, & corroborare Beatiſſima Sanctitas Veſtra dignetur*: aut ſi id propter Concilii reverentiam impetrari non poteſt, ſaltem concedat de novo, ut nominationibus utantur cùm beneficia vacant, præfixo certo temporis termino Ordinariis Collatoribus, intra quem providere abſolutè non poſſint. Certè cum juſſu Regiæ Majeſtatis Concilio Tridentino nomine Cleri Inferioris Germaniæ interfuimus cum aliquot Epiſcopis, cum multis Reverendiſſimis Concilio putavimus benè cautum fuiſſe Univerſitati Lovanienſi, per exceptionem additam in ſeſſ. 25. cap. 9...... atque ob id ſecuros eſſe juſſimus Studioſos dictæ Univerſitatis, ut merito pro eiſdem apud Apoſtolicam Sedem intercedere debeamus. *Quod ſi fortè de aliquo*

S.

abuſu antiqui privilegii apud S.V.querimonia depoſita ſit, poterit eadem providere, ut per D.Cardinalem Granvellanum, quem huc venturum ſperamus, aut per alium quempiam deſignandum, quorumdam abuſibus occurratur.

Extractum ex Libro Actorum Vniverſitatis Lovanienſis.

T. ANno 1601. menſis Auguſti die ultima, hora decima ante meridiem, in magno Refectorio Fratrum Heremitarum Auguſtinenſiū fuit ſervata ordinaria Vniverſitatis Congregatio, ad deliberandum ſuper articulis ſequentibus. Primò &c. deinde infra fol.57. verſo. Poſtremò lectum eſt extractum ex litteris Eximii Domini, & Magiſtri noſtri Petri Lombardi, ex Vrbe ad Eximium Dominum, & Magiſtrum noſtrum Iacobum Bayum ſcriptis; tenoris ſequentis.

Cauſa Vniverſitatis fæliciorem habitura exitum...... in quo tum more ſuo obſiſtunt, qui particularium cauſis, de quibus antea ſcripſi, ex profeſsò obverſantur, D.Subdatarius, qui multùm ſeriò egit, ut concordia celebranda inter Eximium Dominum Samuelem, & ſuum Subſtitutum, ſic ut hic præbendam retineat, facta alteri alibi honeſta compenſatione. Qua de re quod ſcribo, cupio ut communicetur tum ipſi D.Samueli, tum Vniverſitati, & quamprimum reſponſum quale ſuggero ad me remittatur. Subſtitutus iſte ex certa ſcientia, & ſpeciali favore Summi Pontificis fuit (ſupp. proviſus) de iſta præbenda, poſtpoſitis quàmpluribus aliis competitoribus, & eorum Patronis, inter quos non ſolùm Nuncii Apoſtolici prætactarum partium, ſed & Cardinalis S.Georgii, idque in recompenſationem laborum, quos quinque continuos annos in Dataria obivit, & tunc quidem, ob circumſtantias, quas aliàs ſcripſi, certò ſupponebatur nullum ex noſtris fuiſſe nominatum, qui poſſet eandem præbendam acceptare, poſteà verò emergente nominato, quæſitæ contra eum rationes, quæ in judicio, ut minimum petitorio (prout apparet) prævalebunt, *Maximè ob incompatibilitatem Curæ Paſtoralis, & præbendæ, quæ eſſe incompatibila certum hîc habetur, ſic qui unum poſſidet, non poſſit citra diſpenſationem alterum acceptare, etiam id jamdudum eſt tempore Cardinalis Caraffæ, & ipſo quidem præſidente declaratum in Congregatione Concilii Tridentini, clauſulam illam in privilegio noſtro, quod ſemel nominatus, poſſit ſecundò, tertiò nominari, eſſe intelligendam in beneficiis compatibilibus dumtaxat, cujus declarationis cum mihi mentio primùm facta eſſet occaſione hujus controverſiæ, intellexi poſtea ex Cardinale Matthæi rem ita ſeſe habere*, unde nunc laboro pro aliqua ejus moderatione novis litteris facienda, &c. deinde infrà. Romæ 4. Aug. anno 1601. ſic ſubſcriptum, Eximiæ V.Dominationi addictiſſimus Petrus Lombardus Archiepiſcopus Ardmachanus in Hybernia.

Digitized by Google

DIE Lunæ 19. Septembris hora 7. ante meridiem in loco Capitulari ſuperiori Eccleſiæ Collegiatæ Divi Petri fuit indicta ſub juramento, & ſervata Vniverſitatis Congregatio, indicta judicio DD. Deputatorum ad deliberandum ſuper duobus. Primò, ſuper litteris receptis ex Vrbe ab Archiepiſcopo Armachano, inſertis in Deputatione 17. hujus ſervata, quibus per me Notarium hic lectis, ex Facultatum vnanimi deliberatione concluſit Magnificus Dominus Rector Vniverſitatis nomine ſcribendas litteras ad Summum Pontificem, & Cardinales in litteris nominatos, necnon ad præfatum D. Archiepiſcopum Armachanum, ut dignetur negotium ad bonum finem perducere, *necnon concipiendos articulos, quibus abuſus omnes, ſi fieri poteſt, à nominationibus, & nominatis removeantur, & vitentur*, & ad id Deputari ex Facultate ſacræ Theologiæ Eximios Dominos Ioannem Clarium, & Iacobum Bayum, ex Facultate Sacrorum Canonum, Decanum illius Facultatis pro tempore, & Stephanum Weyms, ex Facultate legum Decanum illius Facultatis, & Gerardum Corſelium, ex Facultate Medicinæ ſimiliter Decanum Facultatis, & Thomam Fienum, & denique ex Facultate Artium, quos eadem Facultas poſtea minabit.

Ex Actis Facultatis.

PEnultima Septembris petivit Decanus, an placeat aliquos deputare, qui diſpicerent, moduſne aliquis ſit, *quo obvietur abuſibus, qui Romæ objiciuntur noſtris nominatis*, reſponſum eſt placere, & deputati ſunt Decanus, & Receptor, qui agerent cum Deputatis Vniverſitatis *occupatis etiam in tollendis abuſibus, qui irrepere ſolent in nominatis ex parte Vniverſitatis*, qui tamen Decanus, & Receptor referent omnes articulos conceptos ad ipſam Facultatẽ approbandos. X. 1605.

DVodecima Ianuarii 1607. convocata eſt Facultas ſub juramento ad deliberandum ſuper articulis ſequentibus ..... & infrà .... quoad primum, placuit pro nunc has cenſeri famoſas, idque pluſquam à duabus tertiis, omnes Metropolitanas, omnes Cathedrales S. Ioannis Leodii, S. Dionyſii ibidem, S. Pauli ibidem, S. Crucis, ibidem, S. Servatii Trajecti, Beatæ Mariæ Tungrenſis, S. Petri Inſulenſis, S. Amati Duacenſis, S. Petri Arienſis, .. deinde infrà .... occaſione ultimæ concluſionis concernentis uſum nominationum, aſcribitur hic conceptus Deputatorum circa earundem meliorem formam aliquot articulis diſtinctus, qui in hac ipſa Congregatione iterum lectus eſt, in Decanatu ultimo D. Raucini primum approbatus. Y. *Anno* 1607.

Nemo qui obtinet, aut aliquando obtinuit prebendam Eccleſiæ

Cathedralis, aut Eccleſiæ Famoſioris, nominetur ad ſimilem Eccleſiam, niſi per ſententiam, aut vim majorem ea exciderit, ut ſi hoſtes locum reſidentiæ occuparint; aut judicio majoris partis Facultatis ei inutilis facta fuerit.

Qui nominatus eſt ex parte Vniverſitatis ad aliquam ex præfatis Eccleſiis, non nominetur iterum ex parte Facultatis Artium ad ſimiles Eccleſias, niſi juraverit ſe ceſſurum nominationi alteri, ubi pacificè præbendam ex altera obtinuerit.

Qui verò nominatus ad prædictas Eccleſias in lite eſt pro effectu ſuæ nominationis, non iterùm nominetur, niſi etiam juraverit ſe nominationi ceſſurum, ſi pacificus fiat in priori, antequam poſterioris nominationis effectum ſortiatur.

Sufficiat convocari Deputatos vnâ hora antequam nominatio fieri poſſit, non fiat tamen nominatio ante horam, etiamſi Deputati omnes comparuiſſent.

Litteræ Vniverſitatis ad Pontificem.

Z. BEatiſſime Pater: Quanto Reipub. Chriſtianæ bono B.V. prædeceſſores Vniverſitatem Lovanienſem, & in ea Facultatem Artium privilegio nominationum olim dotaverint, res ipſa palam loquitur, multorumque, etiam Principum atteſtatione firmatur, cùm illud doctiſſimos quoſque; & quàm maximè habiles invitet, docendi Provinciam per ſe penè indotatam in Vniverſitate ſuſcipere, diſcipulos ſtudiorum labores, ac diſciplinam non detrectare, eruditos promoveat regere Eccleſiam Dei; quam acquiſivit Sanguine ſuo, fructum optatum pro vigilantiâ ſua procul odorati prædeceſſores B.V. alii, cenſuerunt privilegium nominationum, ne proventu ſuo aliena inſtantia fruſtraretur, alio quodam privilegio, quod tractus vocant, eſſe muniendum, ſeverè ſancientes, ut ſi quæ circa validitatem, aut præferentiam factæ nominationis lis moveretur, de illâ in prima inſtantia non cognoſceretur, niſi à judicibus à Sede Apoſtolica Vniverſitati Lovanienſi datis; & in ipſa reſidentibus. Benè profectò, & providè; cognoverunt enim illi PP. à Facultate Artiū nominari non poſſe, niſi eos, quorum annui proventus *ſummam* 80. *Ducatorum auri de Camera non excedant; ab Vniverſitate verò nonniſi eos, quorum proventus in annum collecti ſummam Ducatorum conſimilium non ſuperent, omnes proinde nominatos eſſe debere fortunâ modicos, aut mediocres;* mota proinde lite, ob facultatum inſufficientiam, cauſam ipſis eſſe domi dicendam, aut cum jactura boni publici deſerendam, ſed ab annis aliquot, præterito hoc tractus privilegio, cœperunt nominati per Brevia Apoſtolica à quomodolibet obtenta Romam evocari, & privilegio tractus quaſi in contrarium verſo, qui vigore illius exter-

externos ad tribunalia Vniverſitatis Lovanienſis valent trahere, à Domeſticis ad procul poſita tribunalia extrahi. Quibus accedit, quòd ſi fortè ante motam litem vel ullam oppoſitionem, nominati beneficio vacante acceptato miſſi fuerint in illius poſſeſſionem, per Brevia Apoſtolica, quibus Romam ad dicendum cauſam evocantur, jubeantur accepta poſſeſſione cedere Romæ, alioqui in judicio non audiendi, quod certè nominatorum tàm cauſam extenuat, quàm crumenam: exuuntur enim per id prærogativa poſſidentis, & ſi cauſam obtinuerint, ſolvenda ipſis iteratò ſunt jura repetendæ poſſeſſionis, per quæ omnia privilegium nominationum redditur Lovanienſibus magna ex parte infructuoſum, non minore rerum publicarum jactura, quàm id fructuoſum eſſe ſolet cum earumdem uſura; *& quidem ipſis evocationibus prætexitur abuſus, qui nominationibus ſuggeritur irrepſiſſe, nunquam autem, inaudita præſertim parte, habitus eſt ullus incorrigibilis, optat proinde Vniverſitas dari de abuſu Nuncio per Belgium Apoſtolico mandatum cognoſcendi an ſit, & corrigendi ſi quis ſit, exhibebit Vniverſitas ſe per omnia morigeram, ut in uſu ſui privilegii perſeveret, qui ut innoxiis, ita non tollitur corrigi paratis*, ſed & per nominatorum jam dictas evocationes, abuſus privilegiorum, qui Vniverſitati imponitur, in alium, ſi non graviorem transfertur: per illas enim præmia ſtudiorum ſubindè convertuntur in prædas aucupũ, & quod eruditos deducere ſolet ad Eccleſiæ miniſterium, nunc imperitos deducit ad otium. Supplicat itaque Vniverſitas præfata, ut B. V. his attentis, præfatum tractus privilegium ſuis privilegiatis, ut ſalvum, ita contrariantium brevium obſtaculo ablato, liberum, & expeditum fieri mandet, & velit.

Ex Litteris Ampliſſimi Domini Maſii Legati Principis apud Pontificem ſcriptis ad Archid. Albertum.

QVelque Miniſtre m'a adviſè en ſecret, que la confirmation des Privileges, qu'ils demandent, n'eſt pas obligatoire, ou d'obligation, mais depend de la ſeule volontè, & grace de Sa Saintetè, laquelle prenant à mal la rigueur que ceux de l'Vniverſitè ſemblent avoir uſè en prejudice de l'auctoritè du S.Siege, comme aucuns l'entendent ici, pourroit cy-apres cauſer difficultè, non ſoulement à ladite confirmation, mais le Pape pretenderoit les annuller du tout. En certe conformitè me ſouvient, que paſſez deux ou trois ans, faiſant par ordre de Voſtre Alteſſe inſtance pour cette confirmation, Sa Saintetè me dit ces paroles: *Non ſiamo obligati à conſermare tutto quel c'hanno fatto li noſtri Predeceſſori in queſto particolare, tuttavia à l'inſtanza dell' Arciduca lo volemo fare, eſſendo levati prima li abuſi, che intendiamo fanno quelli dell'Vniverſità.* AA. 1615.

BB. A. Infraſcriptus teſtor B non imputari in gratiam in Facultate Artium, beneficia, quæ quis habuit ex parte Vniverſitatis per nominationem, C niſi in ordine ad capacitatem, vel incapacitatem quoad præbendas primi, vel ſecundi Ordinis, D adeout ſi quis per nominationem ex parte Vniverſitatis, vel aliunde obtineat præbendam ſecundi, vel tertii Ordinis, ſit adhuc capax alterius præbendæ tertii ex parte Facultatis, E & duorum aliorum beneficiorum, F ſtatutumque ſextum in ordinationibus ejuſdem Facultatis intelligi de nominationibus Facultatis dumtaxat, non verò Vniverſitatis, G & ita vidi ſervari tempore quatuor, aut quinque annorum, quibus functus ſui officio H Syndici in prædicta Facultate. Teſtor inſuper, quòd dum collata fuit præbenda Cynacēſis Exim. D.Scaille, eſsem Procurator nationis Brabantiæ, & in ea qualitate monitus fuerim pridie de ejuſdem collatione facienda die ſequenti, ſciverimque ipſum obtinuiſse præbendam Antonienſem per nominationem Vniverſitatis, & examinaverim, an illa, & alia beneficia, quæ habuerat, non obſtarent quominùs præbenda Cynacenſis, quam petebat, ipſi conferretur, & poſtridie in Deputatione ipſa ſtatuta hora interrogaſse alios Procuratores, an & ipſi exiſtimarent nihil obſtare? cumque reſpondiſsent ſe nihil ſcire, annui ejus petitioni, & reliqui mecum, & pauló poſt D. Decanus ipſi contulit præbendam, L paratus de cætero hoc præſens meum teſtimonium confirmare juramento ubicumque, & quandocumque fuerit opus. Hac ſecunda Feb. 1665. ſignatum Iacobus Renſon.

Animadverſiones quædam in præfatum teſtimonium.

HAs pono juxta præinſertas ſupra litteras (A) Advocatus, teſtis, & propriam cauſam agens (B) quid ſi ergo proviſus de duobus, aut tribus beneficiis ex parte Vniverſitatis taxam implevisſet, an illa non deberent imputari in gratiam? (C) ſi in uſu prętenſo Facultatis ſe fundat, & non in æquitate, juxta ea, quæ dicta ſunt ſupra, non erat opus, ut exciperet præbendas primi, aut ſecundi Ordinis; nam eo tempore, quo Syndicus fuit, præbendam ſecundi Ordinis ex parte Facultatis obtinuit D. Mennekens, licèt antea ipſi proviſum fuiſset de præbenda primi Ordinis. Similiter D. Brants modernus Paſtor S. Iacobi Lovanii proviſus primó de præbenda ſecundi Ordinis, obtinuit poſtea aliam primi Ordinis (D) aſserti falſitas detegitur ex deductis fuſius per totam quæſtionem, & ſignanter ex Clementina *Gratiæ*, ex litteris Lombardi hic junctis ſub litt. C.D.T. ex Cardinalium declaratione ibid. mentionata, & iis, quæ Romæ geſta ſunt in ſimilibus occaſionibus, ex ſtatuto 6. Viſitationis relato inf. pag. 79. num. 6. quod expreſsè conditum eſt

ad

ad vitandam incompatibilitatem, ex doctrina Cuyckii , & Molani celeberrimi nominis Theologorum Lovanienſium relata infrà ad calcem additionis ad quęſt.4.ſub litt.C.& D. ex Pekio pręclaro itidem Iuriſta Lovanienſi infrà pag.76.num.44.ex ipſo Wameſio hac quæſt.ſup.pag.37. n.47. (E) conſtat ex ſtatuto Viſitationis 7. quod habetur infra pag.79. n.7. neminē poſſe acceptare pluſquā duo beneficia,& tamen teſtatur de præbenda, & duobus ſimplicibus,pręter alia prius obtenta ex parte Vniverſitatis (F)cōtrarium evincitur ex dictis ad litt.D. & ex tenore ipſius ſtatuti, cujus cauſa finalis eſt obviare incompatibilitati.(G)eodem anno,quo collata eſt præbenda Cynacenſis D.Scaille,excluſit Facultas D.Hoppenbrawer I.V.L. & Profeſſorem à nominatione ad præbendas tertii Ordinis, eo titulo, quòd habuiſſet aliam ſimilem ex parte Vniverſitatis (H) ovis commiſſa lupo;nam ex ſtatutis Facultatis cap.8.pag.20.conſtat officium Syndici eſſe, *Iudicialiter procedere contra omnes tranſgreſſores ſtatutorū, & iuramentorum Facultatis*, & tamen ipſemet per hoc præſens ſuum teſtimonium ſtatuta 6.& 7.Viſitationis funditus ſubvertit,neq;ſolum illa duo , ſed & cætera omnia , ut apparet ex dictis ſupra hac quæſt. n.111.112. & 113. (I) non potuit aliter judicare , niſi ſeipſum condemnando, nam obtinuerat ipſemet duas præbendas incompatibiles, & alia plura beneficia ſimplicia (K) in confeſſo iudiciali eſt, quòd non fuerint omnes Deputati præſentes, & hinc iterum nova prætenſæ collationis nullitas, quia licèt privilegia dicant ſufficere majoris partis conſenſum, dubitandum tamen non eſt, quin fuerit omnium præſentia neceſſaria,quòd probatur per l.17.§.7.ff. de Recept.qui arbit.ubi dicitur: *Celſus libro ſecundo digeſtorum ſcribit, ſi in tres fuerit compromiſſum, ſufficere quidem duorum conſenſum ſi præſens fuerit & tertius: alioquin abſente eo, licet duo conſentiant, arbitrium non valere, quia in plures fuit compromiſſum, & potuit præſentia eius trahere eos in ſententiā.* Item per cap.22 ;; de offic.& poteſt. jud deleg. cujus ſummarium ſic habet: *Si cauſa ſimpliciter delegatur tribus, duo ſine ſubdelegatione tertii procedere non poſſunt, quod ſi fecerint, ab eis poterit appellari. Idem ſi ſunt dati cum clauſula, quod ſi non omnes, non enim valet proceſſus duorum, tertio inconſulto*. Deinde ſi majoris tantùm partis præſentia requireretur, prout palàm cum ſuo cliente contendit idem Syndicus, evenire poſset, ut ille beneficium, aut nominationem ex ſolo duorum conſenſu reportaret,qui aliàs de conſilio trium paſsus fuiſset repulſam, ſi omnes fuiſsent adhibiti præſentes. (L) quàm temerarius ſit auſus ille, ubi tot, & tanta in contrarium concurrunt argumenta, & rationes, judicet Lector.

QVÆ

QVAESTIO QVARTA.

Quot beneficia poſſit quis vigore Privilegii acceptare?

HAec Quæſtio præcedenti affinis eſt, & ex iiſdem ferè regulis, & fundamentis reſolvi poteſt, ſcilicet ex *Cap.* 17. *ſeſſ.* 24. *Sacri Concilii Tridentini*, ubi habere dictum eſt, ***quod habenti beneficium, non conferatur niſi ſimplex, & hoc tantum in caſu, quo primum foret inſufficiens***, nec idem Concilium Tridentinum permittit per inferiores conferri plus quàm duo.

2. Ex quo apparet, quod nemini liberum ſit vigore privilegii acceptare tot beneficia quot vult, etiamſi in privilegiis dicatur *pag.* 75. in medio, & 89. in principio, ***quod quis ſæpius nominari poſſit***.

3. Multo minus, quod quamvis illa privilegia fuerint confirmata per *Gregorium XIII. & Paulum V. privileg. pag.* 106. poſt medium, & *pag.* 120. §. *in reliquis*, certum ſit dicto *Concil. Tridentino* in hoc puncto non fuiſſe per ea privilegia derogatum.

4. Et ideò graves ſæpè motæ ſunt querelæ quoad prædictum numerum acceptandorum, ſic ut ad eas tollendas anno 1615. factæ ſint regulæ per *Viſitatores Apoſtolicos, & Regios*, prout relatum eſt in præcedenti quæſtione.

5. Inter quas una eſt ſub *n.* 7. quæ dicit: ***neminem poſſe per nominationem, vel Collationem Facultatis plura Beneficia ſimplicia, & cum fructu acceptare, quàm duo***.

6. Et licèt hæc regula foret æqua & legitima, & planè conformis dicto Concilio Tridentino, tamen Facultas Artium in modum ſequentem immutavit per quaſdam ordinationes, quas fecit pro uſu privilegii *art.* 6.

7. ***Sufficiat uno anno obtinuiſſe unum beneficium cujuſcumque Ordinis, nec eidem diverſis annis plura conferri poſſint, quàm duo tertii, niſi eodem anno ſecundum, vel diverſis annis tertium quis petat pro finali proviſione, & reſidentia***.

8. Illis non obſtantibus *Petrus Marcelis* anno 1647. duo bene-

Digitized by Google

beneficia per Collationem Facultatis accepit, itaut, juxta illas regulas, & propriam Facultatis extenſionem, fuerit factus incapax ulterioris proviſionis.

9. Non alia enim conditione ipſi collatum fuit ſecundum beneficium, quam ut, eo mediante, obtineret finalem proviſionem, ut conſtat ex actis dictæ Facultatis, in quibus, ad annum 1647. 26. Novemb. hoc habetur.

10. Proinde per puram ſubreptionem ſex annis de poſt à Decano, & Deputatis Facultatis obtinuit Canonicatum *Tongrenſem*, fuitque illa Collatio irrita, tam ratione dicti *Concilii Tridentini*, quam Statutorum præfatorum, maximè cum hæc Statuta, ſeu Decreta Viſitationis à *Sancta Sede* fuerint confirmata cum clauſula *irritante omnia, quæ contra eadem Decreta fieri contingerent*, ut ex Faſtis Academicis apparebit an. 1617.

11. Si illa benè perpendantur, ſine dubio deſinet Vniverſitas, & Facultas ſuſcipere cauſam dicti Marcelis, & *Conſervator* abſtinebit à caſſatione ſententiarum Rotæ Romanæ, & adverſus illas invocare Conſilium Brabantiæ ad arreſtandas decimas Canonicorum *Tongrenſium*, & ad alia damna inferenda.

12. Ille etiam *Marcelis* ſimilibus auxiliis deſtitutus, diſcet cum aliis Sanctæ Sedis obſequi decretis, & ejus auctoritatem melius revereri, & ſimul apparebit, quàm malè per annos quatuordecim contra eamdem actum ſit.

13. Manebit igitur certum, & reſolutum, quod quis plus quàm duo beneficia non poſſit acceptare vigore *Privilegii Apoſtolici*, vel ad ſummum tria, & tamen plures acceptant 4. 5. 6. & amplius, etiam incompatibilia, quæ poſtea ad libitum reſignant mediante recompenſa, quibus obviare, æquum, & ſalutare erit, prout videri poteſt in Sacra *Synodo Tridentina* loco ſupra citato, *multi*, inquit, *improbæ cupiditatis affectu, ſeipſos, non Deum decipientes, ea quæ benè conſtituta ſunt, variis artibus eludere, & plura ſimul beneficia obtinere non erubeſcunt*.

14. Non tantùm autem per acceptationem multiplicem exceſſit *Petrus Marcelis*, ſed alii plures, v.g. *D. Iacobus Scleſſin. D. Antonius Daveus, D. Iacobus Renſon &c.*

15. Dicent fortè Lovanienſes, quod in privilegiis appoſita ſit clauſula, qua dicitur, *quod poſſint nominari bis, & ſæpius,*

quam-

quamdiu non habent centum triginta Ducatos auri annuos ſi ſint majores Magiſtri, aut quadraginta ſi ſint minores, ſed reſpondetur, quod non poſſit illa clauſula intelligi, niſi ſic, quod demũ tertia nominatione poſſit nominatus frui, ſi ſine culpa ſua prohibeatur frui aliquo fructu primæ, vel ſecundæ nominationis.

16. Ratio videtur clara, quia per *Concil. Trident.* fuerunt abrogatæ gratiæ exſpectativæ, & nominationes conceſſæ per anteriores Pontifices, uti declaravit *Pius V.* & evidenter conſtat ex præfato *Concilio ſeſſ.* 24. *cap.* 19. *& ſeſſ.* 25. *cap.* 9. & propterea petierunt à *Gregorio* XIII. renovationem, & confirmationem.

17. In confirmatione autem data per *Paulum V.* nulla fit Concilii generalis derogatio, qua permittatur Facultatis Artium Decano in eumdem cumulare tot beneficia.

18. Licèt autem clauſula derogatoria adhibita in Bulla *Gregorii* XIII. ſit generalior, tamen illa accipit interpretationem à precibus porrectis, quæ maximè eò tendebant, ut reſtituerentur gratiæ exſpectativæ, *uti conſtat ex diverſis epiſtolis ad Regem, & Pontificem*, non ut tot uni beneficia conferrentur, *ut conſtat ex continuis adverſus illam multiplicitatem querelis*.

19. Certè ex Statutis Viſitationis, quæ hìc annectuntur, apparet Viſitatores voluiſſe juxta *Tridentini* mentem explicare Bullas, nam articulo, *Quicumque deinceps habuerit ex ſupradictis*, oſtendunt, quod non voluerit, ut quis haberet plures præbendas, primi, vel ſecundi Ordinis; articulo autem, *nemo poterit per Nominationem, vel Collationem Facultatis habere plura beneficia, quàm duo*, oſtendunt quod noluerint, ut quis haberet plura beneficia, quàm duo.

20. In quo vltimo articulo non apponitur vox *Facultatis*, ad oſtendendum, quod poteſt quis habere tertium beneficiũ ex parte Vniverſitatis, ſed ponitur explicativè, quia Vniverſitas Ius conferendi non habet, hoc enim ſolùm datum eſt Facultati Artium per *Paulum V.*

21. Item dum in eadem Viſitatione articulo, *Vt non facilè*, dicitur, *eum qui evacuaverit Nominationem ad Collationem, ſub qua ſunt octo præbendæ, non poterit nominari ad Collationem cujuſcumque ordinis, ſub qua ſunt octo præbendæ*, non dicitur eo fine,

ut

ut permittatur acceptatio plurium præbendarum, modo in aliqua Eccleſiarum, in quibus earum altera ſita eſt, non ſint plures, quàm octo, ſed ponitur ad cavendum periculum acceptationis plurium præbendarum.

22. Sicuti ſi diceret Legislator, ut non facilè homicidia de nocte committantur, nemo eat ſine lumine, non concedit poſſe fieri homicidium ab eo, qui erit cum lumine.

23. Ex quibus reſultat, quòd quis vigore privilegii poſſit acceptare duo ſimplicia beneficia pacificè, & cum fructu, item unum beneficium ſimplex cum præbenda, aut beneficio ſecundi, aut tertii Ordinis.

24. Nec per iſtam limitationem fit Vniverſitati, vel Facultati præjudicium, ſed potius ſervatur intentio *Pontificis, & Viſitatorum* expreſſa in dicto articulo, *Vt non facilè*, ſeu providebitur pluribus, & ſi non ſint in Vniverſitate, quibus provideatur, aut non ſint capaces beneficiorum majoris taxæ, qualia ſunt illa, quæ referuntur in primo, & ſecundo ordine, libera maneat Collatio Ordinariorum, aut Pontificis: fortè dicent, ſe in Statutis Viſitationis poſſe diſpenſare, & illa, ubi ipſis videtur, mutare, ſed hoc frivolum eſt; nam fruſtra viſitatio fuiſſet facta; fruſtra promiſiſſent exactam obedientiam: deinde Vniverſitas in lite, quam ſuſtinuit contra Ieſuitas anno 1618. & deinceps, aliter cenſuit, & contrarium declaraverunt ipſi *Viſitatores*, & eo ipſo quo obſervari illa volunt; *ut arceantur abuſus*, non ſunt tàm Statuta perſonarum Viſitatorum, quàm *Viſitantium*.

25. Nihilominus etiam operæ pretium eſt videre, qualiter, quod à *Viſitatoribus Pontificis & Principis* auctoritate Deputatis ſtatutum eſt circa numerum beneficiorum acceptandorũ, immutavit Facultas, & an obſervarit quod condidit.

26. En ab ipſis conditum Statutum: *Sufficiat uni uno anno obtinuiſſe unum beneficium tertii cujuſque Ordinis, nec eidem diverſis annis plura conferri poſſint, quàm duo tertii, niſi eadem onna ſecundum, vel diverſis annis tertium quis petat pro finali proviſione, & reſidentia, quam cenſebitur habere qui obtinuerit per privilegium præbendam primi, aut ſecundi Ordinis, aut notabilem Paſtoratum*.

Digitized by Google

27. Primam partem concernentem eum, qui duo beneficiá eodem anno accepiſſet, violaverunt conferendo *Petro Marcelis* Canonicatum Tongrenſem, uti oſtendimus in hac Quæſtione ſuprà.

28. Secundam partem, concernentem eum, qui diverſis annis accepiſſet tertium beneficium, ſimiliter neglexerunt, ut patet ad calcem ſub *lit. B.*

29. In tertia autem parte dicitur, *niſi diverſis annis tertium accipiat pro finali proviſione, & reſidentia, quam cenſebitur habere, qui per privilegium acceperit Præbendam primi, vel ſecundi Ordinis, vel notabilem* Paſtoratum.

30. Si nolint quòd tertium beneficium, etiamſi ſit Paſtoratus, contineat finalem proviſionem, nec obliget ad reſidentiam, niſi notabilis, directè Statutum illud contravenit *Pontificiis Bullis, & Placeto Suæ Majeſtatis*, quæ indiſtinctè acceptantes Paſtoratum, obligant ad reſidentiam.

31. Si nolint notabilem Paſtoratum, item Præbendam primi, aut ſecundi Ordinis continere finalem proviſionem, niſi fuerit tertium, quod diverſis, vel ſecundum quod eodem anno acceptatur.

32. Iterum ſtatuentes contraveniunt *Viſitationi*, in qua decretum eſt, quod quicumque habuerit Præbendā primi Ordinis, non poſſet ampliùs ad quidquam nominari, nec conſequenter aliquid aliud acceptare in *Patria Leodienſi*, quia illa pari paſſu procedunt.

33. Collatio enim ſurrogata eſt in locum Nominationis, Privilegia *pag.* 125. *§. & loco*; & declaravit Facultas in ſtatutis allegatis, & anno 1657. ſuper petitione *Paſtoris S. Iacobi.*

34. Inſuper qui haberent Paſtoratum notabilem, deberent obligari ad reſidentiam; licèt non foret tertium beneficium, aliàs iterum impingeretur in *Bullas, & Decretum* Principis jam citatā.

35. Si autem non requiratur, quòd beneficia ibi expreſsa, ſeu notabilis Paſtoratus, Præbenda primi, vel ſecundi Ordinis ſint eodem anno ſecundum, vel diverſis tertium beneficium, ut cenſeatur finalis proviſio; iterum ſequitur non potuiſſe *D. MenneKens* proviſum prius de *Præbenda Harlebacenſi*, quæ eſt

Digitized by Google

eſt primi Ordinis, acceptare præbendam *S. Petri Leodii*, nec *D. Henricum Scaille* proviſum de *Antonienſi*, quæ eſt ſecundi Ordinis, potuiſſe acceptare *Cynacenſem*.

36. Vnde ſequitur ulterius, quòd proviſi *Apoſtolici* debeat obtinere adverſus illos, qui poſt acceptam præbendam primi aut ſecundi Ordinis, acceptarunt poſtea via privilegii aliud beneficium, ſaltem ſi in hoc poſteriori non ſint triennales pacifici; & ſi à lite nolint deſiſtere tales *Academici*, debeat eos Facultas vi juramenti præſtiti cogere, ſi abuſus nolit tueri.

37. Et certè ſatis etiam aliunde conſtat, quod per illa verba, *Quam cenſebitur habere qui per privilegium obtinuerit Præbendam primi, vel ſecundi Ordinis, aut notabilem Paſtoratum*, ſignificetur finalis proviſio, ſaltem quando antea unicum tantū parvum obtentum eſt, etiamſi Paſtoratus, vel Præbenda ſecūdi Ordinis non ſit ſecundum eodem anno, vel tertium diverſis.

38. Nam conſtat ex Actis Facultatis annexis *litt. B.* quod tertium ſimplex debeat eſſe ſemper proviſio finalis, & ſic intellexerint ſtatuentes; ergo dum in parte vltima allegati ſtatuti dicitur, *quam cenſebitur habere qui per Privilegium obtinuerit Præbendam primi, vel ſecundi ordinis, vel notabilem Paſtoratū*, excludentur beneficia ſimplicia, & diſpoſitio reſtringitur ad beneficia primi, vel ſecundi Ordinis, &c. Satis convincitur, quod beneficium ſecundi Ordinis v. g. *Canonicatus Antonienſis* ſit finalis proviſio, licèt non ſit tertium.

39. Et hoc magis adhuc apparebit, ſi attendatur, quòd per Bullam *Pauli V*, qua conceditur Ius conferendi, nullatenus derogatum ſit *Tridentino Concilio, & aliis Generalibus*, multitudinem beneficiorum prohibentibus; nam ubi derogavit *Conciliis*, addidit expreſsè clauſulam, *Provincialibus, & Synodalibus*; & unico tantùm caſu derogavit *Concilio generali*, nempe in Ordine ad evocationem ultra duas diætas, *Privileg. pag.* 131.

40. Non obſtat, quòd per Indultum *Paulinum* ſit ſublata taxa, ſeu poſſit provideri per Decanum Facultatis de beneficiis, quæ excedunt valorem centum Ducatorum auri de Camera, & conferri iis, qui habent plus in bonis temporalibus, vel Eccleſiaſticis, quàm quadraginta, ſi ſint minores Magiſtri, aut 130. ſi ſint majores.

Digitized by Google

41. Quia reſpondetur primò, hoc ita à *Paulo V.* fuiſſe conſtitutum ex ſpeciali ratione, & intuitu; quia ſub illo indulto comprehenduntur etiam dignitates, ex quibus aliquæ non niſi à Canonicis poſſunt poſſideri; ne ergo excluderentur Magiſtri Artium, convenienter ſublata eſt taxa; ſed non apparet, quòd Sua *Sanctitas* voluerit aliàs quoſvis divites fieri capaces privilegii, quod priùs fuerat conceſſum pro pauperibus; nam inter ordinationes pro bono uſu privilegii *Paulini*, adhuc juramentum ſuper taxa patrimoniali jubetur injungi.

42. Secundò, nullibi in dicta Bulla *Pauli V.* dicitur, quòd poſſint acceptari pluſquam duo, aut incompatibilia; nec magis derogatur *Clementinæ Gratiæ*, quàm derogatum ſit in anterioribus nominandi privilegiis.

43. Et hoc adeo certum fuit antea Lovanii, ut *PeKius*, præclarus ibi Doctor, & poſteà *Cancellarius Brabantiæ* (cujus dictata in manibus aliquorum adhuc extant) explicando dictam Clementinam anno 1578. 16. Ianuarii, docuerit in ſcholis publicis ſequentia.

44. *Ad cap. 4. execrabili quorumdam ambitione, qui ſemper plus deſiderant, eo magis fit inſatiabilis, quo ſibi amplius indulgetur.* Et parum infrà: *Et ampliatur hæc deciſio primò, ut etiam in nominationibus Univerſitatum locum habeat; nam cum nominatio appellatione gratiæ contineatur, gloſſa pragmaticæ Sanctionis §. item quod ad dictas, tit. de collat. in verb. nominare, & in verb. potero. Si nominatus ab Univerſitate aliud deinde beneficium incompatibile cum eo, quod in gratia continetur, privilegio nominationis acceptet, & acquirat, nominationi ſuæ renunciaſſe videtur.* Rebuffus *in tract. de Nominationibus, quæſt. 22. & 23. num. 11. Amplia 2. ut procedat ſive gratia illa exſpectativa ſit de certo aliquo, & in ſpecie deſignato beneficio, ſive de incerto, & proximè vacaturo in genere conceſſa, ut ait Bonifacius num. 1. ut ſic ea, quæ conveniunt in ratione, conveniant quoque in eadem juris diſpoſitione, cap. ſi poſtquam §. de elect. hoc lib. 6. nec tunc tantùm, quando ad ſupplicationem impetrantis conceſſa eſt, verum etiam ſi ex motu proprio Pontificis veniat; quia clauſula motus proprii, licèt uberrimam habeat utilitatem, numquam tamen ampliat gratiam contra Ius*

com-

commune, Alexander in l.quidam conſulebant, ff.de re judicata. Et rurſus. *Amplia 5. Quod cum de privatione ad habitum nulla ſit regreſſio, l.qui res, §.area, ff.de ſolutionibus, gratia ejuſmodi per talem modum ſemel extincta, amplius non reviviſcit, ſi vel ille renunciat, vel renunciare paratus ſit beneficio interim adepto, textus hic in fine, vel antequam ad effectum ſuum gratia perducta eſt, incompatibile aliud beneficium reliquit; quaſi ſemel ſuffecerit executionem à lege factam, eſt cap. ſi tibi conceſſo, & ibi Philippus Francus S.de Præbend.hoc libro; etiamſi poſtea deſinat poſſidere, Romanus conſil. 356. ſemelque acquiſitam poſſeſſionem fuiſſe ſatis eſt, cap. licet, ſuprà de Præbend.hoc libro.cap. commiſſa, §.1. S. de electionibus eod.tit.ut eodem inſtanti, quo accedit incompatibile poſterius, inducatur extinctio prioris, & ingreſſio iſtius ſit excluſio alterius. Dominicus Conſil.82.*

45. Idem antea docuerat *VVameſius conſil.16.nu.9. & 25.* ubi poſt plurimos alios addit, *præfatam Clementinam procedere in quibuſvis gratiis, & quibuſcumque incompatibilibus.*

46. Ex quibus elucet quàm juſta fuerit reſolutio *Eminentiſſimorum Cardinalium* declarantium illam clauſulam privilegii, qua permittitur; quod *poſſit quis ſæpius nominari, non extendi ad incompatibilia*, ergo nec ad incompatibilia extenditur *Indultum Paulinum*, quia ne quidem in eodem habetur, quod poſſit uni & eidẽ illius virtute provideri: hinc iterum vacillat proviſio facta *Petro Marcelis* prius proviſo de alio beneficio.

47. Et licèt expreſsè diceretur poſſe eidem provideri ſæpius, tamen obſervanda eſſet *Clementina* citata, atque ita proviſiones plures fuerunt, & ſunt nullæ; & inter illas foret nulla proviſio facta D.*Henrico Scaille de Canonicatu Cynacenſi*, quamvis ſolum obtinuiſſet Paſtoratum de *Covillet* per citata à *VVameſio, PecKio*, & aliis ſupra. Item factæ D. *MenneKens*, D.*Buterne*, *&c.*

ORDI-

ORDINATIONES FACVLTATIS ARTIVM:

Die 9. Aprilis anno 1615. *condita, & à Reverendis, Ampliſſimiſque Dominis Viſitatoribus auctoritate Apoſtolica, & Sereniſſimorum Archiducum eodem anno approbatæ.*

1. QVicumque deinceps nominabitur, jurabit antequam nominetur, ſe vigore ſuæ Nominationis, non acceptaturum ullum beneficium cum cura animarum, niſi priùs exhibito Deputatis ordinariis, vel Examinatoribus conſtitutis, ſufficienti (ex eorum judicio) morum, & doctrinæ teſtimonio.

2 Quicumque per Nominationem ex parte Vniverſitatis vel Facultatis Artium obtinuerit, aut quacumq; alia via nunc obtinet, unum ex Canonicatibus, aut Præbendis in hoc articulo comprehenſis, videlicet, Cameracenſem Beatæ Mariæ, Tornacenſem, Audomarenſem, Atrebatenſem, S. Servatii Trajectenſem, Inſulenſem Sancti Petri, Iprenſem Membri Sancti Martini, Gandenſem, Brugenſem, Harlebecenſem, vel Sancti Lamberti Leodii, Beatæ Mariæ Aquiſgrani, Thorenſem, non poterit ampliùs ad quicquam nominari, niſi via juris, aut facti perturbetur, aut judicio Facultatis ſine ſua culpa ei facta eſſet inutilis, aut niſi pro ratione temporum proventus ita notabiliter minuantur, ut judicio Deputatorum non ſufficiant ad honeſtam ſuſtentationem pro conditione ſtatus.

3. Item, quicumque per acceptationem alicujus beneficii, vel officii exhauſerit Nominationem ad Collationem aliquam prædicto articulo comprehenſam, ſub qua ſaltem contineantur octo præbendæ, non poterit ampliùs nominari ad Collationes præcedentis, aut ſequentis articuli, ſeu Ordinis, quantumvis nullam præbendam dicti Ordinis acceptarit.

4. Quicumque deinceps per nominationem ex parte Vniverſitatis, aut Facultatis Artium obtinuerit unum ex Canonicatibus, ac Præbendis ſimiliter in hoc articulo comprehenſis, videlicet Furnenſem Ipris, majorem Furnis in loco, Mechlinienſem, Antverpienſem, vel aliquam aliam ex Cathedralibus

ſupra

Digitized by Google

ſupra non enumeratis. Item S.Gaugerici Cameraci, SS.Amati, & Petri Duaci, Rotnacenſem, S.Petri Caſletenſem. Antonienſem, Siclinienſem, S. Germani Montenſem, Arienſem majorem, Cortracenſem, Nivellenſem, Carpenſem, Oldenſalienſem, S.Gudulæ Bruxellæ majorem ad Collationes Capituli ſpectantem, vel per Collationem Facultatis Artium Sanctæ Mariæ Trajectenſem, vel Huyenſem, vel Tungrenſem, vel aliquam aliam Civitatis Leodienſis ſecundariam; non poterit ampliùs ad præbendas hic expreſſas nominari, multò minus ad expreſſas in primo Ordine, niſi quoque in ea,via juris, aut facti perturbetur, aut judicio Facultatis ſine ſua culpa ei facta eſſet inutilis,aut pro ratione temporum proventus notabiliter minuantur,ut judicio Deputatorum non ſufficiant ad honeſtam ſuſtentationem pro conditione ſtatus.

5. Quicumque deinceps habuerit ex ſupradictis Præbendam illam, pro qua litigat, poterit ad aliam ſimilem, vel ſuperiorem nominari; ſi tamen fiat in altera pacificus, tenebitur per juramẽtum ante præſtitum alteram nominationem ad manus Facultatis reponere, & ſi contingat eum evacuare ſecundam nominationem, obligabitur Ius primæ nominationis reſignare in favorem alicujus à Facultate ſub juramento congregata deſignandi.

6 Vt non facilè duo beneficia incompatibilia acceptentur, & junioribus contingat ſæpius minores nominationes relinqui, quicumque impoſterum nominationem unam evacuaverit ad collationem aliquam tertii Ordinis, ſub qua ſunt octo Præbendæ, non poterit amplius nominari ad collationẽ cujuſcumque Ordinis, ſub qua ſunt octo Præbendæ, niſi via juris, aut facti in ea perturbetur, vel ei ſine ſua culpa inutilis ſit facta, aut fructus beneficii ſic acceptati notabiliter poſtea ſint imminuti.

7. Nemo poterit per nominationem, vel collationem Facultatis plura beneficia ſimplicia pacificè, & cum fructu acceptare, quàm duo.

8. Publicabuntur impoſterum nominationes omnes, quæ deferuntur, item ſecundæ, ſive primi, ſive ſecundi Ordinis, & ut nemo poſſit ignorare faciendas eſſe ejuſmodi nominationes

tiones, non poterunt eæ fieri, niſi ſex ad minimum horis poſt publicationem.

De Collationibus beneficiorum in Patria Leodienſi, & Diœceſi etiam non Patria.

HAbet Facultas Artium privilegium à Paulo V. Pontifice conceſſum, conferendi beneficia in Patria Leodienſi, & Diœceſi etiam non Patria per obitum vacantia menſe Novembri quotannis, & ſemper, alternis verò annis etiam Ianuario, per Decanum, aſſentientibus receptore, & quatuor Nationum Facultatis ejuſdem Procuratoribus, aut majori eorum parte, ſive interim beneficia ſint cum cura animarum, ſive Canonicatus, & Præbendæ, ſeu aliæ quæcumq; ac cujuſcumque valoris, exceptis dignitatibus quibuſdam in Bulla.

Porrò in conferendo ſupradicta beneficia, ſervabitur idem modus, & ordo, qui in nominando præſcriptus eſt, ſecundum Facultatis ordinationes hic ſequentes.

Ordinationes pro bono uſu Privilegii conferendi beneficia in Patria, vel Diœceſi Leodienſi vacantia in menſibus Facultati Artium conceſſis.

1. PEtens collationem alicujus beneficii per Patriam, vel Diœceſim Leodienſem vacantis in menſe Facultatis, tenebitur præſtare juramenta, quæ à nominandis exigi ſolent, mutata tamen forma 80. Ducatorum ad 130. Ducatorum auri de Camera, conformiter ad augmentũ taxæ noviter obtentum.

2. Secundò, ſi plures pro obtinenda alicujus beneficii collatione concurrant, ſervabitur inter concurrentes ordo in Nominationibus ſervari ſolitus, quia ille ordo generaliter etiã in Nominationibus ad beneficia Patriæ Leodienſis ante ſervabatur, & Bulla nova iiſdem prorſus verbis prærogativam, & ordinem continentibus concepta eſt.

3. Reducantur omnia beneficia Patriæ, & Diœceſis Leodienſis ad tres beneficiorum ordines in Patria Archiducum conſti-

conſtitutos. Ad primum ordinem, Præbẽdæ Cathedrales Leodienſes, item Thorenſes, & Aquenſes B. Mariæ. Ad ſecundum omnes ſecundariæ Præbendæ Civitatis Leodienſis (exceptis parvæ menſæ, & S. Martini) videlicet S. Ioannis Evangeliſtæ, S. Pauli, S. Dionyſii, S. Martini, S. Crucis, S. Petri, S. Bartholomæi; item Præbendæ Tungrenſes, Huenſes, Trajectenſes B. Mariæ, Foſſenſes. Ad tertium ordinem reducantur Præbendæ Viſetenſes, Trudonenſes, Dionantenſes, Tudinienſes, parvæ menſæ, S. Materni in Eccleſia Leodienſi, cætera denique beneficia primo, aut ſecundo ordine non comprehenſa.

4. Obtenta igitur collatione alicujus beneficii, ſervetur id, quod juxta noviſſimas Nominationum Ordinationes in viſitatione factas, ſervari debet, quando vigore nominationis acceptum eſt aliquod ejuſdem ordinis beneficium, videlicet, ut qui obtinuerit beneficium primi ordinis, non poſſit amplius à Facultate Nominationem, aut Collationem ullam obtinere, niſi via juris, aut facti perturbetur, aut judicio Facultatis ſine ſua culpa ei facta eſſet inutilis ejuſmodi Collatio, aut niſi pro ratione temporum proventus notabiliter minuantur, ut judicio Deputatorum non ſufficiant ad honeſtam ſuſtentationem pro conditione ſtatus. Similiter, qui ſecundi ordinis beneficiũ obtinuerit, non poſſit amplius ullam Nominationem ad beneficia primi, aut ſecundi ordinis, aut collationem talis beneficii obtinere, niſi quoque in ea Collatione hujuſmodi beneficii ſecundi ordinis, via juris, aut facti perturbetur, aut judicio Facultatis ſine ſua culpa ei facta ſit inutilis, aut pro ratione temporum proventus notabiliter diminuantur, ut judicio Deputatorum, non ſufficiant ad honeſtam ſuſtentationem pro conditione ſtatus.

5. Cum vacabit beneficium primi ordinis, fiat ejus publicatio, convocata ad hoc Facultate ſub juramento, & nulli tale, vel etiam ſecundi ordinis conferri poterit, niſi prius deſerat nominationem, ſi quam habet ad beneficia primi, vel ſecundi ordinis pendentem.

6. Sufficiat uni uno anno obtinuiſſe unum beneficiũ tertii cujuſque ordinis; nec eidem diverſis annis plura conferri poſſint, quã m duo tertii, niſi eodem anno ſecundum, vel di-

 verſis

verſis annis tertium quis petat pro finali proviſione, & reſidentia, quam cenſebitur habere, qui obtinuerit per privilegium Præbendam primi, aut ſecundi ordinis, aut notabilem Paſtoratum; ne autem propter ignorantiam vacationis beneficiorum multæ collationes Facultati pereant, poterunt ſimplicia beneficia diſtribui in certos diſtrictus, & ad uſum privilegii in quolibet diſtrictu admittantur tres Artium Magiſtri, & priùs admiſſo fiet per Decanum collatio beneficii vacantis, ſi illud acceptare voluerit, accedente tamen conſenſu Deputatorum, & præmiſſis juramentis pro Collationibus in Patria Leodienſi ordinatis.

7. Quòd ſi vacatio alicujus beneficii ad tres ferè menſes ignota manſerit, conferetur illud ſine concurſu ei, qui primus vacationem ultima ſeptimana trimeſtris, à die vacationis computandi, denunciaverit, niſi defectu Magiſterii eſſet incapax collationis, quo caſu aſſignabitur ei per dictos Deputatos honeſtum pro vigilantia honorarium ſumptu ejus, qui illud obtinuerit.

8. In beneficiis curam animarum habentibus, prætermiſſis Ordinationibus anterioribus; ut ea digniſſimis conferri poſſint; deputentur ſingulis annis ante menſem Facultatis collationibus reſervatum, Thologi ex corpore Facultatis, qui vacante tali beneficio, concurſum inſtituant; & per examen, ac per atteſtationes, aliaſque legitimas probationes de doctrina, & capacitate cujuſque adſpirantium ſedulò inquirant, & attêta doctrina, gradu, vita, moribus, patria, cæteriſque qualitatibus officio Paſtorali convenientibus (prævio de ſincerè declarando juramento) declarent magis idoneum, cui de vacante cura provideri poſſit.

9. Deſignatis Examinatoribus loco honorarii pro laboribus, placuit à ſingulis examinandis dari 5 c. aſſes diſtribuêdos inter præſentes, qui non poterunt eſſe pauciores, quàm Tres.

10. Non intendit autem Facultas per preſentes Ordinationes cuiquam in jure ex bulla competente præjudicare, nec etiam ſic irrevocabiliter ſtatuere, quin retineat ſibi poteſtatem hæc ſtatuta immutandi, ſicuti reliqua à ſe condita.

Extra-

Digitized by Google

Extractum ex Actis Facultatis Artium.

DVodecima Novembris indicta eſt deputatio in medium quartæ, in qua D. ac M. Iacobus Scleſſin petiit ſibi in vim ſuæ addictionis conferri beneficium vacans in Eccleſia Huenſi, per mortem N. N. ſed quia objiciebatur per aliquem Dominorum dicto Domino Scleſſin una ordinatio Facultatis, quæ habet, illum, qui ex vi addictionis accepit duo beneficia in Patria Leodienſi, non poſſe acceptare tertium, niſi illud velit pro ſua proviſione finali, & D. Scleſſin contra objiciebat illam ordinationem non eſſe in uſu. Ex deliberationibus Dominorum concluſum eſt, referendum eſſe negotium illud ad Facultatem ſub juramento convocandam. B. 1633.

Decimatertia Novembris indicta eſt Congregatio Facultatis in medium decimæ ſub juramento, in qua Decanus, relata difficultate exorta in deputatione præcedentis diei, propoſuit primò, quòd D. D. deſuper judicarent .... & infrà .... Et ex deliberationibus Dominorum concluſum eſt ad primum, non eſſe in præſenti caſu attendendum ad dictam Facultatis Ordinationem, adeoque D. L. Scleſſino conferendum eſſe beneficium petitum, cæterum committi Decano cum Deputatis ordinariis, ut ipſi diſpiciant, an illa ordinatio impoſterum debeat deduci in uſum.

Die duodecima Septembris, Congregatio Facultatis ſub juramento in medium duodecimæ ad inſtantiam D. Scleſſin, in qua Congregatione inter cætera, ac tertio loco petiit prout, ſequitur.

3. Iterum petit ſine ullo reſpectu declarari, quòd ordinatio illa de non acceptandis beneficiis in Patria, ac Diœceſi Leodienſi, ultra certum numerum, non debeat ipſi objici contra proviſionem finalem, ſed hanc liberè valeat obtinere, quãvis contra illius ordinationis diſpoſitionem quędam beneficia obtinuiſſet, .. Et infrà ... Ad 3. diſpenſat Facultas cum eo pleniſſimè, omnemque ei ſcrupulum eximit. Infrà habebatur. Collatione facta cum præfatis Actis, concordantiam atteſtor. Servatius Des-Martins Notarius Apoſtolicus. 1634.

ADDITIO
AD QVAESTIONEM QVARTAM.

48. Hanc beneficiorum multiplicitatem, & ex ea incapacitatem ad ulteriorem nominationem, aut collationē agnoverunt, & ſibi invicem objecerunt Academici, quando diverſi pro eadem nominatione, aut collatione concurrerunt.

49. Sic anno 1633. cum D. Seleſſin peteret ſibi conferri beneficium in Eccleſia Huenſi; objecit illi quidam alius, quòd cum jam duo beneficia accepiſſet in Patria Leodienſi, non poſſet juxta ſtatuta Facultatis ulterius acceptare hoc tertium, niſi pro finali proviſione.

50. Et rurſus anno 1647. cum D. Huart Profeſſor Primarius in Porco, peteret ſibi conferri beneficium ſimplex, objecit D. Randaex, illum jam obtinuiſſe tria beneficia, ac proinde nihil poſſe ulterius ei conferri, cujus objectionis veritatem, & robur agnovit D. Huart, dum non aliud oppoſuit, quàm quòd dictum Paſtoratū accepiſſet, non via nominationis, ſed per concurſum, Sic enim habent Acta Facultatis ad annum 1647.

51. *Die 7. Decemb. indicta eſt Congregatio DD. Deputatorum in medium tertiæ ad nominandum, in qua D. Huart petiit ſibi conferri à Decano beneficium ſimplex ſub invocatione Sancti Laurentii in Eccleſia B. Mariæ ad Fontes Leodii, in vim addictionis, quam habebat ad Eccleſias Parochiales Civitatis Leodienſis: è contra comparuit D. Randaex, qui eamdem addictionem habebat, & aſſeruit Dominum Huart obtinuiſse per Facultatem tria beneficia, ſcilicet Paſtoratum unum, beneficum unum in S. Lamberto Leodii, & Præbendam Aquenſem, ac proinde ulterius illi nihil poſſe conferri per Facultatem; ſed D. Huart negabat ſe Paſtoratum, quem habuit, obtinuiſſe per privilegia Facultatis, ſed per concurſum habuiſſe ajebat:*

52. Qua controverſia ad Facultatem relata, cenſuit hæc 9. Decemb. dicti anni, *beneficium illud conferendum D. Huart, modò ſufficienter doceret, ſe Paſtoratum non obtinuiſſe in vim nominationis*, quod cum dictus Huart non oſtenderet, beneficium controverſum collatum eſt D. Paulo, conſentiente D. Huart, quo ſatis ſignificavit Facultas, non poſſe vni plura beneficia conferri in vim privilegiorum, quàm tria, ſive tertium debere eſſe finalem proviſionem.

53. Similiter anno 1659. cùm ad eamdem collationem concurrerent D. Buytenback, & D. Stevenot, huic objecit D. Buytenback, quòd tria beneficia, quæ dictus Stevenot obtinuerat, eum ab ulteriori uſu privilegii excluderent. Et Deputati præbendam Hougardienſem controverſam contulerunt Domino Buytenback, rejecto altero, idque ob multiplicitatem beneficiorum, de quo ſic

habent

Digitized by Google

habent Acta 2. Decemb. *fuit habita ratio multitudinis beneficiorum, quæ per ſe etiam multùm diſplicuit*.

54. Optandum profectò foret, ut ſemper efficaciter diſplicuiſſet illa multitudo beneficiorum uni eidemque collatorum, nec ſuppeterent tot exempla eorum, qui quatuor, quinque, aut plura beneficia acceptaſſent, quorum aliquos hìc ſubjungemus.

55. Andreas du Bay, ſeu Bajus, quatuor obtinuit Capellanias, & Paſtoratum: Ioannes Arneſt, Capellaniam, & duos Canonicatus: Ioannes Milmort, duas Capellanias, Paſtoratum, & Canonicatum: Petrus Lombardus tres Canonicatus, Gisbertus Danielis Capellaniam, & duos Canonicatus: Marcus à Mechlinia duos Canonicatus, & Paſtoratum; Iacobus Blavirius duos Paſtoratus, Capellanias quatuor, & aliud beneficium; Ioannes Wiringus duos Canonicatus, & Capellaniam, Ioannes Silvius Canonicatum, & tres Capellanias: Ludovicus de la Graingę Capellaniam, Paſtoratum, Canonicatum, &c.

56. Hæc exempli tantùm cauſa; generalem enim fuiſſe abuſum ejuſmodi conſtat ex oratione Domini Cuyckii S. Theologiæ Doctoris, & poſtmodum Ruremundenſis Epiſcopi, habita in ipſamet Vniverſitate Lovanienſi, quam (quia ad rem pertinentiſſima eſt) integram adjungimus ad calcem hujus quæſtionis lit. C.

57. Ex dictis colligi poteſt quàm juſtę fuerint olim Sanctæ Sedis querelæ etiam hac in parte, & quid fidei mereatur atteſtatio, quam aliqui de gremio Facultatis compoſuerunt in ſui favorem, & modo pro documento veritatis authentico, ex libro ſtatutorum ſuorum excerptam Conciliis Regiis occaſione diverſarum litium obtruſerunt.

58. Vt his abuſibus obviaretur, decreverunt Viſitatores juxta Tridentinum Concilium, *quod nemo poſſet habere plura beneficia ſimplicia, quàm duo*, ut patet ex annexis ſupra pag. 86 n. 7.

59. Quæ limitatio ad ſimplicia non eo fine facta eſt, ut liceret acceptare plura duplicia, aut Canonicatus plures, ſed, ut dictum eſt, ad multitudinem acceptationum coërcendam, de qua prius & Viglius Concilii privati Præſes, & Doctor Cuyckius, & Pontifices, & Principes, ac generatim omnes Collatores tantopere conqueſti erant.

60. Placuit tamen Academicis illud Viſitatorum decretum ſiniſtra interpretatione extendere, & inſigniter laxare, dicendo primò, hoc intelligi de iis beneficiis, quæ quis acceptat eodem anno, ſtatuentes auctoritate propria, quod quis poſſet acceptare tantùm unum beneficium uno anno, niſi eodem anno ſecundũ, aut diverſis annis tertium acceptaret pro finali proviſione.

61. Inſignis profectò lappa, cui aliam aſſuunt, & dicunt, hoc intelligi

intelligi de beneficiis acceptatis vigore ejuſdem Bullæ, ſeu Privilegii, ita ſcilicet, ut ex parte Facultatis Artium ſufficiat obtinuiſſe tria, per hoc tamen non impediunt acceptare alia ex parte Vniverſitatis.

62. Sic excuſant Henricum Scaille, cui de Paſtoratu, Canonicatibus duobus, & alio beneficio providerunt, ultra patrimonium honeſtum, & Præſidentiam Collegii Divæi,interim, ſeu inter præfatas beneficiorum acceptationes adeptam, quod qualiter conveniat gratiis Pontificum, & ipſorum ſupplicationibus intuitu paupertatis factis, & conceſſis, edocebit reſolutio ſuper quæſt. 5.

63. Alteram ſuperaddunt lappam ex ſtatutis ſuis anni 1639. in quorum proœmio reſervarunt ſibi poteſtatem addendi, mutandi, interpretandi, & hoc extendunt ad Decreta Viſitationis, eaque ſuo nutui ſubjiciunt, & ſupra leges eſſe volunt.

64. In cujus rei fidem Acta litis, quam ſuſtinet filius Ampliſſimi D.Conſiliarii Blitterſwyck contra Carolum Brants Paſtorem D.Iacobi Lovanii, de pluribus beneficiis etiam incompatibilibus proviſum, annecteremus, niſi prolixitate timeremus parere tædiũ.

65. Et ſic non ſibi, ſed Principi ſuo, Senatibus Regiis, Pontifici volunt eſſe impoſitas Viſitationis leges, ad quas non ſemel recurrerunt, ut lectionum Regiarum Collationes, ipſi Principi liberas, impugnarent. Videatur ad calcem quæſt.7. lit.CC.

66. Ampliationem Viſitationis à ſe factam quoad numerum beneficiorum, auxerunt ulteriori abuſu, quo ultra numerum in dicta ſua ampliatione præſcriptum, multipliciter uni eidemque providerunt.

67. Sic Antonius Daveus præter duos Canonicatus obtinuit alia quatuor, ut minimùm, beneficia: Scleſſinus, de quo actum eſt ſupra, ut minimùm tria, præter Canonicatum Cathedralis Eccleſiæ Leodienſis, ac de eo quidem legitur in Actis, quòd Facultas pleniſſimè cum eo diſpenſarit, omnemque ſcrupulum (licèt valdè ſalutarem) ei exemerit. Extract.ſub lit.B.ſupra pag.83. & ſeq.

68. Similiter exceſſerunt circa perſonas DD.Wiggers, N.Molle, Petrum Marcelis Paſtorem S.Michaëlis, Simonem Birens, qui præter Metropolitanam Cameracenſem (quæ apparenter ſola taxam excedit) tria alia beneficia obtinuit,Nicolaum Meys Regentem Falconis, cui poſt acceptata tria beneficia, & Canonicatum Cathedralem S.Lamberti Leodii, præſumpſerunt conferre (ſed nulliter) Archidiaconatum Haſbaniæ controverſum, de quibus adhuc aliquid tangitur quæſt.7.

69. Contra hujuſmodi multiplicitatem magno animi zelo etiã ſcripſit Molanus Doctor itidem Lovanienſis, de quo Faſti Academici dicunt pag. 121. quòd fuerit *vir in Eccleſiaſtica antiquitate plurimùm*

mùm verſatus, & de Eccleſia, Sanctiſque Dei, ac veritate Catholica optimè meritus, Hic autem in opere ſuo, quod de Canonicis edidit lib. 3. cap.43.conformiter ad ſtatutum 7.Viſitationis, & Concil.Trident. abſolutè improbat acceptationem pluſquam duorum beneficiorum, etiam tenuiſſimorum: quid autem ſentiat de occupantibus plura incompatibilia, aut tria, quatuor, vel plura ſimplicia, videri poſſunt, quæ hìc ad calcem ex ipſo juncta ſunt lit. D.

70. Sed neq; hos abuſus diſſimulare potuerunt moderni quidam magis timorati in ipſa Vniverſitate; propterea in Actis anni 1660.legitur: *Die Iovis 12. Auguſti hora decima, indicta, & ſervata eſt deputatio extraordinaria in majori numero, in qua &c.*Deinde infrà: *Quartò, quòd circa collationem nominationum, tàm ex parte Vniverſitatis, quàm Facultatis Artium*, magni annotentur defectus, ſeu abuſus committantur, ex eo quòd illæ aliquando non debitè, ac non ſatis qualificatis *conferantur, quòd eapropter plurimi ſuggerant circa hac concipiendum eſſe regulamentum aliquod, & an communi manu; & ſi ſic, an placeat aliquos deputare, qui illud cum magnificentia ſua, & Dominis Deputatis ordinariis concipiant. Quoad primum, ex deliberationibus Dominorũ concluſum, &c.* Deinde infrà: *Ad quartum verò, committi arbitrio Rectoris, ut aſſumat ſibi placentes ad concipiendum regulamentum* tollendi abuſus, qui circa nominationes committuntur.

71. Sed nihil ad effectum deductum eſt, nam manutenent ſic malè proviſos, & ut manuteneantur movent lapidem omnem, tantùm abeſt, ut præſcriptis ſibi, dum à Gregorio XIII. confirmatio, & augmentum fuit obtentũ regulis, & juramentis ſe conforment.

72. Pro dicta confirmatione obtinenda recurſum habuerunt ad Cardinalem Granvellanum Romæ tunc agentem. Videatur latius ad calcem ſub lit.E.

73. Hic Cardinalis, facta pro ipſis inſtantia, deprehendit, quòd abuſus, de quibus querelæ fuerant expoſitæ, remoram confirmationi injicerent, ut ergo illis obviaretur impoſterum, ipſo agente conceptæ ſunt certæ regulæ.

74. In quarum una ſtatuitur, *quòd ſi nominatus beneficium vigore nominationis acceptatum cedat, vel reſignet, referet ad librum Facultatis, vel Vniverſitatis quantum penſionis nomine acceperit, ad hoc, ut valeat poſtea in taxam imputari.*

75. Item conceptum fuit, *ut nominati acceptationes ſuas curarent annotari*, ut ſcilicèt obviaretur multiplici acceptationi, quæ nata eſt contingere, ſi ignoraretur, an is, qui nominari cupit, alia beneficia obtinuiſſet. Et ut per nominatos nulla hac in parte fraus fieret, accepta confirmationis Bulla, pro executione eorum, quæ fuerant promiſſa anno 1574. Magnificus D.Rector, & DD.Deputati, ex commiſſione Vniverſitatis ordinarunt, quòd per D. Rectorem nomi-

nominandi mediante juramento promittent, quod ſi contingat eos vigore nominationis aliquod beneficium acceptare, quòd hujuſmodi acceptationem à die ejuſdem infrà menſem notario Vniverſitatis inſinuabunt, ad finem, ut idem Notarius illam annotet.

76. Bonæ profectò leges, & neceſſariæ ad abuſus avertendos, ſi fuiſſent obſervatæ, ſed uti cæteræ, ita hæ brevi neglectæ ſunt: nam plurimi ſunt, qui acceptationes ſuas negligunt referre, ſeu annotari non curant. Quoad penſiones veró, vix unus retulit, aut annotatum eſt retuliſſe quid penſionis habuiſſet, licèt plurimi, & unus idemque diverſa beneficia ſub penſione reſignarint.

77. Inter præſcriptas ab eodem Cardinali, ſeu ex mandato ipſius factas leges, in quas nominandus jurare juſſus eſt, fuit una de dimittenda nominatione, ſi deprehenderetur incapax, inidoneus, vel aliàs abuſus.

78. Hæc regula relata eſt poſtmodum in ſtatuta Facultatis Artium, quæ ſic habent: *jurabis, quòd ſi oriatur quæſtio, ſeu contentio ſuper abuſu nominationis de perſona tua facta, vel faciendæ, & judicaverint Deputati matura deliberatione prævia eſſe abuſum, quòd ſtabis ex toto dictamini, & ſententiæ illorum, nec contravenies ſub pœna perjurii.*

79. Si non voluiſſent Academici approbare omnia vitia proviſionum factarum D.Scaille, de cujus abuſu, præſertim in acceptatione Præbendæ Cynacenſis, quæſtio eſt; poterant eidem injungere, ut à prætenſione ejuſdem deſiſteret, & ille parere cogeretur, quia clarè vitioſa fuit addictio.

80. At verò tantùm abeſt, ut hoc declarent, quin potiùs eumdem tueantur; argumentum omninò evidens, quod non corrigere, ſed fovere ulterius velint multiplices acceptationes etiam incompatibilium, & pluſquam trium beneficiorum, quoties ipſis cum extraneis quæſtio eſt.

Henrici GuycKi Sacræ Theologiæ Doctoris,

PANEGYR. SEPTIMA.

Beneficiorum Eccleſiaſticorum pluralitatem, ſacris Canonibus rectè prohiberi.

QVÆ in unam, & adamatam Chriſti Sponſam, Catholicam Eccleſiam, multis jam antiquatam maculis & rugis, deformitas irrepſit; eam, ſi Paulo Apoſtolo credimus, philargyriæ morbus magna ex parte; hoc eſt auri & argenti invexit cupiditas:

Digitized by Google

ditas : quam Paulus Apoſtolus Timotheo ſcribens, malorum 1. Tim.
omnium dicit eſſe radicem; & eos, qui eam expetiverunt, aberraſ- 6.
ſe à fide, & multis ſe doloribus inſeruiſſe teſtatur. Ac ut à noſtri ordinis hominibus quàm longiſſimè eam arceret, in altera illa ad Timotheum ſcripta Epiſtola, laborare jubet illum, ut bonum 2. Tim.
Chriſti militem: memorabilem illam ſubjiciens gnomen: Nemo 2.
militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus, ut ei placeat, cui ſe probavit. In quam etiam ſententiam Chalcedonenſis Concilii ſexcenti triginta Patres ſanxerunt: ne Clerici, aut Monachi propter Canon.
turpis lucri ſuſpicionem, alienorum agrorum fiant conductores; 3.
& ne ſæcularia negotia, niſi fortè pupillorum, viduarum, aut eorûm, quorum miſeranda ſors eſt, inexcuſabilem curam ſuſcipiant: vel niſi Civitatis Epiſcopus jubeat illos Eccleſiaſticorum proventuum curam admittere. Non temerè profectò (quod ad Nepotianum ſcribens D. Hieron. aſſerit) tamquam poſthabitis rebus omnibus, qui Clericatui initiantur coram Epiſcopo jubentur illud quintidecimi Pſalmi pronunciare: Dominus pars hæreditatis meę, & calicis mei, tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi. Perve-tuſtus hic in Eccleſia mos fuit; eò pertinens, ut qui Eccleſiaſtico deſtinantur miniſterio, in ſortem Domini ſe vocatos eſſe intelligant; nec ſortem aliam exſpectare, aut conſectari debere: non aurum, non agentum, non variam, aut copioſam ſuppellectilem, non fluxas, & perituras mercedes; quia cum partibus iſtis (ſicut B. Hieron. loquitur) Dominus pars eorum fieri non dignabitur. Ac ut nihil hìc de filiis Levi dicamus, qui nullam in medio aliarum tribuum Iſraeliticarum ſortem habere permiſſi ſunt, quòd Deus ipſe pars, & portio illorum eſſet: illa mihi ab ipſis Eccleſiæ Chriſti initiis ſanctiſſima, & ad excludendum à Clero inexplebilis avaritiæ peſtem, utiliſſima viſa eſt Conſtitutio, qua univerſi Eccleſiarum proventus in quatuor partes dividebantur, quarum prima Epiſcopo; Presbyteris, Diaconibus, & reliquo Clero altera cedebat; tertia in Fabricæ uſum vertebatur; poſtrema in peregrinorum pauperum, & ægrorum impendebatur ſuſtentationem. Quam etiam laudatiſſimam Conſtitutionem, cum Eccleſiæ Catholicæ primùm pax reddita fuiſſet, in Romana Synodo ducentorum ſeptuaginta quinque Epiſcoporum, Silveſter Pontifex in uſũ voluit revocari, etſi exiguo admodum tempore duraturam. Nam illa ipſa cupiditas, quæ indè à conſtitutione mundi, communem rerum omnium uſum, ad privatam cujuſque traduxit utilitatem; Silveſtrinam quoque, quam diximus, conſtitutionem, in diſſuetudinem mox adduxit. Γλεονεξιαμ vocat Apoſtolus, hoc eſt, immoderatam habendi cupiditatem, quæ in illa; ſenſim accreſcente rerum omnium affluentia, multorum animos ita occupavit, ut com-

munis vitæ pertæſi, hanc quæ nunc in Eccleſia conſpicitur, Sacerdotiorum induxerit multitudinem, & varietatem: ut ſingulis muneribus ſui attribuerentur Proventus, & feneſtra aperiretur cupidis, & avaritia obcœcatis hominibus, plura in ſacculum unum congerendi beneficia: & illud hic Apoſtoli locum haberet, quod Corinthiis ſcribens dicit: Vnuſquiſque ſuam cœnam præſumit ad

1. Cor. 11.

manducandum; & alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt. Indè hæc deploranda Eccleſiæ facies, & hæc deformitas, quæ ex immoderata cupiditate, tamquam malorum omnium pullulans radice, in omne vitiorum genus latiſſimè progerminavit. Indè fit, ut non contenti unius Sacerdotii proventu, qui tamquam Clerici Eccleſiæ miniſterio deputantur, nec uni ſe Eccleſiæ tamquam illius

De Dignit. Sacerd. cap. 4.

mariti, & ſponſi (ſicut Ambroſius loquitur) adſcribi curant, plura ſemper, & meliora aucupantur beneficia: & hunc ſibi propoſitum ſcopum habentes, varias adhibent artes ſæpenumero quidem illicitas, ſemper autem parum honeſtas, & his, qui ab illa avaritiæ lue immunes ſunt, minimè probatas. *Nec verè neceſſe eſt, ut longè petitis exemplis, quod dicimus comprobemus: domeſtica in promptu habemus. Dicam breviter, & depromam aliquid de juſto cordis mei dolore in hac Panegyricarum Diſputationum cataſtrophe, quod omnium animis altiſſimè opto eſſe impreſſum: Nominationum Lovanienſium privilegia à Sanctiſſimis Pontificibus huic Academiæ magno totius Eccleſiæ bono conceſſa fuiſſe, nemo eſt qui ambigat: nec habet Univerſitas noſtra, vel majus ornamentum, vel ad ſui conſervationem, amplificationemque quicquam magis neceſſarium: ſed dolendum valdè, eos, qui ſtudiorum cauſa huc commigrant, vix ſuſcepta in artibus magiſterii laurea, & vix altioris ſtudii limen ingreſſos, de accumulandis mox beneficiis ſollicitos eſſe; nec ſine ſtudiorum jactura, implicamentis illis detineri illaqueatos: non deeſſe quoque Nemrothæos, quos voco robuſtos, & argutos beneficiorum venatores, qui junioribus illis viam ſternunt, & conſilia ſuggerunt, quemadmodum mortibus, & morbis beneficiatorum in ſingulis Eccleſiis, ubi opimiora ſunt Sacerdotia, inhiare debeant & invigilare; Pontificios in ſingulis obſervare menſes, & eos à menſibus ordinariorum, aliorumve, accuratè diſcernere, de Regio placito, de precibus Imperialibus, quouſque pertingant cognoſcere: nec uno eſſe contentos beneficio, quando plura, & meliora adipiſci queant; ad meliora ſemper conniti; à Paſtoratibus expetendis abſtinere; otioſam magis, & canonicalè vitam conſectari. Hæ ferè leges ſunt, & hæc placita illorum, qui in hac ſe paleſtra Magiſtros, ac Duces profitentur. Quod ſi religione aliqua ducti, qui in hanc primùm arenam deſcendunt, abhorrere ſe dicant à beneficiorum pluralitate, quod ea Canonibus ſacris ſit interdicta, & in ſe ipſa turpitudinem habeat conjunctam (nam hanc mox cogitationem ingerit timorata conſcientia) habent in promptu artifices illi, unde metum illum excutiant, ſcrupoloſam hanc eſſe, non timoratam conſcientiam, ubi extant exempla eorum, qui plura retinuerunt beneficia; quærenda eſſe vitæ ſubſidia, eaque non anguſta;*

Digitized by Google

mortalium vitam multis egere, juvandos eſſe parentes, & amicos, liberalitatem in pauperes exercendam eſſe: poſt mortem in pios uſus aliquid eſſe relinquendum. Plauſibilia hæc omnia, & illecebroſa. Ita fit, vt inſitæ cupiditatis, veluti illectamento quodam, & eorum, quos hic Anteceſſores agnoſcunt auctoritate ſuperati, huic ſe ſtudio dedant: ut tempus illud, quod melioribus, ſanctioribuſque ſtudiis in Academia impendere debuerant, beneficialibus illis tricis implicati, magna ex parte inutiliter tranſigant; & vt Forenſi ſtrepitu (qui iſtam beneficiorum aucupationem plurimùm comitari ſolet) pro ſui, & Lovanienſis privilegii defenſione, multas bonas horas conſumere debeant.] Hæc mihi magna, & deploranda in hac litteraria Republica pernicies eſſe videtur; & in totius Chriſtianæ, maximè verò in Reipublicæ Belgicæ redundare detrimentum: *cui & hoc interdùm accidit, quod pluribus ad nominationem unam concurrentibus, non ſatis juſto delectu, hoc nominationis confertur beneficium: prævalentibus his, qui non aliud quàm captant beneficia, & illis præteritis, in quos eum ſint emeriti ſtudii, ex Summorum Pontificum mente, beneficium conferendum fuerat.* Neque verò de illis hic tantùm beneficiis loquor, quæ vel propter ſui præſtantiam, vel propter Paſtorale miniſterium, quod annexum habent, in unum eundemque hominem nequeunt conferri: & de quibus in primo, & tertio Decretaliũ libris, & in rigida illa Ioannis XXII. Extravagante, cujus initium eſt, *Execrabilis,* conſtitutum habemus, ut per adeptionem poſterioris, prius amittatur; ſed in univerſum de omnibus, ſive in una eademq; ſive in pluribus Eccleſiis conſtitutis beneficiis, hoc quod adverſus accumulationem diximus, eſt intelligendum. Et quidquid tandem prætexant qui plura occupant, nunquam ſe cupiditatis illius opinione, quæ Clericos dedecet maximè, & qua paſſim laborant qui accumulant beneficia, liberabunt; nunquam (niſi diſpenſationis legitima interceſſerit auctoritas) quieto animo, quæ in plures miniſtros majore Eccleſiæ bono diſtribui poſſent beneficia, occupabunt. Scio equidem Tridentinum ſtatuiſſe Concilium, ut unum uni conferatur beneficium, permittere verò, ut ſi unicum ad ejus, cui confertur, vitam honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat, alterum quoque ſimplex adjiciatur beneficium, dummodo utrumque perſonalem non requirat reſidentiam. Sed quænam illa ſint, quæ unius ſufficiant ſuſtentationi, perdifficile eſt definire: & hic ſæpenumero cæca, inexplebilis, & cui nihil unquam ſatis eſt, cupiditas impingit. Proinde qui à ſuis abſunt Eccleſiis, in quibus obtinent beneficia (quod Nicæna primùm, tum verò Antiochena quoque, & Arelatenſis Synodi, fieri vetuerunt) quod ab uno non percipiunt, à ſecundo, tertio, aut pluribus ſuppleri beneficiis volunt: & ſui ſuſtentationem, quam frugalem in Clericis eſſe oportet, hoſpitalitatis, & beneficentiæ obtentu volunt eſſe magnificam: metiuntur hujus vitæ impendia non pro neceſſi-

Lib. 1. Decretal. tit. 6. c. 54. & lib. 3. tit. 5. c. 28.

Nicæn. c. 16. Arelat. 1. can. 22. Antioch. can. 7.

M 2 tate,

Digitized by Google

tate, aut pro eo, quod naturæ ſatis eſſe queat, quæ parvo eſt contenta; ſed pro affectu, & pro habendi libidine: & aucto proventu pro cujuſque beneficii acceſſione, præſentium rerum uſum cumulationem quoque eſſe debere definiunt: nec in æſtimationem referri patiuntur, quæ vel ex domeſtico patrimonio, vel aliunde opes fortaſse acceſſerunt. Artificioſa hæc, & palliata cupiditas eſt, & à D. Hieronymo ad Nepotianum ſcribente meritò reprehenſa: qui melius eſſe aſſerit, non habere quod tribuas, quàm impudenter petere quod recondas. Iam verò ut propiùs pluralitatis hujus periculum expendamus; quis obſecro à fraudis vitio plurales iſtos immunes pronunciabit, ſi pro affectu, & cupiditate ſua, abſque ulla ſuperioris venia beneficia cumulaverint? Fortaſse vafer aliquis Canonum, & juris Conſultor; qui quæ ſanctis ſunt ſancita legibus, ad affectus illorum noverit accommodare. Sed quomodo non defraudant Eccleſiam, qui non poſſunt Eccleſiis omnibus, quibus inſcripti ſunt, debitum exhibere miniſterium? cum ſit Iure conſtitutum, unumquemque, beneficium obtinentem, in eo quod obtinet, reſidere debere: quod videre eſt in cap. Conquerente, de non reſidentibus Clericis; quæ omnium eſt Iuris Interpretum in illud Capitulum recepta ſententia. Quomodo non defraudant Miniſtris Eccleſiam, qui dum plura invadunt miniſteria, arcent alios, qui legitimi tituli defectu prohibentibus Canonibus ſacris, non poſſunt in Miniſtrorum ordinem cooptari? Vnius hìc Clarevallenſis Bernardi, qui inſtar omnium erit, attexam teſtimonium;

Epiſt. 271.

qui ad Comitem Theobaldum de beneficiorum pluralitate ſcribit in hæc verba: Offendo proculdubio Deum, ſi facio quod requiritis; nam honores, & dignitates Eccleſiaſticas non ignoro deberi iis, qui dignè eas, ſecundùm Deum adminiſtrare velint, & poſſint. Porrò eas acquiri parvulo veſtro meis, & veſtris precibus, nec vobis juſtum, nec mihi tutum eſſe noveritis: nec cuique vel adulto plures habere in diverſis Eccleſiis, niſi diſpenſatoriè quidem, ob magnam Eccleſiæ neceſſitatem, vel perſonarum utilitatem. Quamobrem ſi vobis videtur hic durus ſermo, & placet quod cogitaſtis implere: parcite mihi in hoc; nam vos ſatis (ni fallor) per vos, & per alios amicos veſtros iſtud obtinere poteſtis. Ita nec vos minus quod vultis efficitis; nec ego peccavi. Sanè Willelmulo noſtro benè cupio per omnia, ſed ante omnia Deum. Hinc eſt, quod contra Deum nolo aliquid habeat, ne non habeat Deũ. Quod ſi alius ſecùs voluerit, nolo per me habeat, ne perdam & ego Deum. Quid à Bernardo, vel quovis alio dici apertiùs poterat? Neminem ille in duabus conſcribi Eccleſiis permittit, niſi vel magna vrgeat neceſſitas, vel evidens ſuadeat utilitas: nec ſinit uniuſcujuſque hoc definiri judicio (quod nimiùm ſibi ſuffcena

cujuſ-

Digitized by Google

cujuſque cupiditas ſit) ſed diſpenſatione (quam vocamus) & veniæ ab eo petita, cujus ſit ex auctoritate de his rebus ſtatuere; eamque diſpenſationem (ne ſit evanida) non levibus de cauſis faciendam eſſe, in libris de conſideratione ad Eugenium Papam, diſertè, & graviter demonſtrat. Si ſecùs fiat non vacare culpa offenſionis divinæ. Sed & Tridentinum Concilium Bernardo hìc ſuccenturiatur. Quorſum igitur ad alios Conſultores confugitur, qui turpis lucri gratia, non ſatis ſecura ſæpè conſilia depromunt? Qui benè ſibi in acquirendo Eccleſiæ proventu conſultum cupiat, audiat ſeptimum decimum vigeſimæ quartæ ſeſſionis Tridentinum Canonem: Sanius nihil proferri vnquam poterit, nihil ſecurius. Verba Concilii ſunt. Cum Eccleſiaſticus ordo pervertatur, quando unus plurium occupat officia Clericorum; ſanctè ſacris Canonibus cautum fuit, neminem oportere in duabus conſcribi Eccleſiis. Verùm quoniam multi improbæ cupiditatis affectu, ſeipſos, non Deum decipientes, ea quæ benè conſtituta ſunt, variis artibus eludere, & plura ſimul beneficia obtinere non erubeſcunt; Sancta Synodus debitam regendis Eccleſiis diſciplinam reſtituere cupiens, præſenti Decreto (quod in quibuſcumque perſonis, quocumque titulo, etiamſi Cardinalatus honore fulgeat, mandat obſervari) ſtatuit, ut impoſterum unum tantùm beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur. Emphatica ſunt omnia, quæ in hujus Decreti verbis continentur: quæ ſi à conſcientia ſuę ſalutis ſtudioſa ſedulo expenſa fuerint, non parum momenti conferre poterunt ad coërcendas, comprimendaſque vitioſæ cupiditatis habenas. Equidem arbitror eum, qui hujus vitę continuò labentis incertitudinem, & divinorum judiciorum rigorem ante oculos ſibi ponet, ad eam animi moderationem facilè redigi poſſe; ut cum ſeniore Tobia parvo contentus vivere malit, quàm plurium beneficiorum proventu ditare, atque augere loculos ſuos: indè, de ſui nominis exiſtimatione apud probos omnes periclitari, inſuper & ſempiternam ſuam ſalutem propter avaritiæ peſtem in diſcrimen, periculumque adducere.

Ber. de Conſid. lib. 3. cap. 10.

Extra-

Extractum ex Libro, cui Titulus:

D. D. IOANNIS MOLANI S. THEOL. LOVANII Profeſſoris, Pontificii, & Regii Librorum Cenſoris, de Canonicis libri tres: Lovanii typis Georgii Lipſii, anno 1643. *ubi lib.3.cap.43.habetur.*

CAPVT XLIII.

Quàm turpe ſit duos, aut plures habere Canonicatus.

QVid verò de iis dicemus, qui duos, aut tres, aut etiam plures poſſident Canonicatus, & indè ſe majores Dominos eſſe putent? Dicam, quod Puer è Pipini Roſæ ſacris concionibus excepi. Exclamabat ille in miſeros homines, quibus non ſatis ſit plura poſſediſſe beneficia, ſed quaſi hoc honorificum ſit, etiam poſt mortem in marmoribus, & epitaphiis, memoriam ejus conſervari cupiunt, cum ipſe non aliter hoc interpretari potuerit, quã vitæ anteactæ accuſationem, quemodo ad patibulum aſcribi ſolent cauſæ, ob quas nebulo laqueo ſit adjudicatus. Extant contra hujuſmodi plurales, editi complures libelli, & tractatus, in quibus paſſim concluditur eos, qui plures ſunt in beneficiis, plures quoq; futuros in pœnis inferni. Sed quia hujuſcemodi opuſcula non tantæ ſunt auctoritatis, ut contradictionem non admittant, præſtat aſcribere Decretum Concilii Tridentini, cui acquieſcere, & obedire nolle, magna eſt impietas, & improbitas. *Cum*, inquiunt Patres, *Eccleſiaſticus ordo pervertatur, quando unus plurium officia occupat Clericorum, ſanctè ſacris Canonibus cautum fuit, neminem oportere in duabus Eccleſiis conſcribi: verùm quoniam multi improbæ cupiditatis affectu ſeipſos, non Deum, decipientes, ea quæ benè conſtituta ſunt, variis artibus eludere, & plura ſimul beneficia obtinere non erubeſcunt; ſancta Synodus debitam regendis Eccleſiis diſciplinam reſtituere cupiens, præſenti Decreto; quod in quibuſcumque perſonis quocumque titulo, etiamſi Cardinalatus honore fulgeant, mandat obſervari: ſtatuit, ut impoſterum unum tantum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur. Quod quidem ſi ad vitam ejus, cui confertur, honeſtè ſuſtentandam, non ſufficiat, liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens, dummodò utrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferre.* Hactenus Concilium. Ex quo intelligitur, eos qui contra tam ſanctam Conſtitutionem plura occupant beneficia, indignos eſſe qui honoris cauſa Domini dicantur, & multò abſurdius eis propter pluralitatem beneficiorum, abundantiorem tribui honorem, cùm ſe-

ſeſſ.24. c.17.

cundùm

cundùm veritatem fures ſint, & latrones, dicente Chriſto in cauſa non abſimili: *Qui non intrat per oſtium in ovile ovium,ſed aſcendit aliundè, ille fur eſt, & latro.* *Ioann. 10.*

Sed ſunt multa tenuia beneficia, quæ etiamſi duo, aut tria poſſideantur, vix ſufficiunt vitæ ſuſtentandę; unde nonnulli moniti,ut ſe a pluralitate exonerent, reſpondent, *Dominus his opus habet*: An omnes iſtos ut fures, & latrones dijudicabimus? Reſpondeo,ſemper Eccleſiam iudicaſſe ordinem ſuum Eccleſiaſticum perverti, quando unus plurium officia occupat Clericorum, ideoque plura poſſidere beneficia, res eſt turpis, & non toleranda, niſi ea turpitudo aliundè tegatur; qua ratione Patres Tridentini permittunt duo poſſideri beneficia: Si autem nec duo, propter attenuatos fructus ſufficiant, longè præſtat tenuia beneficia uniri, juxtà Decreta in eodem Concilio de unionibus prolata,quàm triplicem,aut quadruplicem eſſe in beneficiis. Quod ſi Ordinarii negligentes ſint in hujuſmodi unionibus, nihil ſaltem abſque auctoritate Summi Paſtoris attentetur, ne qui Concilii Tridentini Sacroſancta Decreta reverenter acceptavimus,ex iiſdem in extremo judicio, velut prævaricatores dijudicemur, & condemnemur. *Matt. 21.*

Commendatur cauſa Privilegiorum Cardinali Granvellano. E.

Extractum ex Actis Facultatis.

ANno à Nativitate Domini 1571.menſis Ianuarii die 20. inter decimam, & vndecimam horas ante meridiem indicta fuit extraordinaria Congregatio Facultatis Artium in ſcholis Artium ſuper ſequenti articulo, ad audiendum videlicet concluſionem Vniverſitatis in negotio nominationum captam, & ex matura Dominorum deliberatione concluſit Dominus Vice-Decanus, Dominum, & Magiſtrum Ottonem Poſthauwer principaliter, & Magiſtrum Matthæum Boden Regentem Porci, conjungendos eſſe duobus Commiſſariis Vniverſitatis, ad communicandum, & peragendum quæ expedire videbuntur, videlicet ad tractandum ea, quæ concernunt nominationes tàm Vniverſitatis, quàm Facultatis Artium, &c. Omnibus perpenſis concluſerunt,quod Dominus Dictator Vniverſitatis litteras ſcribat ad dictos Commiſſarios, in quibus eiſdem Commiſſariis Vniverſitatis, & Facultatis mandetur, quod adeant Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Dominum Antonium Perenottum SacroSãctæ Romanæ Sedis Cardina-

dinalem Archiepiſcopum Mechlinienſem, ſuæque Reverendiſſimæ Gratiæ negotium hujuſmodi nominationum affectuosè commendent, atque eidem ſuæ Reverēdiſſimæ Gratiæ declarent, quòd ita dirigent præfatas nominationes, quòd nemo nominatorum illis utetur in præjudicium collationum ordinariarum ſuæ Illuſtriſſimæ Gratiæ, neque etiam in præjudicium Indulti Apoſtolici, quod ſua Reverendiſſima, & Illuſtriſſima Gratia habet à Sancta Sede Apoſtolica etiam in menſibus Apoſtolicis.

QVAESTIO QVINTA.

An Lovanienſes in ſuis Collationibus, & Nominationibus poſſint excedere taxam in Privilegiis Apoſtolicis expreſſam.

1. SI recto, & ſano ſenſu tenor Privilegiorum, & intentio Summorum Pontificum illa concedentium capiatur, facilè erit pro negativa reſolvere.

2. Apparet enim ex Privilegiis, quod ſicuti in Vniverſitate Lovanienſi duplicis ſunt ordinis Magiſtri, ſcilicet majores, & minores, ita etiam eſt duplex beneficialis taxa conſtituta, quam non poſſunt excedere, nempè una centum Ducatorum de Camera, pro majoribus, & alia triginta pro minoribus Magiſtris.

3. Et hoc primò conſtat ex Privilegio *Paulino* in libello Lovanii impreſſo *pag.* 129. in fine, in verbis; *ut eandem Artium Facultatem, ac etiam Vniverſitatem amplioris gratiæ favore proſequamur taxam beneficiorum prædictorum, &c. uſque ad Ducatos centum auri de Camera augendam duximus, &c.*

4. In Privilegio autem *Gregorii* XIII. *pag.* 107. in princip. prohibitiva, & pœnalis clauſula, & limitatio habetur: *Ita tamen, quod fructus ſingulorum beneficiorum prædictorum valorem annuum præſcriptum non excedant, & ſi ad beneficia, quorum fructus, reditus, & proventus majoris valoris fuerint, Nominationes, & alia prædicta fiant, illa omnia nullius ſint roboris, vel momenti.*

Et

5. Et quandoquidem hæc clauſula annullativa confirmata ſitper Privilegium *Paulinum pag.* 130. §. *in reliquis*, in verbis, *prædicta Indulta, & litteras Sixti, Leonis, Adriani, & Gregorii Prædeceſſorum noſtrorum, ac omnia & ſingula in eis contenta, quæ præſentibus non adverſantur, &c. confirmamus, & approbamus.*

6. Certum eſt, quod Nominationes factæ ad beneficia majoris valoris, nullius ſint roboris, & momenti.

7. Quod attinet ad minores, ſeu juniores Magiſtros, illi acceptare non poſſunt beneficia majoris valoris, quàm triginta Ducatorum, ſeu quorum groſſi fructus non excedunt triginta aureos florenos Rhenenſes; ita habet Privilegium *Sixti* Vniverſitati conceſſum *pag.* 65. circa finem.

8. Hoc confimatur per Bullam *Leonis* Facultati Artium conceſſam *pag.* 75. in medio, tenoris ſequentis: *Et quod nihilominus juniores Magiſtri ejuſdem Facultatis, de quibus ſuprà non fit mentio, ſeu qui dictum tempus non attigerint, poſſint per eandem Facultatem, ſeu perſonas illius prædictas nominari, & acceptare beneficia valoris in dictis litteris expreſſi, ſcilicet quorum fructus, reditus, & proventus triginta Florenorum Rhenenſium aureorum, ſecundùm communem æſtimationem, valorem annuum non excedant.*

9. Rhenenſis autem aureus correſpondet Ducatui de Camera, ſaltem ferè, ſicut paucorum aſſium, ſeu ſtuferorum ſit differentia.

10. Et quamvis circa prædictas taxas nullum poſſit cadere, vel excogitari dubium; prætendunt tamen Lovanienſes acceptari poſſe quæcumque beneficia Belgii, exceptis aliquot præpoſituris conſiſtorialibus, illaque beneficia, quamvis majoris valoris, cadere, & comprehendi volunt ſub taxis prædictis tàm majorum, quàm minorum Magiſtrorum.

11. Ita ut ſub hoc prætextu abuſivo nominarint minores Magiſtros ad Canonicatus *Inſulenſes, Brugenſes*, & alia ſimilia beneficia pinguia, ſuper quibus adhuc hodie pendent duæ, aut tres lites.

12. Vna inter *Dominum Blitterſvuyck*, & *Carolum Brants* ſuper *Canonicatu Inſulenſi*, de quo in quæſtione tertia. Altera inter *Natalem* Prus, & *Bonaventuram* Prou: & tertia ſuper Canoni-

nonicatu *Brugenſi*, ſed hæc compoſitione, & penſionis conſtitutione nuper terminata fuit.

13. Quantum autem colligere licet ex ſcriptis, & libellis etiam impreſſis, & exhibitis in litibus diverſis, duo allegant Lovanienſes pro prætenſo fundamento, primò, quod beneficia omnia Belgii, exceptis conſiſtorialibus, conferantur ſub taxa 24. Ducatorum de Camera.

14. Secundò allegant, quod tempore *Sixti Papæ* potuerit comparari plus alimentorum, & neceſſariorum cum 30. Ducatis, quam hodie cum centum, vel ducentis.

15. Et ideò dicunt, minores Magiſtros poſſe acceptare beneficia excedentia etiam centum, aut etiam ducentos Ducatos annuos: ſed malè, & abuſivè.

16. Quia quantum ad primum nihil ad rem facit, quandoquidem certum ſit, & appareat ex deciſione expreſſa *Rotæ Romanæ*, quæ refertur per *Zypæum de reſcriptis conſultatione 6. quod expreſſio Ducatorum* 24. *in proviſionibus Apoſtolicis fieri tantummodo ſoleat ad effectum juſtificandi narrativam, & evitandi ſolutionem annatæ in Curia juxta Concordata, non autem ad alios effectus.*

17. *Aliàs*, inquit eadem deciſio, *fruſtrà in prædictis indultis conceſſis Univerſitati fuiſſet limitata facultas nominandi ad beneficia valoris* 60. *vel* 100. *Ducatorum, cum ſcirent Summi* Pon*tifices valorem cujuſcumque, etiam opulentiſſimi beneficii in illis partibus non exprimi, niſi in* 24. *Ducatis, & alioquin etiam illuſum eſſet voluntati* Romanorum Pontificum*, ſi dum ipſi reſtrinxerunt indultum ad beneficia valoris ducatorum centum dumtaxat, ſub hac tamen poſtea cautela conſuetudinis Germaniæ exprimendi in ducatis tantùm* 24. *Lovanienſes invaderent beneficia valoris trecentorum, & quadringentorum, & ultra ducatorum*: ſunt verba dictæ deciſionis, quæ primi illius objecti extravagantiam patefaciunt.

18. Idipſum etiam videre eſt in *Rota coram Merlino deciſ.* 139.*num.*1.*&* 6. *cum ſeqq.* ubi etiam firmat *ex num.* 2. *quod in fructibus groſſis Canonicatuum cenſentur nedum ii, qui colliguntur ex prabenda, ſed etiam illi, qui percipiuntur ex maſſa groſſa, & ſtatutis menſibus dividuntur inter Canonicos.*

Quoad

Digitized by Google

19. Quoad ſecundum falluntur Lovanienſes in æſtimando valore beneficii, inſpicitur enim tempus proviſionis, comparatione facta ad reditus quatuor, vel quinque præcedentiū annorum, prout ſæpiùs per Rotam Romanam decretum, & deciſum fuit.

20. Nam in æſtimanda quantitate deducta in contractum, tempus contractus inſpicitur, non quo contrahi potuit: in æſtimanda quantitate hæreditatis, vel legati, tempus mortis, quia cenſetur diſpoſitio firmari tunc, cum amplius non poteſt mutari: in æſtimando valore reſcripti inſpicitur tempus, quo de beneficio providit Pontifex, non autem anterius, quo providere potuit; & generatim numquam inſpicitur tempus, quo à natura, vel jure conceſſa eſt diſponendi poteſtas, ſed diſpoſitionis, aut exactionis tempus inſpicitur, quoties de valore, ſubreptione, æſtimatione, quantitate rei, de qua diſponitur, quæſtio eſt.

21. Hoc innumeris teſtibus, & auctoritatibus probari poſſet, ſed paucis erimus contenti, videlicet *l. 22. ff. de rebus creditis, l. 37. ff. Mandati, Godef. & alii ad l. 4. ff. de reb. cred. l. 3. §. 2. ff. Commodati, cap. 7.* ꝟ *de reſcriptis, cap. 9. de reſcrip. in 6.*

22. Et ſic in æſtimando valore beneficii, ut ſciatur, an cadat ſub taxa, nec ne, non debet inſpici tempus Privilegii *Sixtini*, quia per illud non fit ulla proviſio, aut nominatio, ſed tantùm datur poteſtas nominandi, quæ demum incipit exire in actum per nominationem, ſicuti per contractum, & teſtamentum deducitur in actum poteſtas contrahendi, & teſtandi.

23. Sed propinquius ex ipſis uſu, & facto abuſum oſtendere operæ pretium eſt.

24. Taxa patrimonialis non poteſt ſpectari in ordine ad tempus conceſſi indulti, quia qui nominatur nullum habuit eo tempore patrimonium, ſed refertur ad tempus nominationis, ergo beneficialis ad tempus indulti non poteſt referri, ſed ſimiliter ad tempus nominationis, vel acceptationis, quia Pontifex loquitur de ſimili valore ducatorum, dum dicit, *quod nominari poterunt; qui habent ultra quadraginta ducatos aureos, & nominati acceptare poterunt beneficia, quæ non excedunt ducatos triginta.*

25. Secundò, acceptant modò beneficia, quæ non cadebant tempore indulti ſub gratia, v. g. quæ poſtea ſunt erecta; aut quæ ex regularibus facta ſunt ſæcularia, ergo ſi in æſtimãda natura beneficii ſpectetur tempus nominationis, vel acceptationis, cur idem non attenditur in æſtimanda taxa?

26. Tertiò, admittendi ad nominationem, etiam minores Magiſtri, jurant, quod non habent ultra octoginta ducatos annuos (circa quod tamen error eſt, de quo infrà) hoc autem non poteſt intelligi de valore, qui fuit tempore *Indulti Sixtini*, nec poteſt quis dicere, *cum meis reditibus non poſſum habere tot vini, olei, ciborum, veſtimentorum, quot habuiſsem tempore Sixti cum tali ſumma*, quia ignorant ipſi, & ignorant etiam illi, qui exigunt juramentum, quid, & quantum eo tempore potuiſſet comparari cum patrimonii ſui proventibus præſentibus.

27. Quartò, dicunt, quòd poſſint modò acceptare Paſtoratus cujuſcumque taxæ; quia poſtquam nominati obligari cœperunt ad reſidentiam in Paſtoratibus, nullos amplius dant fructus in abſentia, ut patet ex adjuncta atteſtatione Tornaco tranſmiſſa, & per Academicos in judicio exhibita; hoc autem non conſiſtit cum relatione taxæ ad tempus *Indulti Sixtini*, quia eo tempore nominati non tenebantur reſidere: verum ergo eſt, quod poſſit ſtatui taxa fructuum non minus quando acceptatur Paſtoratus, quàm dum acceptatur aliud beneficiũ.

28. Quintò, qua conſcientia nominati, v.g. minores Magiſtri beneficia, quæ valorem 30. ducatorum monetæ currentis longè excedunt, acceptant, prætendentes, quod non excederent tempore datæ *Bullæ Sixti* IV. unde enim ſciunt illum non exceſſum, & maximè cum diverſorum beneficiorum fructus ab eo tempore vario modo fuerint immutati?

29. Sextò, ante annum 1560. nullum *Cameracenſis Eccleſiæ Canonicatum* acceptaverant, illa indubiè ratione, quod fructus excederent taxam: ſed poſtquam rebus poſtea bello turbatis aliquos acceptaſſent; ex actibus turbidis (ex quibus poſſeſſio non firmatur *Gonzales ad Regul.* 8. *Cancell. gloſs.* 45. §. 2.) quærunt manutenentiam, & motam quæſtionem taxæ eludunt, dicendo, æſtimationem reduci ad tempus dati privilegii, ut ſic probatio exceſſus reddatur adverſario impoſſibilis

cx

ex defectu regiſtrorum, & documentorum iſtius temporis.

30. Septimò, in ſupplicatione, quam exhibuerunt *Leoni* X. & quæ inſerta eſt in Bulla Privileg. *pag.* 71. dicunt *beneficia vigore Sixtinæ Bullæ accepta, & acceptanda fuiſse exigui ſatis valoris*: qua ratione ergo Lovanienſes in diverſis litibus dixerunt triginta ducatos auri illo tempore pluris valuiſſe, quàm centum, aut ducentos hodie, non enim valoris exigui debet cenſeri beneficium, quod in abſentia redderet ducatos aureos centum, & amplius.

31. Saltem non deberet cenſeri exigui valoris reſpectu ſimplicium Magiſtellorum in Artibus, quos ad beneficia ejuſmodi taxæ nominari poſſe conceſſit *Leo*; ſenioribus autem, vel iis, qui aliquo tempore rexiſsent, aut ad docendum Logicam eſſent aſſumpti, conceſſit ut nominari poſſent ad beneficia duplo majoris taxæ.

32. Octavò, ſi prædeceſsoribus modernorum Academicorum fuiſset perſuaſum æſtimationē referri ad tempus conceſſi privilegii, non autem ad tempus nominationis, vel acceptationis beneficii, fruſtrà petitum fuiſset à *Paulo V.* augmentum taxæ, ſeu ut majores Magiſtri, qui poterant acceptare beneficia, quæ darent annuè proventus ad ducatos ſexaginta (hoc eſt juxta ipſorum computum trecentos, & amplius ducatos auri annuos juxta præſentis monetæ curſum) poſsent acceptare beneficia valoris centum ducatorum.

33. Fruſtrà, inquam, augmentum ejuſmodi à *Paulo V.* petiviſsent, quia vigore antecedentium privilegiorum poterant acceptare beneficia longè pinguiora, quàm ſunt illa, ad quæ poteſt fieri nominatio per Bullam *Pauli*: non enim concedit hic Pontifex, ut nominationes fieri poſſint ad beneficia excedentia ducatos centum.

34. His argumentis ex uſu, & facto depromptis ſubjungamus alia ex Bullarum verbis. *Gregorius* ea in parte, qua de taxa beneficiorum acceptandorū agit, ſic loquitur: *Et ut majori gratia dictam Univerſitatem afficiamus, redditum, & proventum annuum beneficiorum in litteris* Sixti *Prædeceſſoris hujuſmodi expreſſum, ad eam ſummam, quam dictus* Leo *Prædeceſſor in ſuis litteris Facultati Artium conceſſis hujuſmodi expreſſit, eadem au-*

ctori-

ctoritate extendimus; ita tamen, quod fructus ſingulorum beneficiorum prædictorum valorem annuum præſcriptum non excedant, & ſi ad beneficia, quorum fructus, redditus, & proventus majoris valoris fuerint, nominationes, & alia prædicta fiant, illa omnia nullius ſint roboris, vel momenti.

35. Non utitur Pontifex verbo præſentis temporis, quod referri poſſit, vel debeat ad tempus datæ Bullę, ſed verbo *fuerint*, quod pertinet ad futurum, ſicuti pertinet illud, quod parum poſt ſubſequitur: *Propterea volumus, quod qui ad beneficia curam animarum habentia nominati fuerint, &c.* nullus autem hactenus ſic Bullam intellexit, ut diceret loqui *Pontificem* de nominatis tempore datæ Bullæ.

36. Cum ergo verbum *fuerint* tractum habeat temporis ſucceſſivum, & ad futuras nominationes pertineat, neceſſariò ſequitur, quod valor fructuum adjunctus verbo *fuerint*, dum dicitur, *Si ad beneficia, quorum fructus majoris valoris fuerint, nominationes fiant, nullius ſint momenti*, habeat ſimilem tractum temporis, & cujuslibet beneficii, ad quod fit nominatio, fructus ſpectentur pro præſenti tempore, quia valor beneficii eſt qualitas, *& qualitas adjuncta verbo refertur ad tempus verbi*, uti in Iure notiſſimum eſt. *l. in delictis, §. Si extraneus, ff. de noxalib. action.* ubi id omnes tradunt.

37. Similiter antecedentes Pontifices ubi de valore beneficiorum acceptandorum agunt, non utuntur verbo præſentis, & indicativi modi, quod debeat referri ad datam Bullæ, ſeu non dicunt, *quorum fructus non excedunt triginta, aut quadraginta ducatos*, ſed utuntur verbo ſubjectivo, *non excedant*, *Privileg. pag. 65. 74.* quod ſimiliter tractum habet temporis, & futuros actus, ſeu futuras nominationes reſpicit, per *l. 16. ff. de auro, & argento legato*, quam ad ſimilia allegat *Zyppæus*, *& alii*.

38. Ex dictis ſatis patet, quod longè recedant Lovanienſes à contextu Privilegii, dum volunt taxam acceptandis beneficiis præfixam, referri ad tempus, non quo fit nominatio, vel acceptatio, ſed quo data eſt Rectori, vel Decano Facultatis poteſtas nominandi, de quo poſteriori certiſſimum eſt nunquam Pontifices cogitaſſe, aut voluiſſe eos, quibus in dies

pro-

provident, adſtringi ad probandum valorem beneficii, qui fuit tempore Privilegii Lovanienſibus conceſſi.

39. Sed non in eo ſolo à Privilegiis ſuis in hac taxæ materia recedunt iidem Lovanienſes, ut patet iterum ex ſequentibus.

40. Certum eſt minores Magiſtros non poſſe nominari, ſi ultra quadraginta ducatos aureos habeãt in annuis redditibus, nec quoad illos taxam iſtam auxit *Gregorius* XIII. ut conſtat ex *VVameſio Conſil. canon.* 254. quod multis annis poſt datam ab eodem *Pontifice* Bullam ſcriptum eſt.

41. Nec *Leo* X. qui permiſit, ut Magiſtri minores Facultatis Artium poſſent acceptare beneficia valoris expreſſi in litteris *Sixti*, ullibi voluit quoad taxam patrimonialem æquiparare eoſdem majoribus; conſtanter enim in omnibus nominationum Bullis ſervata eſt illa proportio taxæ beneficialis, & patrimonialis, ut hæc non excederet beneficialem, niſi circiter quarta ex parte.

42. Nihilominus Facultas nominat minores Magiſtros, etiamſi habeant in annuis redditibus ſexaginta, ſeptuaginta, & amplius ducatos aureos, nec exigit aliud juramentum, quàm de octuaginta ducatis, & aliquando tantùm de ducatis 30.

43. Quę taxa tantùm eſt conceſſa majoribus Magiſtris, uti patet ex privilegiis *pag.* 129. *propè finem*, de quibus etiã majoribus, certum eſt loqui *Imperatorem in Concordato anni* 1531. quia per illud non intendit ampliare, ſed reſtringere intra fines debitos nominationum uſum: nec id ignorat Facultas, ſeu ii, qui cauſas in favorem nominatorum direxerunt; ſæpiùs enim aut ſpontè declararunt, aut confeſſi ſunt, taxam patrimonialem minorum Magiſtrorum eſſe aureorum niſi quadraginta.

44. Accedat & alius quoad taxam abuſus. Declaravit Facultas, quòd in Paſtoratibus taxa non attendatur, quia nullos dant fructus in abſentia, poſtquam nominati juſſi ſunt per *Gregorium*, & *Paulum V.* reſidere in iiſdem.

45. Sed rationem hanc eſſe frivolam, & ad fallendum adinventam, facilè demonſtratur; nam ut oſtenſum eſt ſupra, repugnat alteri intentioni Facultatis, volentis reducere æſti-

ma-

Digitized by Google

mationem taxæ ad tempus datæ *Bullæ Sixtinæ*, aut *Leoninæ*.

46. Secundò, etiamſi nominati recedere debeant, non ſequitur tamen omnes paſtoratuum fructus conſiſtere in diſtributionibus quotidianis, & obventionibus incertis funerum, Miſſarum, &c. & ita ſeparari poſſunt fructus groſſi, qui attendi veniunt, quando quæſtio eſt taxæ, prout declaravit *Carolus V. anno* 1531. *privileg. pag.* 95.

47. Tertiò, Facultas ſæpiùs ſuos de Paſtoratu proviſos diſpenſat à reſidentia, & inter cæteros nuper *Henricum Scaille*.

48. Quartò, licèt ipſa diſpenſavit malè, tamen poſſet diſpenſare *Pontifex*, & ex gravi cauſa Epiſcopus: ergo videri debet quid Paſtoratus daret, caſu quo diſpenſatio legitima haberetur.

49. Fertur etiam, quod Facultas aliquos honorarios, & ſupernumerarios aliquando admittat ad Concilium ſuum, ut gaudeant beneficio majoris taxæ, quod *Servatius Martini* eo tempore, quo Lovanii habitavit contigiſſe, & antea aſserit, & probari poteſt ſic aſsumptos fuiſse *Dominos Someillion*, *Mons*, *Brants*, *de Hamere*, *VlocKmans*, *&c.*

50. Dicunt Lovanienſes, quod ſi taxa beneficii referatur ad hodiernum, non poterunt acceptare niſi tenuia beneficia; ſed profectò tenuia non ſunt, quæ centum ducatos annuos, etiā abſentibus conferunt, aut triginta pro minoribus Magiſtris.

51. Et ſi tempora jam ab aliquot ſæculis immutata ſint, ſic ut centum ducati modò non tantùm faciant ad ſuſtentationē vitæ, quàm ante 30. vel 40. ducati, ex hoc non ſequitur, quod Lovanienſes privata auctoritate potuerint taxam per privilegia limitatam excedere, & acceptare beneficia excedentia taxam centum, & taxam triginta ducatorum.

52. Sed debuiſsent illa *Sanctæ Sedi* expoſuiſse, & pro augmento taxæ ſupplicaſse, prout ante hac fecerunt dum taxam 60. vel 80. ad centum augeri, & extendi procurarunt.

53. Præterea in Indulto *Paulino* pagina 129. in fine mutatio etiam facta eſt quoad taxam patrimonialem, in verbis: *quantitatem verò patrimonii, aliàs per eadem Indulta ad Summam annui reditus* 80. *ducatorum ſimilium reſtrictam, uſque ad ducatos* 130. *ſimiles reſpectu Magiſtrorum Seniorum,*

ut

ut ſupra qualificatorum, &c. augemus.

54. Ex hoc augmento, ſicut & ex præcedenti, ſæpiſſimè accidit, quod grave præjudicium inferatur pluribus *tàm ordinariorum, quàm Suæ Sanctitatis Collationibus.*

55. Nam plurimi ex illis, qui majoris taxæ ſunt capaces, curant ſe nominari tertiò, quartò, quinto, & nominationum ſuarum vigore, aut etiam vigore collationis beneficiorũ Diœceſis Leodienſis, acceptant tria, quatuor, quinque, & plura beneficia, è quibus duo, vel tria priora ſimul annuè inferrent, v.g. 125. ducatos auri in abſentia, deductis oneribus; & quia needum habent beneficia aſcendentia ad 130. ducatos, accipiunt primarios adhuc Canonicatus, etiam Cathedrales, & Metropolitanos, qui licèt in præſentia 300. 400. aut etiã 500. ducatos inferrent, tamen abſentibus, & in loco privilegiato reſidentibus ultra centum ducatos non tribuunt, juxtà computandi modum, quem inire conantur.

56. Ex his facilè colligi poteſt quot in hoc taxæ articulo abuſus committantur cum gravi Ordinariorum, & *Sanctæ Sedis* præjudicio, & magno abutentium periculo. Et quod mirandum eſt, non verentur recurrere ad Tribunalia, ut eorumdem auctoritate poſſint abuſus quoad exceſsum taxæ continuare, ut patet ex eorum libello ſupplici ſimiliter accepto è Flãdria, & hìc annexo.

57. Quæ omnia non Iuris, aut veræ Theologiæ principiis, ſed incredibili laxitati, & humanis utilitatibus accommodata conſonant.

Copia atteſtationis artic. 27. mentionatæ.

DEcanus, & Facultas Artium ſtudii generalis Oppidi Lovanienſis omnibus, &c. Rationi congruit, ut ad veritatis teſtimonium, &c. præſentibus fidem facimus, & atteſtamur, quod poſtquam Gregorius Papa XIII. fel. record. ordinavit, ut ſi qui ad beneficia curam animarum habentia, virtute nominationis promoti fuerint, in iis perſonaliter reſidere teneãtur, nec ſe eo nomine excuſare poſſint, quod in Vniverſitate, ſeu Facultate Artium Scholares ſint, ſeu docentes, aut Ma-

giſtri (nulla habita ratione taxæ, quæ ſolùm æſtimanda eſt ex illis, quæ percipi poſſunt à Reſidentibus in Vniverſitate) nominati acceptaverint, & obtinuerint beneficia curata cujuſcũque valoris, & ſignanter ſequentia, Paſtoratum pagi de Galloo, Grimbergenſem propè Teneramundam, Clermont Ducatus Limburgenſis, pagi de Aſſche Ducatus Namurcenſis, de Gordes in Hannonia, de Roeſelaer in Flandria, Paſtoratum Eccleſiæ Collegiatæ, & Parochialis Cortracenſis, Paſtoratum Oppidi Dravienſis, Oppidi Furnenſis, Paſtoratum Anderlacenſem, S. Nicolai in Oppido Montenſi, Sancti Iuliani Oppidi Athenſis, S. Iacobi Oppidi Valacenenſis, Pagi de Beveren in VVaſia, S. Gaugerici Civitatis Attrebatenſis, S. Ioannis Baptiſtæ Tornaci, de Bettencourt, S. Iacobi Gandavi, S. Aegidii Teneramundæ, S. Eliſabethæ Montibus Hannoniæ, de Hermal, præter innumera alia hic non expreſſa, quorum pleraque in annuis proventibus plus minus mille florenis Brabanticis valere deprehenſa ſunt. In quorum ſingulorum, & omnium fidem, &c. Lovanii anno 1647. 5. Iulii. Signatum erat Martinus BercKmans.

Copia Libelli ſupplicis articulo 46. citati.

AV ROY.

Remontre en toute humilitè Maiſtre Bonaventure Prou Preſtre, & Bachelier formel en la Sac. Theologie, qu'eſtant pourveu de la Cure de Lers en Tourneſis, par voye de nomination de la Faculte des Arts en l'Vniverſitè de Louvain, il auroit eſtè contraint de ſur icelle Cure entrer en proces pardevant le Bailliage de Tournay contre Maiſtre Noël Prus, & la recredence eſtè adjugèe au Remonſtrant à plaine connoiſſance de cauſe, iceluy Prus en auroit appellè au Conſeil de Flandres, & y obtenu de prime abord, & ſur une ſimple Remonſtrance ſans communication à partie ſurceance de ladite recredence, ſous pretexte qu'elle eſtoit notoirement inique, & de nulle valeur, & par ainſi ne meritoit aucune execution, & ce pour diverſes cauſes, & particulierement pource que ladite

Cure

Digitized by Google

Cure excedoit aujourd'huy la taxe de trente ducats limitèe aux privileges des nominations de ladite Vniverſitè,& Facultè : mais le Remonſtrant en ayant appellè au Grand Conſeil, & y fait voir le non exces, comme auſſi les erreurs de ladite Remonſtrance, icelle ſurceance y fut revocquèe, & declarè, que ladite recredence ſortiroit ſes effects, partie neantmoins entiere de pourſuivre ſon appel quant au principal audit Flãdre, en tant *quod Iudex, qui ſemel gravavit, præſumatur adhuc magis gravaturus*, & qu'en effect il y eſt dèja jugè, veu que ſi ladite recredence y a eſtè ſurceue pour cauſe de notoire nullitè, & iniquitè, elle ne peut eſtre confirmèe, à moins que le Iuge advoue d'avoir mal jugè, ce qui n'eſt à preſumer qu'il advouera, ains bien qu'il maintiendra ſon faict, *d'autant auſſi qu'il y va du public que ces privileges des nominations fuſſent maintenus, & les nommez conſervez en la poſſeſſion d'accepter les benefices, qui ſelon la valeur d'aujourd'huy excedent ladite taxe, pourveu qu'ils ne l'ayent excedè au temps de la conceſſion d'iceux Privileges*, ce que pour les raiſons ſuſdites, on ne peut eſperer en Flandre.

Ledit Remontrant ſe retire vers Voſtre Majeſtè, la ſuppliant bien humblement, afin que pour ledit maintien, & de ſon bon droit, elle ſoit ſervie d'evocquer la cauſe dudit Flandre, & s'en retenir la conoiſſance, ou bien la commettre à ſon Grand Conſeil, qui eſt dèja imbu; & en cas de communication, ou advis, tenir entretemps toutes procedures audit Flãdre en ètat, & ſurceance. Quoy faiſons, &c.

Copie de l'Apoſtille marginale.

LE Supplicant ſe pourra addreſſer à ceux du Grand Conſeil, leſquels pourvoiront ſur ce que ſe requiert ſelon les merites de la cauſe, & qu'ils trouveront en Conſeil convenir, les auctoriſants à ce en tant que de beſoing. Fait à Bruxelles le 8. d'Octobre 1660. Signè I. le Comte.

ADDITIO

AD QVAESTIONEM QVINTAM.

58. Porrò ut tota hæc materia de taxa melius intelligatur, juvat totam rem paulò altiùs repetere.

59. Certum eſt Privilegium nominandi petitum, & conceſſū eſſe in favorem pauperum ſtudioſorum, ne adjumento deſtituti cogerentur, premente paupertate, ſtudia deſerere, aut etiam ne poſt exantlatos in ſtudiis, & aliorum inſtructione labores, cogerentur reliquum vitæ, & ſenectutis in paupertate tranſigere.

60. Sic in Bulla Sixti IV. ſub initium, Vniverſitatis nomine exponit Ferricus Cardinalis Pontifici: *Quod multi, qui aſſiduis laboribus ad ſummam Philoſophiæ, divini, humanique Iuris notitiam in præfato ſtudio pervenerunt.. :.. exacta ætate ſine premio, ſine honore, etiam paupertatem in ſenectute(quod duriſſimum eſt) tolerare cogantur, & preſſi inopia, veluti inertes, triſtem vitam degunt in obſcuro, jacturam temporis & errorem ſuum mœſti conquerentes, &c.* Addens horum exemplo deterritos alios, quamlibet viliſſimam artem ducere eſſe potiorem.

61. Et infrà additur, huic malo occurſum iri, *Si Vniverſitati prædictę concederetur facultas nominandi perſonas in ea Studentes paupertate gravatas*.

62. Conformiter ad hæc in placeto ſuper Bulla Sixtina, dato à Maximiliano, & Philippo Archiducibus Auſtriæ, exponunt Rector, & Vniverſitas, *qu'ils avoient obtenu en la Cour de Rome certaines lettres de nominations, au proffit des pauvres Eſtudiants de ladite Vniverſité*.

63. Hinc Sixtus IV. petentium intentioni inſiſtens, conceſſit Vniverſitati poteſtatem nominandi ad beneficia talis valoris, ſeu taxæ, quæ ſufficerent quidem ad hoc, ne ſtudia cogerentur deſerere, aut ſenectutem in paupertate degere, ſic tamen, ut aliquod majus commodum non præſtarent. Vnde Vniverſitas circa annum 1562. petiit augeri taxam privilegii nominationum, ut conſtat ex Actis.

64. Hinc etiam eſt, quòd Facultas Artium in Bulla Leonina anno 1513. exponat Suæ Sanctitati, quod *beneficia vigore dictarum nominationum* (nempè conceſſarum à Sixto IV. quæ non excederent valorem 30. ducatorum) *acceptata, vel acceptanda, exigui ſatis ſint valoris, ex eiſque commodè, & decenter in eadem Vniverſitate ſuſtentari non poſſint*.

65. Petunt proindè concedi majorem taxam beneficialem, nempè ad 60. florenos auri de Camera; idque ut nominatus commodius

modiùs ſuſtentaretur, quod etiam ipſis concedit Leo X. ſed pro ſolis Magiſtris majoribus (relicta taxa Sixtina pro minoribus Magiſtris) idque, ut ibidem addit Pontifex, ut ex tali beneficio *commodius ſuſtentetur* nominatus, volens nimirum majoribus Magiſtris concedere àliquid ultra id, quod planè neceſſarium eſt ad paupertatem, & inopiam vitandam.

66. Nam illud *commodius* notoriè relatiuum eſt ad præcedentem paupertatem, quæ nominatim in Bulla Sixti, & Placeto Regis fuerat expreſſa, non autem poſitum eſt abſolutè, multò minus in illa amplitudine, quam modò prætendunt, dum dicunt trecentos, aut quadringentos ducatos non ſufficere; & quod ad ſublevandam paupertatem conceſſit Pontifex, ipſi ad valdè lautam, & quæ nobilibus perſonis Eccleſiaſticis ſufficeret, extendunt fortunã.

67. Et cum taxa patrimonialis expreſſa in Bullis ſit major beneficiali, quæ juxta ipſorum computum proportionaliter aſcenderet ad 400. aut 500. ducatos monetæ currentis, conſequens eſt, ut jam velint non in pauperum tantùm, ſed & valdè divitum gratiã, conceſſum eſſe privilegium nominandi.

68. Cum tamen Privilegium Leoninum non niſi in gratiam pauperum conceſſum eſſe ſæpè fateatur, & contendat Facultas, nã eadem in primis in ipſa Bulla Leonina ad movendum Pontificem hoc pro motivo allegat, *quod plerique ex eis* (id eſt Studentibus) *paupertate maxima gravati ſint*.

69. Cumque anno 1521. Gubernatrix Belgii ſeſe vellet interponere ad componendas controverſias circa privilegium nominationum, exortas inter Epiſcopum, Clerumque Leodienſem, ac Facultatem, negant vel in minimo à privilegiis recedi poſſe, quia data illa ſunt in favorem pauperum. Ita enim habent Acta Facultatis: *Die* 19. *Octob. Commiſſarius Regius, &c.* & infrà: *Facultas declaravit, quia privilegium Facultati Artium conceſſum eſt in favorem pauperum, in utilitatem Eccleſiæ eſt acquiſitum, non eſſe tutum, & conſultum recedere ab eo. Nihilominus ne videatur Illuſtriſſimæ Dominæ, ac toti Concilio Regio reſiſtere velle, propter utilitatem Patriæ, contenta eſt Illuſtriſſimæ Dominæ, & Concilio ſe ſubmittere, ut ordinent ſicut ipſis videbitur magis expedire, inſpiciendo tamen oculis miſericordiæ ad utilitatem pauperum, ne nimium ſuſtineant detrimentum*.

70. Rurſus anno 1583. in cauſa contra Patres Societatis allegant, privilegia non niſi in gratiam pauperum profeſſorum conceſsa eſse, ita enim loquuntur: *Alia inſuper ex hac re emerget noxa, circa privilegium nominationum noſtræ Facultati Artium conceſſum, quo fortaſſe contentiosè uti volent, qui ab iis promovebuntur, cum tamen* non niſi in gratiam pauperum profeſsorum *Academiæ Lovanienſis datum ſit*.

71. Et in litteris ad Pontificem datis anno 1605. infrà exhibendis

bendis

bendis ad calcem hujus quæſtionis littera C. inter cætera aſſerit Facultas non niſi pauperes *frui nominationibus poſſe*. Quibus ſimilia repetunt in litteris ad Cardinalem Blanchettum eodem tempore ſcriptis.

72. Denique in ſententia extenſa lata in Cōcilio Flandriæ 16. Iunii 1627. pro Guilielmo Deutels nominato, allegant Academici, vel eorum Syndicus, quod cum ii, qui nominantur debeant eſſe *Clerici probi, & Graduati, atque ita docti, &* pauperes, *quibus non ſuppeterent ad victum, & amictum honeſtum neceſſaria, non poterat autem rationabilius provideri, quàm ejuſmodi Clericis, cum illa fuiſſet primaria voluntas donantium, ſeu legantium bona ſua Eccleſiæ. Conveniebat enim ejuſmodi Clericos bonis Eccleſiæ ſuſtentari, quibus parentum, aut propinquorum nulla ſuffragabantur bona, quibus attentis clarum erat nominationes non eſſe odioſas.*

73. Porrò licèt conſtanter faſſi ſint, privilegium nominandi in gratiam pauperum ſolummodo conceſſum eſſe, ad eorum paupertatem levandam, ad quem effectum videri poterat ſufficere ea taxa, quam Sixtus IV. conceſſerat; inſtitit tamen ſæpè tàm Vniverſitas, quàm Facultas pro dictæ taxæ augmento, allegantes beneficium vigore privilegii Sixtini eſſe *exigui valoris,* quorum provētibus ali commodè, & decenter non poſſent.

74. Sic anno 1513. petiit Facultas poſſe acceptare beneficia, quorum valor 60. florenos auri de Camera non excederet, ut vidimus num. 65.

75. Deindè anno 1522. die 12. Martii deliberat Vniverſitas de novis privilegiis ab Adriano VI. petendis, ut referuntur ejus diei Actis, inter nova autem privilegia unum erat: *Extenſio privilegii nominationum Vniverſitatis per Sixtum IV. conceſſi*, ut patet ex iiſdem Actis ad diem ſecundam Decembris exhibitis ad calcem quæſt. 7. *lit A. & ſequentibus*.

76. Circa idem tempus deliberat, & concludit Facultas Artiū, petere extenſionem privilegii nominationum, ſed cupit id fieri ſecretiſſimè, ut refertur in Actis Facultatis ad diem ſecundam Iunii 1522. & die 2. Iunii 1624. exhibitis ad calcem quæſtionis 7. *litt. A. & ſequentibus*.

77. Sollicitat rursùs eadem Facultas pro augmento taxæ ſub initium hujus ſæculi, & diu multumque urget hoc negotium apud Sanctam Sedem.

78. Et tandem anno 1616. augmētum taxæ petitum impetrat, ſed ſolùm pro majoribus Magiſtris, invariata ſemper manente taxa 30. ducatorum pro iis, qui tantùm eſſent Magiſtri juniores, ita ut pro majoribus taxa beneficialis demum extenſa ſit ad 100. ducatos auri de Camera, & hac ratione magnum inductum eſt diſcrimen inter taxam majorē, ſicuti magna quoque eſt diverſitas quoad

taxam

taxam patrimonialem inter Magiſtros majores, & minores, quæ differentia aſſignata eſt ſupra num.53.& ſeq.

79. Hæc differentia taxæ agnita eſt ab Academicis, & regulis munita, & dum duo Acedemici inter ſe pro obtinenda nominatione concurrerent, uni ab altero competitore objecta; & à Decano, ac Deputatis ſæpè, qui petebant nominari, rejecti ſunt, eo ſolo titulo, quòd beneficia, ad quæ nominatio petebatur, eſſent majoris taxæ, cùm illam petentes, utpotè Magiſtri minores, incapaces eſſent taxæ majoris, quod exemplis comprobabimus.

80. Sic anno 1521. & rurſùs 1531. ordinavit Facultas, ut Regentes non admittant plures legentes in Logica, vel Phyſica, quā duos, qui eo titulo ſint capaces majoris taxæ: Item enim habent Acta Facultatis ad annum ſupradictum: *Sequuntur nominationum Regulæ*. Et infrà: *Regentes non poſſunt plures admittere ordinariè legentes in Logica, vel Phyſica, quàm duos, qui in ea qualitate nominentur ad majorem taxam*. Quòd etiam dudum poſt agnoverunt, nempè circa annum 1604. in negotio Strechei, de quo latiùs Acta illius temporis.

81. Similiter Franciſcus Schorenbroot, quia ad hoc ut capax eſſet majoris taxæ, debebat ex vi Bullarum Apoſtolicarum eſſe novem annis biredatus, & de Concilio Facultatis, cùm non eſſet Legens, aut Regens, petiit conſenſum Facultatis, ut à Pontifice petere poſſet diſpenſationem in novennio biredationis, & impetrata illa diſpenſatione acceptare beneficium majoris taxæ, ſic ut illa acceptatione cenſeretur nominatio exhauſta, & plenum effectum ſortita. Cujus petitioni annuit Facultas, ut videre eſt in extracto ad calcem hujus quæſtionis *litt.D.*

82. Conformiter etiam ad Bullas Apoſtolicas, rejecerunt à nominatione majoris taxæ eos, qui ſolius minoris taxæ capaces erant. Sic 14. Maii anno 1655. facta deputatione ad nominandum ad Capitulum S.Gaugerici Cameraci, cùm nullus concurreret, niſi D.Taedts LV.Licentiatus, judicarunt DD. Deputati, illum non poſſe concurrere, ex eo quod ipſe non eſſet de Facultate, & dicta nominatio ſit majoris taxæ, quod Iudicium Facultas ratum habuit, unde ad dictum Capitulum nominatus eſt Clariſſimus D. Loyens: quæ omnia conſtant ex extracto ſubjuncto in calce *litt.E.*

83. Ob eandem cauſam à nominatione ad Præpoſitū S.Amati rejectus eſt D.le Duc, de quo ſic habent Acta ad diem 7. Ianuarii 1658. *Congregatio extraordinaria &c.* tum infrà: *Tertiò, an placeat nominationem ad Præpoſitum S. Amati conferri Domino le Duc . . . ad tertium reſolutum quod non, tum ex eo quod non eſſet capax majoris taxæ, tum &c.*

84. Magna quoque cura, & labore teſtimonia conquiſierunt contra Magiſtros litterarios, quibus teſtatum facerent, eos non contineri primo membro Bullæ Leoninæ, agente de majore

taxa, ut videre eſt ex Extracto ad calcem hujus quæſtionis, *litt. F.*

85. Hinc ne minores Magiſtri à nominationibus excluderentur, ſtatutum eſt 23. Iunii 1641. in hunc modum: *Et ne juniores Magiſtri, qui nondum ſunt qualificati ad acceptandum beneficia majoris taxæ, propter prærogativas à nominatione excludantur, debebunt DD. Deputati præter qualitates ipſorum ſupplicantium, etiam habere rationem collationum, ad quas nominandum erit, ita quod juniores præferantur in Collationibus, habentibus plerumque beneficia minoris taxæ, & pauca majoris taxæ.*

86. Ex vi hujus ordinationis contendebat D. Mytens an. 1613. in Majo, ſe alteri præferri debere in ſimili nominatione, ut habent Acta ejus temporis.

87. Taxam autem utramque agnoverunt non ex ſua pro libitu æſtimatione, ſed ex ipſis Apoſtolicis Bullis, prout ſonant accipiendam eſſe. Hinc Antonius Carton junior Magiſter, cùm acceptaſſet beneficium valoris circiter 145. florenorũ, adeòque aliquanto majoris, quàm 30. ducatorum juxtà valorem illius temporis, ſollicitè inquiſivit, an ejuſmodi acceptationis extaret exemplum.

88. Ita enim habent Acta Facultatis anni 1615. die 11. Maii: *Convocata fuit Facultas, &c.* Deinde infrà: *in eadem congregatione exhibuit Magiſter Antonius Carton libellum ſupplicem, quo petebat declarari per Facultatem, quòd Magiſtri juniores aliquando acceptaſſent beneficia æqualia ſuo, erat autem ipſius beneficium valoris circiter centum quadraginta quinque florenorum, & remiſſus fuit ad Notarium nominationum.*

89. Taxam quoque patrimonialem legitimè intellexerunt, dum inter diverſos Academicos ad eamdem nominationem adſpirantes erat quæſtio.

90. Sic anno 1653. cum ad eandem nominationem adſpirarent Dominus Hayau, & Dominus Wera, huicque Dominus Hayau objiceret exceſſum taxæ patrimonialis, ſeu ejus quod nominãdus habet in patrimonialibus, vel in beneficialibus, vel utriſque ſimul, Facultas negotium commiſit Clariſſimo Domino Creſt, ſed hunc expreſsè monuit, taxam minorum Magiſtrorum non eſſe, niſi 40. ducatorum; audito autem judicio Clariſſimi Domini Creſt, dedit Facultas nominationem Domino Hayau, eo quod alter taxã excederet, patet ex Extracto ad calcem annexo ſub *lit. G.*

91. Eumdem exceſſum taxæ patrimonialis objecit Dominus Philippi Domino Regenti Porci, de quo ſic habent Acta Facultatis anno 1620. *die 10. Aprilis ſupplicuit Dominus Philippi pro nominatione Brugenſi, & concurrit Dominus Regens Porci pro eadem nominatione.... & quia Dominus Philippi deſiderabat terminum ad probandum, D. Regentem Porci excedere taxam..., DD. Deputati annuerunt ei terminum octo dierum.* Huc etiam ſpectat, quod habent Acta Facultatis ad 15. Iunii anno 1646. ubi refertur, Dominum Philippum Huart citatum à quibuſ-

dam

Digitized by Google

dam de Facultate in Concilio Brabantiæ, eo quòd ultra effectum in Capitulo Aquiſgranenſi obtentum, peteret ſecundam nominationem majoris taxæ.

92. Et diu ante ita intellexerat Vniverſitas, ex cujus Actis anni 1574. die ult. Auguſti hæc habemus: *Vniverſitas ſolemniter congregata ordinavit, & ſtatuit, quòd quicumque impoſterum nominatus, præſtabit juramentum ſe non habere amplius in bonis, quàm Bulla nominationis admittat.*

93. Atque hæc, ut dixi quandoque, ac præcipuè, tum quando inter eos de Academia erat controverſia. Aſt ubi nullius ex Academicis intereſſe vertebatur, vel dum cuipiam cupiebant gratificari, aut aliam ob cauſam, ſæpè contra Bullas Apoſtolicas minores Magiſtros admittunt ad nominationes majoris taxæ.

94. Id autem faciunt variis viis, & artificiis. Primò enim admittunt ſupernumerarios in Concilium Facultatis, ut ſic plures reddant capaces majoris taxæ.

95. Hoc autem eſſe contra mentem Bullarum, patet ex regula, quam inter cæteras ſtatim à Placeto Bullarum condiderunt ad impediendos abuſus, ſcilicet anno 1521. poſt placetatam Bullam Leonis, & anno 1531. poſt placetatam Bullam Adriani, quam regulam habes ſupra num. 80. ubi vetantur plures admitti ordinariè legentes, quàm duo in quovis Pædagogio, qui eo titulo admittantur ad majorem taxam, adeoque multo minus, qui nullam habet functionem, admitti poterit ſupernumerarius ad Facultatem.

96. Et tamen ſupernumerariè Præſes Collegii S. Annæ admiſſus eſt anno 1633. de quo ita habent Acta menſis Ianuarii: *Decanus indixit Congregationem*. Et infrà: *In qua propoſuit primò, an placeat audire ſupplicantes admitti ad Concilium* Facultatis, *&c.* Et infrà: *Ex deliberationibus* Dominorum *concluſit Decanus poſt multam controverſiam, ex eo quod non vacaret locus: declarat tamen, quod M. Chriſtophorus Gerardi admiſſus fuiſſet uti ſupernumerarius, D. Præſidem Collegi S. Annæ eadem diſpenſatione hac vice admitti*. Addunt tamen ibidem Acta: *Servanda interim Statuta, & Concluſiones Facultatis de hac re diſponentes, nec impoſterum talibus admiſſionibus eludenda.*

97. Meritò profectò, cùm talis admiſſio repugnet iis, quæ ſæpius Facultas ſtatuit; ut enim jam vidimus repugnat allegatæ regulæ. Repugnat item ſtatuto tempore Viſitationis condito, *ut numerus admittendorum* (ad Concilium Facultatis) *non excedat unquam numerum quadraginta octo perſonarum*, ut habent Acta Facultatis menſe Aprili 1616. & anno ſequenti die 28. Aprilis, admittitur Vincentius Loncin ſub conditione, ſi numerus non ſit completus, ſic ut aliàs admiſſio futura ſit nulla.

98. Rurſus anno 1643. die 23. Iunii ſupernumerarius admittitur Dominus Henricus Hegelſon Præſes Collegii S. Willebrodi,

 idque

Digitized by Google

idque per diſpenſationem, ut habent Acta ad dictum diem.

99. Nec in uno ſupernumerario res ſtetit, ſed quinque ſimul admittuntur anno 1658. de qua admiſſione ſic loquuntur Acta ad diem 7. Ianuarii: *Propoſitum ſecundò, an placeat aliquos ſupplicantes admittere ad Concilium Facultatis, petitum quot loca vacarent, reſponſum quinque, undè electi fuerunt ſequentes DD. Badens, vander Horſt, de Bay, Lovinus, Lackman. Propoſitum verò poſteà, an placeret admittere aliquos ſupernumerarios, & reſolutum eſt, quòd ſic, unde electi fuerunt DD. Moens, Brants, de Hamer, Pater Standonicus, Vlockmans, cum ea tamen conditione, quòd non eſſent in Facultate habituri ſuffragium, quamdiu eſſent ſupernumerarii.*

100. Hoc autem contigit trimeſtri circiter, poſtquam Internuntio Apoſtolico in Octobri aliquem pro loco ad Concilium commendanti, ſeſe excuſaſſent eo titulo, quòd nullus locus vacaret: cum tamen initio Ianuarii vacaverint quinque loca, difficulter perſuadebitur iis, qui tunc in Academia verſati ſunt, quinque loca ab Octobri ad Ianuarium vacare cæpiſſe.

101. Quinimò iſta admiſſio ſæpè merè ficta eſt, & non alium habens effectum, quàm ut titulo admiſſionis ad Concilium, capax quis fiat majoris taxæ; quoad cætera autem maneat excluſus à dicto Concilio Facultatis.

102. Sic anno 1640. Michael Somèillon minor Magiſter, cùm vacaret Præbenda ſpectans ad Collationem Præpoſiti S. Amati (ad quas fuerat nominatus) petiit admitti ad Concilium Facultatis ſaltem in ordine ad hunc effectum, ut ſic ſecurè acceptaret dictam Præbendam, quæ dicebatur eſſe majoris taxæ. Admiſſus eſt præciſè, & tantùm ad effectum nominationis ſuæ, & veluti Conſiliarius honorarius, *non habens voces, nec locum in Concilio, ut patet ex extracto ad calcem ſub litt. H.*

103. Hæc autem ficta, & umbratilis admiſſio in Concilium Facultatis, merè inventa ad Collatorem ordinarium ſua collatione fraudandum, adeò turpis, & indecens viſa eſt ipſis admittentibus, ut judicaverint illam ſtrictiſſima ſilentii obligatione tegendam, ne ejus notitia ad alios dimanaret: *Nam impoſuit Decanus juramentum Dominis præſentibus, ne ejuſmodi limitatam admiſſionem revelarent,* ut ſubditur in eodem extracto.

104. Meritò autem ſolliciti fuerunt, ne talis admiſſio divulgaretur, cum & ficta ſit, & menti Pontificum contraria, ac multùm derogans juri Collatorum ordinariorum: fruſtranea enim erit diſtinctio taxæ majoris, & minoris, quæ in favorem Collatorum cedit, ſi ipſi quos volunt, ſimulata hac admiſſione poſſunt reddere capaces majoris taxæ.

105. Similis ferè fuit admiſſio Domini Taedts in Concilium Facultatis, qui cum acceptare vellet præbendam Arienſem, ad quam,

Digitized by Google

quam, utpotè minor Magiſter, incapax erat; petiit *admitti ad Concilium Facultatis, ut tantò ſecurius effectum acceptare poſſit,* prout propoſuit Decanus Facultatis 30. Decembris 1658. & admiſſus eſt interveniente diſpenſatione aliqua 4.Ianuarii anni ſequentis, & eodem die præbendam Arienſem acceptavit.

106. Quin etiam prætermiſſa ficta illa, & quaſi ſcenica in Facultatis Concilium admiſſione, minoribus Magiſtris immediatè per ſolam diſpenſationem dant nominationes ad beneficia majoris taxæ. Nam à nominatione ad Capitulum S. Gaugerici Cameraci anno 1655. rejecerant Dominum Taedts, eo titulo, quòd eſſet minor Magiſter, ſeu quòd non eſſet de Concilio Facultatis, & dicta nominatio ſit majoris taxæ, eamque propterea contulerunt Clariſſimo Domino Loyens, ut dictum eſt ſupra num. 82.

107. Et nihilominus quinquennio poſt, ſeu anno 1660. cùm Clariſſimus D.Loyens dictam nominationem ad Capitulum Sancti Gaugerici, repoſuiſſet ad manus Decani Facultatis, illam contulerunt filio Notarii le Noire, qui tamen minor Magiſter erat, nec de Concilio Facultatis. Ita habent Acta Facultatis diei 31.Ianuar. 1660. *Indicta Congregatio*, & infrà, 7. *expoſitum, quòd Clariſſimus D. Loyens repoſuiſset ad manus Decani Facultatis nominationem, quam habebat ad Capitulum S.Gaugerici Cameraci, & propoſitum, an placeat diſpenſare in ſtatuto Facultatis, ut illa poſſit conferri filio le Noire propter commendationē, &c.* ..... Ad 7. *diſpenſatum Statuto in favorem filii le Noire.*

108. Et cum ipſum, licèt incapacem majoris taxæ beneficialis, nominaſſent nihilominus ad taxam majorem, conformiter etiam ipſum admiſerunt ad juramentum taxæ patrimonialis majorum Magiſtrorum, id eſt, quòd non haberet in bonis patrimonialibus ſupra 130. ducatos auri de Camera, ubi debebat jurare ad 40. adeoque extenderunt taxam patrimonialem in privilegiis præſcriptam ad 90. ducatos.

109. Varios quoque minores Magiſtros recenter nominarunt ad beneficia majoris taxæ ſecundi, imò etiam primi ordinis, v. g. N.Cobbelgiers ad Canonicatus S. Amati Duaci, Carolum Brants, qui non erat de Concilio Vniverſitatis, nominarunt ex parte Vniverſitatis ad Canonicatus Inſulenſes, N.de Vroye ad Brugenſes; itē ſimplices Baccalaureos Iuris ad Rothnacenſes, Antonienſes, &c. quorum tamen fructus, qui in abſentia percipi poſſunt, longe excedunt triginta florenos Rhenenſes aureos.

110. Imò minoribus Magiſtris, adeoque incapacibus taxæ majoris, dant teſtimonium ad taxam majorem, qua de re ita habent Acta Facultatis anno 1614. 3. *Aprilis indicta fuit congregatio, &c.* Et infrà: *Item dictus Dominus Robaulx petiit pro Domino de Geldre teſtimonium Facultatis taxę Præbendæ Harlebecanæ (quam obtinuit Dominus de*

Digitized by Google

Geldre antequam eſſet capax majoris taxæ) quod & datum eſt. Notandum autem Præbendam Harlebacenſem eſse Præbendam primi ordinis, ut patet ex Ordinationibus Viſitationis annexis poſt quæſt. 4. pag. 78. num. 2.

111. Hos abuſus paulatim augentes tandem audent prætendere, quòd juniores Magiſtri, quorum taxa beneficialis à Pontificibus reſtricta eſt ad 30. ducatos, poſſint modò acceptare quævis beneficia, etſi excedant 200. ducatos, prout ſuſtinent in cauſa cujuſdam Prou. Fundamenta autem, quibus abuſum hunc intolerandum, & adeò contrarium menti Pontificum ibidem tueri conantur, refutabimus infrà.

112. Iuvat autem referre, quibus artificiis hunc abuſum celare, & roborare conentur.

113. Ac imprimis dum nominatus ab Vniverſitate, vel Facultate Artium lite in poſſeſſorio contendit cum proviſo à Sede Apoſtolica, vel ab Ordinario, ſi hic objiciat nominato exceſſum taxæ patrimonialis, prætendit nominatus id in lite de poſſeſſorio diſcuti non debere, ſed ſufficere juramentum præſtitũ Rectori, aut Decano Facultatis Artium, de non exceſſu taxæ patrimonialis.

114. Probari id poteſt ex ſententia extenſa lata Mechliniæ 22. Iunii 1650. pro I. Sceppero nominato contra Rogerium Ooms; in qua ad objectionem exceſſus taxę patrimonialis hęc refertur nominati reſponſio, quòd Actor quoad hoc deberet acquieſcere, ſine ulteriori impugnatione, aut inquiſitione, quandoquidem nominatus in manibus Decani Facultatis præſtitiſſet ſolitum juramẽtum, quòd talem ſummam in annuis redditibus non haberet: quod juramentum vi Placeti Regii præſcriptum eſſet per modum formulæ, mediante qua nominatus ſatisfaceret, & procederet nominatio, & ſufficere deberet tale juramentum *in poſſeſſorio beneficiali, quod conſtat eſſe judicium ſummarium, & in quo titulus coloratus ſufficit*.

115. Nec aliter procedunt, dum objiciunt exceſſus taxæ beneficialis, cujus examen volunt reſervari ad petitorium. Si in ſententia extenſa lata Gandavi die 14. Iunii anno 1636. ad objectionem taxæ beneficialis reſpondet nominatus, quæſtionem hanc requirere *altiorem indaginem, ac proinde ad judicium petitorium debere rejici.*

116. Imò prætenderunt, taxam beneficialem non poſſe à Conciliis in poſſeſſorio diſcuti, ſeu ut eorum verbis, relatis in ſententia extenſa lata in Concilio Mechlinienſi 18. Iunii 1625. pro Domino vanden Velde, utar: *Veu qu'en ce point il s'agit ſeulement du poſſeſſoire de ladite Prebende, & maintenue en icelle, il n'appartient d'examiner ici, ſi le Doyen de ladite Faculté a droit de nommer aux Prebendes de ladite Metropolitaine de Cambray, ou non, à raiſon du pretendu exces de la taxe . . . . Car outre que ce point, altiorem, latioremque indaginem requirit, cujus generis*

vis quæſtiones in poſſeſſoriis judiciis præſertim beneficiorum Eccleſiaſticorum, ad petitorium rejici debent ..... Item, *ledit Impetrant n'entend aucunement conteſter ſur le point de ladite taxe, dans ce Conſeil de Malines, lequel eſt incompetent en ce regard.*

117. Quandoque etiam recurrunt ad poſſeſſionem, & uſum, quo conſuevit Facultas, aut Vniverſitas ad beneficia, de quibus eſt quæſtio, nominare, & nominati ea acceptare; quo recurrunt nominati in ſententiis proximè relatis: adeò nimirum ſolliciti ſunt, ne quæſtiones hæ ad normam privilegiorum examinentur, cum ſatis ſciant, ex horum tenore ſe manifeſtè condemnandos.

118. Cum autem velint in petitorio in prima inſtantia Iudicē competentem eſſe Conſervatorem, jam tota controverſia de exceſſu, vel non exceſſu taxæ tàm patrimonialis, quàm beneficialis, ad Tribunalia Academiæ evocanda, & decidenda eſt; cum autem Academici, ut in præcedentibus dictum eſt, taxam utramque præter & contra Bullarum, ac privilegiorum apertum ſenſum, & mentem interpretentur, & aliquando taxam patrimonialem Magiſtrorum extendant ad 130. ducatos, ordinariè verò ad 80. id eſt augeant in duplum, & triplum, quæ alia in dictis Tribunalibus ſententia exſpectari poteſt, quàm quæ Bullis Pontificiis circa taxam plenè difformis ſit, adeoque injuſta.

119. Et ut in Conciliis Regiis planè tolleretur, & ſopiretur objectio de taxa, anno 1650. in Auguſto deliberavit Facultas; *an non videretur conſultum ad hoc, ut impoſterum impedirentur lites contra taxam, exhibere libellum in Concilio Privato, pro obtinendis litteris inhibitorialibus ad omnia Concilia, quatenus non admitterent impoſterum lites contra taxam.*

120. Et aliquot annis ante, nempè 1633. cùm nunciatum eſſet Facultati Artium, quòd Illuſtriſſimus Nuncius haberet Breve, ſeu Bullam Apoſtolicam publicandam circa taxam, omnem adhibuerunt conatum, ad dictam publicationem impediendam, quem in finem recurſum habuerunt ad Vniverſitatem, ad Civitatem, & ad Medicum ſuæ Celſitudinis, ut patet ex extractis infrà, *lit. I.K.L.M.*

121. Conatus autem præcipuus fuit, ut impedirent Placetum dicti Brevis, ſeu Bullæ, & hac ratione publicationem; nam aliquot annis poſt, *Propoſuit Decanus, an placeret ſatisfieri ſollicitatori Hermans pro expenſis, quas fecit ad impediendum Placetum Concilii Privati in materia taxæ beneficialis,* uti loquuntur Acta Facultatis, circa quod tempus conati ſunt obtinere à Concilio Privato litteras inhibitoriales ad omnia Concilia, ne admitterent lites ſuper taxa.

122. Dictum autem Breve, ſeu Bulla Apoſtolica (ut conſtat ex litteris Treviſii relatis ad calcem *lit. M.* continebat,) quòd Pontifex ſummum valorem Præbendarum ſtatueret eſſe centum ducatorū

Came-

Cameræ, qui ad ſummum facerent 400. florenos. Adeoque erat declaratio, quæ ſumma, per centum ducatos in privilegiis expreſſos, veniret intelligenda; nempè ea, quam ipſa privilegiorum verba præſeferunt. Vnde dicta Bulla nullum inferebat præjudicium privilegiis, nec conſtringebat nominationes, ſed ad rectum, & debitum uſum revocabat, tollebatque abuſus ab Academicis contra Bullarum tenorem invectos; mirum igitur eſt, quòd ipſi hoc Breve Pontificium dicant *derogare privilegiis nominationum, ea conſtringere, diminuere,&c.* ut loquuntur in Extractis proximè relatis.

123. Non parum etiam conducit ad dictos abuſus, quoad taxā celandos, dum qui beneficium reſignant, non referunt ad librum Facultatis, vel Vniverſitatis, quantum penſionis ex beneficio habeant, quod tamen omninò facere deberent; nam Gregor. XIII. non voluit prius concedere confirmationem privilegiorum, quàm facta fuiſſet ordinatio, qua caveretur, *quòd nominandus juraret ſi beneficium vigore nominationis acceptatum reſignaret mediante aliquà penſione, ſe infra menſem relaturum ad librum Facultatis, vel Vniverſitatis, quantum penſionis ex beneficio haberet, ut poſtea penſio in fructibus poſſet computari*: & tamen nec juramentum illud exigitur, nec ordinatio, quamvis juſtiſſima, & ad vitandas fraudes neceſſaria, ſervatur ullatenus, & ſic peccatur clarè in conditionem confirmationis, & contra taxam abuſus varii per hoc foventur.

124. Atque hæc de taxa quoad beneficia generatim; nam ſi agatur de beneficiis habentibus annexam curam animarum, abſolutè, & rotundè fatentur, non tantùm Syndicus aliquis, aut particulares pro beneficio litigantes, ſed Decanus, & Facultas publico inſtrumento teſtatum fecerunt, in beneficiis curatis nullam habendam rationem taxæ, ſed poſſe nominatos acceptare, & ſæpè acceptaſſe beneficia curata cujuſcumque valoris. Copiam dicti Inſtrumenti habes ad calcem ſub *lit. A.* ſupra pag. 105.

125. Rationes quibus hunc abuſum tuentur ſolutæ ſunt ſupra num. 44. & ſequentibus; eamque non ſubſiſtere judicarunt ſæpius Regia Concilia, latis contra nominatos ſententiis ſuper Paſtoratibus ratione exceſſus taxæ. Sic Senatus Flandriæ 9. Novemb. 1647. ſententiam tulit contra Guilielmum Wera ſuper Paſtoratu de Zomerghem. Similiter in Parlamento Mechlinienſi 18. Nouembris 1651. contra Ioannem Baptiſtam Golier. Item Gandavi data eſt ſententia contra Servranx ſuper Paſtoratu de Ham 19. Decembris 1656. & rurſus in eodem Concilio 20. Decemb. 1661. contra Prou. ſuper Paſtoratu de Lers in Diœceſi Tornacenſi.

126. Hactenus vidimus quomodo Academici præter, & contra mentem Pontificum, qui privilegia conceſſerunt, per inſignē abuſum pro libitu ſuo taxam tàm patrimonialem, quàm beneficialem

lem in duplum, triplum, & ulterius extenderint, quod cum diffiteri non poſſint, videamus quibus rationibus id velare conentur.

127. Primum,ſeu præcipuum argumentum quo utuntur tum paſſim alii, tum in ſua lite expreſsè Bonaventura Prou nominatus à Facultate, petitur à vilitate victualium, aliarumque rerum tempore dati privilegii, quarum valor cùm jam ſit longè major,æquiſſimum eſt, ut gratia Pontificia jam non ſtatuatur minor, quàm tempore dati privilegii, adeoque vt taxa beneficialis ſumatur major eadem proportione, qua auctus eſt valor, ſeu pretium rerum.

128. Verùm hoc argumentum ex pluribus capitibus infirmū eſt, & caducum; nam primò ut illo aliquid probarent, non ſufficeret oſtendere, quod res quæpiam, quæ tunc vendebatur, v.g. tribus aſſibus, nunc vendatur novem aſſibus, ſed neceſſarium eſſet oſtendere, quòd id,quod tempore conceſſi privilegii comparari poterat uno ducato de Camera, vel uno floreno Rhenenſi (quæ eſt ſpecies monetæ in privilegio expreſſa) nunc ſimili ducato, aut floreno Rhenenſi obtineri nequeat, ſed ad id opus ſit duobus, aut tribus. Id autem nunquam oſtendent,

129. Nam licèt quod tres tunc aſſes valebat, nunc valeret novem, hinc tamen nullo modo ſequitur id jam valiturum tribus ducatis,aut florenis Rhenenſibus aureis, quod unico tunc comparari poterat. Ratio hujus manifeſta eſt, quia valor ducatorum de Camera,& florenorum Rhenenſium (qua ſpecie pecuniæ utitur Bulla Sixtina) paulatim crevit circiter in triplum.

130. Ducatus enim,qui paulò antè datum priuilegium Sixtinum non valebat niſi 30.aſſes;poſtmodum anno. 1548. valebat aſſes 40. Anno deinde 1559. aſſes 45 & anno 1576. aſſes 52. Decenniò poſt valebat tres florenos 4.aſſes. Anno demùm 1633. florenos 4. denique anno 1644. excrevit valor ad 4.flor. & 9.aſſes, & jam vulgò æſtimatur ad duos patacones, neque id mirum,cùm ipſa nummorum materia, nempe aurum,quæ etiam ſe habet per modum mercis,etiam creverit in æſtimatione.

131. Porrò cum taxa eorum conſtituta ſit ducatis de Camera, ſeu florenis aureis Rhenenſibus, & valor horum, aliorumque aureorum nummorum creverit circiter in triplum, manifeſtum eſt perperàm Academicos prætendere jam ad victum neceſſarios eſſe tantò plures ducatos, quantò pluris venduntur modò victualia, quàm olim.

132 Nam anno 1553. ut habent Acta Facultatis in Novembri, menſura ſiliginis, vulgò *Halſter*, vendebatur in foro Lovanienſi pluris quàm novem aſſibus. & minoris quàm octodecim. Ponamus valuiſſe 14. aut 15. aſſibus: cùm eo tempore ducatus non va-

leret

leret niſi aſſes 40.non poterant pro ducato haberi tres tales menſuræ: hoc autem tempore valdè rarum eſt, quòd pro ducato emi non poſſint tres menſuræ ſiliginis, vulgò *Halſter*.

133. Sic ex reductione granorum Bruxellis facta, computando ab anno 1530. quo agebatur de placetanda Bulla Leonis X. uſque ad annum 1573.(quo obtinuerunt augmentum taxæ per Gregorium)ſi per 44.dictos annos in unum colligantur, & ſupputētur ſingulorum annorum pretia per reductionem granorum ſtatuta, conſtabit quòd ſumma inæquali dictorum pluriums annorum per ſingulos illos annos æqualiter diſtributa, pro pretio menſuræ ſiliginis Bruxellis aſſignari debeant aſſes 15.cum dimidio ferè. Cum ergo maxima parte temporis jam ſupputati, ducatus non valeret niſi aſſes 40.non poterant pro ducato obtineri niſi circiter duæ mēſuræ cum media. Inito autem ſimili computo ab anno 1600.)quo tempore petebant augmentum taxæ à Pontifice) uſque ad 1620. reperietur, æqua in ſingulos annos diverſorum pretiorum facta diſtributione, eamdem menſuram valuiſſe aſſes triginta quatuor. Cum autem ducatus anno 1602. valeret tres florenos,& aſſes octodecim, potuerunt etiam illo tempore pro uno ducato comparari duæ tales menſuræ ſiliginis cum media circiter:

134. Ex hactenus dictis manifeſtum fit perperàm Academicos contendere triplò, quadruplò, imò & ſextuplò plures ducatos requiri nunc ad victum, aliaq;neceſſaria, quàm requirerentur tempore Sixtinæ, aut Leoninæ ad eumdem effectum, prout loquuntur in cauſa cujuſdam Prou (quam tota Vniverſitas commendavit Concilio Mechlinienſi) *Or ſi*(inquit) ***pour lors trente ducats ſuffiſoint, maintenant deux cent ſeroint peu.***

135. Et licèt verum ſit, aliquantò minùs hoc tempore comparari 30.aut 40.ducatis,quàm tempore Sixti IV.aut Leonis.X.non poſſunt tamen Academici propria authoritate taxam à Pontificibus in privilegiorum Bullis determinatam augere

136. Ac in primis id eos non poſſe circa majores Magiſtros evidens eſt, cùm ad horum inſtantiam ipſorum taxa tàm patrimonialis,quàm beneficialis,paulatim à Pōtificibus aucta ſit pluſquam in triplum illius taxæ, quam præſcripſerat Sixtus IV. & inſuper ducatus de Camera (qua ſpecie pecuniæ taxam exprimunt Bullæ) excreverit in valore fermè in triplum, vt ſupra vidimus.

137. Deinde majores Magiſtri paſſim vel ſunt Præſides Collegiorum, in quibus præter habitationem, victum, famulatum &c. habent ſtipendium ſæpè ſatis lautum, quibus ſi addas taxam patrimonialem ad 130.ducatos auri de Camera, & taxam beneficialem ad centum ſimiles ducatos, prout habere poſſunt vi privilegiorum, quis non videt Pontificem cum illis ſatis liberaliter egiſſe, adeò ut

quando

quando obtinent ea, quæ illis privilegia permittunt, poſſint æquè commodè & commodius ſuſtentari à loco beneficij abſentes, quā poſſint plerique in Belgio Canonici reſidentes; quibus de lauta præbenda proſpectum eſſe cenſent omnes.

138. Alii ſunt Profeſſores Philoſophiæ:hi præter habitationem, famulatum, & victum pro magis principalibus integrum, pro aliis ferè integrum, accipiunt lauta didactra à diſcipulis, (qui ſæpè ſunt 150.& plures). Quanta autem debeant eſſe illa didactra, patet ex ordinatione Vniverſitatis facta anno 1627. ut nempè ſingulis trimeſtribus ſolverent Nobiles alteri Profeſſorum tres florenos, alteri duos florenos: illi verò, qui ſunt primæ menſæ,uni 2.florenos, alteri unum, & decem aſſes, & ſic conformiter de aliis, vetaturque, ne Profeſsores quovis prætextu plures exigant, imò neque oblatum à juvenibus recipiant.

139. Iam tamen duplum didactrum recipiunt,quia nempè *jam* non timent, ne aliqui gratis doceant, de quo dum ageretur, moderata didactra ſtatuerunt.

140. Hi autem Profeſsores, ſi habeant taxam patrimonialem, & beneficialem in Bullis permiſsam, id eſt ſupra mille & centum florenos præter victum, & didactra, certè poterunt in ſtatu Eccleſiaſtico non tantùm decenter,& commodè vivere,ſed meritò cenſebuntur eſse planè divites.

141. Quòd ſi fortè aliqui tales ſint, ut nullum illis ſuppetat patrimonium,tunc poterunt in duobus compatibilibus beneficiis acceptare uſque ad 130. ducatos annuè,quæ ſanè ſumma valdè conſiderabilis eſt, præſertim dum accedit illis, quæ Magiſtri majores paſſim, ut dictum eſt, percipiunt in Vniverſitate, vel docendo,vel præſidendo in Collegiis.

142. Neque etiam quoad juniores Magiſtros taxā illis à Pontificibus definitam poſsunt Academici ſua auctoritate augere:cùm enim Sixtus IV.anno 1483.determinaverit horum taxam beneficialem ad 30.ducatos, patrimonialem verò ad 40. cumq; Leo X. anno 1513. (id eſt triginta annis poſt datum privilegium Sixtinū) conquerentibus Academicis,beneficia vigore Sixtinæ acceptata, vel acceptanda eſse exigui admodum valoris, perſtiterit nihilominùs quoad minores Magiſtros, dixeritque: *nihilominùs minores Magiſtri, de quibus non eſt facta ſupra mentio,poſſint acceptare beneficia valoris in litteris Sixti Prædeceſſoris noſtri expreſſi*.

143. Cum inſuper Gregorius XIII. in Bulla data anno 1572. petente Vniverſitate augeri ſuam taxam, illud augmentum concedens pro majoribus Magiſtris, nihil tamen mutaverit quoad taxam Magiſtrorum juniorum, ſed eam reliquerit in iiſdem terminis, quibus conceſserat Sixtus IV. Bullam ejus ibidem confir-

Q mans,

Digitized by Google

mans, & innovans; cumque inſuper addat: *Ita tamen, quod fructus ſingulorum beneficiorum prędictorum valorem annuum præſcriptum non excedant; & ſi ad beneficia, quorum fructus, redditus, & proventus majoris valoris fuerint, nominationes, & alia prædicta fiant, illa omnia nullius ſint roboris, vel momenti*.

144. Cum denique Paulus V. anno 1616. rurſus augens taxam tàm patrimonialem, quàm beneficialem reſpectu majorum Magiſtrorum, immutatam reliquerit juniorum Magiſtrorum taxam, prout ea in litteris Sixti IV. aliorumque Pontificum (quas ſuis inſerit) fuerat conceſſa, & confirmata.

145. Cùm inquam hi omnes Pontifices, qui poſt Sixtum privilegia Academicorum confirmarunt, vel ampliarunt, numquam tamen auxerint taxam juniorum, ſed illam ſemper reliquerint in terminis primariæ conceſſionis, neque potuerit illis eſſe ignota mutatio valoris rerum, quam urgent Academici, qua ratione ipſi propria auctoritate eam taxam pro libitu, & in immenſum audent augere?

146. Alterum argumentum pro illa ſuę taxę extenſione petunt ex intentione, & fine Pontificum dantiũ privilegia, de quibus præſumi minimè debet, quòd dederint beneficia nullius ferè valoris; ita enim loquuntur in cauſa Bonaventuræ Prou.

147. *Les fins que les Papes ſe ſont propoſez, accordans leſdits privileges eſtoint, ut nominati de fructibus beneficiorum acceptandorum in abſentia percipiendis haberent, ut libros emere, & commodiùs in ſtudiis ſe ſuſtentare valerent. Tellement que leur but n'eſtoit de pourvoir par iceux privileges leſdits nommez de benefices de neant, & de pertica, ains bien d'importance, & de conſideration, & deſquels ils auroint dequoy honneſtement vivre. Or ſi pour lors trente, ou ſoixante ducats ſuffiſoint, maintenant deux ou quatre cent ſeroint peu*.

148. Reſpondetur frivolam eſſe ejuſmodi præſumptionem, nec tantùm deſtitutam omni Iuris fundamento, ſed etiam clarè repugnantem. Nam ut habet recepta Iuriſtarum regula: *Vbi non eſt ambiguitas in verbis, non admittitur quæſtio voluntatis*, l. 137. §. *cum ita ſtipulatus, ff. de verb. obligat.* l. 12. ff. *qui, & à quibus manumiſſi*. Et in tantùm verbis inhærendum eſt, ut etiamſi æquitas, & ſententia legis ſit incerta, illorum proprietas prævalet - l. 1. §. *ſi cui*, ff. *de actione exercitoria*. Non enim aliud cenſendus eſt quis loqui, quàm quod protulit, *verba enim ad mentem explicandam inventa ſunt* l. 7. ff. *de ſupell. legata*, & ſi quid ſenſit, quod tamen non expreſſerit, pro nullo reputatur; propoſitum enim in mente retentum nullum parit Iuris effectum, l. 7. *Cod. de condict. ob cauſam datam*.

149. Cum igitur Sixtus IV. Leo X. expreſsè illam taxam ſtatuant pro junioribus Magiſtris, eamque reliqui Pontifices reliquerint

rint invariatam, dum taxam majorum Magiſtrorum augerent, malè recurrunt ad intentionem Pontificum pro prætenſa ſua taxæ extenſione.

150. Neque etiam ſatis bona fide agunt in dicta cauſa Prou, dum quod à Pontifice dictum eſt de majoribus Magiſtris, ipſi applicant junioribus Magiſtris, qualis erat prædictus Bonaventura Prou.

151. Deindè cùm ex ſupradictis pateat, illa beneficia minoribus Magiſtris data eſſe merè ad levandam paupertatem, ne nimirũ ob illam ſtudia cogantur deſerere, & ad hunc effectũ ſufficiant triginta ducati, qui ſuperant pretium menſæ in Collegiis, cenſenda ſunt illa ſatis magni valoris eſſe, ſpectata intentione Pontificum. Neque ex ullo capite probari poteſt, Pontifices junioribus Magiſtris, qui nullum præſtant Academiæ obſequium in docendo, aut regendo, quidquam amplius voluiſſe concedere.

152. Præſertim cùm Pius V. declaraverit, ad congruam Vicariorum ſufficere ſcuta 50. monetæ currentis, quæ non efficiunt 32. ducatos, & Epiſcopi Belgii ad titulum Ordinum non requirant niſi circiter 25. ducatos, & conſequenter dum per Indulta nominandi permittitur junioribus Magiſtris acceptare beneficia valoris uſque ad 30. ducatos, licèt in bonis patrimonialibus habeant uſque ad 40. ducatos, cenſendi ſunt tales ſatis commodè poſſe ſuſtentari.

153. Vnde perperàm illa vocat dictus Prou beneficia de pertica, cum tamen ordinariè ſint ſatis lauta; beneficia enim, quæ in abſentia dant 30. ducatos, ſæpè in præſentia dant centũ, & amplius.

154. Dum autẽ dicunt in cauſa ſæpè dicti Bonaventuræ Prou, quòd ſi tempore Leonis X. ſufficiebant 30. aut 60. ducati; jam ad eundem effectum non ſufficere 200. aut 400. ducatos auri, manifeſtè repugnat intentioni Pontificum privilegia concedentium, & propriæ Academicorum atteſtationi expreſsè in diverſis litteris ad Pontificem, dum ſollicitant privilegia intuitu paupertatis, prout fusè oſtenſum eſt ſupra num. 59. & multis ſeqq.

155. Nam ex ipſorum factis & dictis ſequitur, nominari poſſe illos, qui planè divites ſunt, nempè qui in patrimonialibus haberent ſupra 500. ducatos auri de Camera.

156. Cùm enim taxam beneficialem à Leone X. præfixam, nempè 60. ducatorum extendant ad 400. adeoque eam augeant ferè ad ſeptuplum; cumque Pontifex taxam patrimonialem æqualiter æſtimet per ducatos, quis non videat eadem proportione æſtimandam venire, qua beneficialem; adeoque etiam patrimonialem augendam in ſeptuplum. Cùm autem taxa patrimonialis per Leonem X. ſtatuta ſit 80. ducatorum, jam juxtà illorum computum nominari poterit, qui in patrimonialibus habebit ſupra 500. ducatos

Digitized by Google

auri de Camera; talem autem in hac patria nemo judicabit pauperem, ſed potiùs notabiliter divitem.

157. Tertium, & præcipuum argumentum deſumunt ex conſuetudine, & poſſeſſione.

158. Reſpondetur primò, hanc conſuetudinem abuſum eſse,& poſseſſionem non fuiſse, niſi malæ fidei, cum ipſi inter ſeſe pro nominatione contendentes, variis temporibus agnoverint taxam legitimam, prout ea à Pontificibus fuit determinata, cum diſtinctione majoris, & minoris taxæ, ut patet ex iis quæ deduximus ſupra num.79.& ſeq. Sic anno 1653. Facultas, dum committeret Domino Creſt examinandam controverſiam de exceſſu taxæ objecto Domino Wera, expreſsè monuit dictum Dominum Creſt, taxam patrimonialem minorum Magiſtrorum non eſſe niſi 40. ducatorū, quæ ipſiſſima eſt, quam ſtatuit Sixtus IV. & ſequentes Pontifices retinuerunt, & firmarunt. vide ſupra num. 90. Exceſſum quoque taxæ patrimonialis majorum Magiſtrorum objecit Competitori Dominus Philippi ſupra num.91.anno 1620.

159. Deindè cum Leo X.anno 1515. Clemens VII.ann.1523. Gregorius XIII.anno 1572. ac denique Paulus V.anno 1616.in ſuis Bullis ſemper inſerant Bullam Sixtinam, aliorumque Pontificum ſuorum reſpectivè Prædeceſſorum, eas confirmando, & in quantum opus eſt innovando, &c. per hoc ſufficienter omnes contrarii uſus, ſeu potiùs abuſus, omniſque poſſeſſionis vim infregerunt, adeo ut ne in minimo quidem illis ſuffragari poſſit dictus uſus.

160. Hoc enim ſenſu Doctores in l.2.Cod. *quæ ſit longa conſuetudo*, docent procedere dictam legem, dum in ea dicitur: *conſuetudinis, uſuſve longævi,non levis eſt authoritas, non tamen uſque adeò ſui valitura momento, ut legem vincat, aut rationem*. Quibus verbis improbatur conſuetudo, ſeu indicatur, quòd non currat, quando ſucceſſivè per leges reſiſtit legislator.

161. Reſtiterunt autem Pontifices dupliciter,nempè per dictarum Bullarum confirmationem, & innovationem cum ſuis clauſulis, & contentis, & per decretum irritans inſertum Bullæ Gregorii XIII. cujus decreti tantam eſſe vim volunt Academici in motivo, quod referemus infrà,ut nulla conſuetudo poſſit in contrarium præſcribere.

162. Eamdem poſſeſſionem infregit Pontifex, dum circa annum trigeſimum hujus ſæculi per ſuum Breve declaravit, centum ducatos auri de Camera in privilegiis nominationum expreſſos, ad ſummum facere quadringentos florenos, ut dictum eſt ſupra num. 120. 121. & 122. cumque hujus Brevis publicationem omni conatu niterentur tunc temporis impedire, prætendere non

non poſſunt ulteriorem poſſeſſionem niſi malæ fidei.

163. Fuit etiam dicta poſſeſſio prætenſa enervata per plures ſententias in Conciliis Regiis, quas retulimus ſupra n.125. quibus addi poteſt ſententia Romæ lata precedente ſæculo circa annũ 155. contra N.Dervillers nominatum à Facultate, *de quo agetur latius infra quæſt.7.*

164. Denique anno 1659. Illuſtriſſimus Epiſcopus Tornacenſis graviter queſtus eſt apud Alexandrum VII. quòd Academici nominent ad Præbendas, quarum proventus notoriè excedant ſummam, & taxam in privilegiis Pontificum deſignatam, & notoriè præſcriptam: & quandoque à Conciliis in poſſeſſione manuteneri, eo quod nominati forſan probant ſuos Prædeceſſores Academiſtas in eadem Eccleſia Præbendas acceptaſſe, ſeu eſſe in poſſeſſione acceptandi, conſentientibus pro ea vice, vel diſſimulantibus ordinariis Collatoribus.

165. Proindè quærit dictus Epiſcopus, *an præcisè non ſit ſtandum taxa Apoſtolica in Privilegiis expreſſæ, & ſecundùm eam judicandum? & an in hoc caſu poſſit contraria poſſeſsio ſuffragari?*

166. Reſponſum autem Eminentiſſimorum Patrum fuit: *Taxã Apoſtolicam ſervandam eſſe, contraria poſſeſsione minimè ſuffragante*. Conſtant hæc per Extractum authẽticum ex Archivio Epiſcopatus Tornacenſis indè tranſmiſſum.

167. Conſtat etiam ex propria confeſſione Academicorum, nihil adverſus tenorem privilegiorum poſſe contrariam poſſeſſionẽ. Nam in motivo, quod non ita pridem compoſuerunt ſuper cauſa immunitatis à teloniis &c. ſcribunt: Adverſus privilegium Martini V. Academiæ conceſſum, nullam currere præſcriptionẽ, quia in illo habetur clauſula irritans: *Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac aliis contrariis quibuſcumque*. Non enim minùs prægnans eſt clauſula ſpecialiter quoad taxam inſerta in Bulla Leonis X. ſupra allegata, & æquè prægnantes ſunt aliæ generales inſertæ in cæteris Privilegiorum Bullis, & quæ ſe extendunt ad omnia eorumdem contenta, adeoque æquè pertinent ad conſtringendum uſum nominationum intra debitos limites, quàm ad conceſſionem earumdem.

168. Contendunt item, omnia beneficia, quæ tempore Bullæ Sixtinæ, aut Leoninæ cadebant ſuper taxam, eadem etiam modò ſub illam cadere, & hac ratione prætendunt, minores Magiſtros poſſe acceptare præcipuos Canonicatus Belgii, dicentes eos acceptatos fuiſſe ſub taxa 30. ducatorum, antequam taxa augeretur per Leonem X. alioſque.

169. Id autem contendunt tum ipſo facto (cujus exempla aliquot exhibuimus ſupra num.109.) tum etiam ſcripto judiciali: Nam

Digitized by Google

Nam in cauſa Bonaventuræ Prou ita loquuntur: *Quoyque Leon X. ait fait diſtinction inter Magiſtros Seniores, & Iuniores,& ordonné à ceux-là une plus grande taxe, qu'à ceux-cy: Cependant que ſous la taxe de trente florins de Rhin, ou 30. ducats au temps dudit Leon X. les nommez de ladite Univerſité en vertu de la Bulle de Sixtus IV. acceptoint les Prebendes de Gand, Bruges, & Vtrecht.*

170. Verùm prǽterquam quòd ſciri de pleriſque beneficiis nō poſſit, utrum tempore Sixti, aut Leonis excederent taxam, necne? Reſpondetur primò, quòd ea, quæ tum facto, tum ſcripto prætendunt, quòd ſcilicet Canonicatus Brugenſes, Gandenſes, Inſulenſes, &c. olim acceptati fuerint ſub taxa 30. ducatorum, falſitatis convincantur proprio Academicorum teſtimonio, dum ſæpiùs petierunt taxam augeri, eo quod beneficia vigore Sixtinæ acceptabilia eſſent exigui valoris.

171. Sic in Bulla Leonina dicunt: *cùm beneficia vigore dictarum nominationum* (nempè conceſsarum à Sixto IV.) *acceptata, vel acceptanda exigui ſatis ſint valoris, &c.* hoc autem falſiſſimò expreſſiſſent in ſua ſupplicatione, ſi vigore dicti Indulti poterant acceptare tàm pingues Canonicatus, prout aſſerunt ſe potuiſse.

172. Imò non tantùm minores Magiſtri, ſed ne quidem majores, ſeu Regentes, & Profeſsores poterant acceptare quoſvis Canonicatus. Patet id rurſus ex ipſorum Actis; nam anno 1601. prima Decembris reſolverunt à Pontifice petendum per Lombardum augmentum taxæ pro Regentibus, & ordinariè legentibus in Logica, vel Phyſica.

173. Reſpondetur ſecundò: cùm beneficia multa poſſint modò eſse majoris valoris, quàm antiquitus fuerunt, ex eo quòd illa tunc caderent ſub eorum nominationem, non ſequitur etiam jam cadere, & hoc ipſum clarè agnovit Facultas Artium, dum 4. Iulii 1555. in Deputatione ita propoſitum fuit: *An ſit petenda declaratio taxæ in Bulla nominationum contentæ, ut nimirum ſupplicemus Summo Pontifici, ut Sua Sanctitas dignetur declarare illa Beneficia non excedere taxam, quorum fructus tempore datæ Bullæ non excedebant, non obſtantibus, quod citra dictam datam hujuſmodi beneficiorum fructus ſint majoris valoris, & eamdem taxam nunc excedant.*

174. Debuerant ergo docere, quòd dictam Declarationem à Pontifice obtinuerint, priuſquam beneficia jam taxam excedentia acceptarent, eo titulo, quòd illa taxam non excederent tempore datæ Sixtinæ, & non propria auctoritate ſine ulla declaratione in illa beneficia involare.

175. Aliam etiam in diverſis litium ſcripturis inierunt rationē acceptandi beneficia cujuſcumque taxæ, ſeu tranſgrediendi limitationem à Pontifice datam, & dixerunt inſpici debere tempus

dati

dati privilegii (vide infra ſub *litt. N.*) jura hoc nonnulla allegantes, quæ ſtatim referemus, & refutabimus. Secundò dixerunt, beneficium ſemel taxatum ſemper debere manere taxatum, & per conſequens beneficium, quod ſemel acceptaverunt, & pacificè obtinuerunt, tamquam ſub taxa comprehenſum, ſemper manere nominationi, & acceptationi obnoxium.

176. Sed ad hoc, & ſimilia breviter reſpondetur: Primò, ſi fuiſset mens Pontificis, ut attenderetur valor reddituum pro tempore conceſſi Indulti, debuiſset quamprimũ à receptis Bullis fieri æſtimatio dictorum reddituum, ut ſciretur, quænam beneficia imposterum caderent ſub gratia, quæ non; ut nominati futuris temporibus non exponerentur innumeris difficultatibus, & dubiis, an beneficia hæc, vel illa tẽpore Indulti cecidiſsent ſub gratia, necne.

177. Reſpondetur ſecundò: ipſæ leges & Canones, quos allegant ad probandum debere inſpici tempus dati privilegii, potiùs oſtendunt contrarium: ajunt enim in ſtipulatione inſpici tempus contractus, *l. ſi fundum. de verb. obligat.* in æſtimando legato tempus mortis. *l. 74. ff. ad falcidiam*, & in Reſcriptis tempus datæ, *cap. Eam te* ✠ *de Reſcriptis*, *cap. ſi eo tempore de Reſcriptis in 6, cap.* 12. *&* 14. *ibid. Clement. ult. de Reſcriptis.*

178. Hæc inquam, & ſimilia potius contra ipſos faciunt. Nam advertendum eſt, quod per Indulta nominandi nec ulli confertur jus ad beneficium, nec ulli obligantur Collatores, ſed tantum conceditur poteſtas nominandi, & obligandi Collatorem, eaque obligatio demum naſcitur per ipſam nominationis inſinuationem, & conſequenter argumenta pro parte contraria deſumpta ex legibus, quibus dicitur inſpici tempus contractus, ſeu initium obligationis, potius oſtendunt debere pariter inſpici tempus inſinuatę nominationis, quo naſcitur obligatio, quàm tempus dati privilegii.

179. Eodem modo in ineunda ratione falcidiæ, inſpicitur tempus mortis, quia ab eo tempore incipit deberi hæreditàs, & legata.

180. Imò vero ex præfatis pro parte adverſa argumentis, apparet debere inſpici tempus acceptationis; quia tunc demum naſcitur obligatio ad certum beneficium, nominatio autem tantùm dirigitur ad beneficium incertũ, ſeu illud, quod poſt nominationem vacare contigerit; & ipſe nominatus duxerit acceptandum. Ergo cum fructus illius, quod acceptatur ſint æſtimandi ad hoc, ut ſciatur, an cadat ſub taxa, nec ne, inſpicere oportet valorem temporis quo illud deberi incipit, hoc eſt cum acceptatur.

181. Sed priuſquam reliqua ipſorum argumenta excutiamus, videamus plenius Doctores, inter quos Abbas, *in cap. Dilectus* 27. ✠

de

de Prabend. ſcribit: *quando quæritur de viribus Reſcripti reſpectu capacitatis ejus, pro quo ſcribitur, tunc ſi ceſſat ſubreptio, attenditur tempus quo Reſcriptum mandatur Executioni*. Et parum infrà num.9. addit, *quod quando gratia non eſt perfecta, ſed mandatur fieri, inſpicitur tempus inchoationis mandati.*

182. Ergo inſpiciendum erit, non tempus datæ poteſtatis nominandi, ſed vel nominationis, vel acceptationis; quia per privilegia nominandi non perficitur gratia reſpectu hujus, vel illius beneficii, de cujus æſtimatione agitur, ſed datur poteſtas perficiendi.

183. Similiter Federicus Petrucius in cap. Dilectus ※ de Præbendis, docet expreſsè inſpiciendum eſſe tempus, quo ligatæ fuerunt manus collatoris: en ejus verba: *Si Executores dati fuerint ſub hac forma, provideant de primo beneficio, quod impetrans duxerit acceptandum, tunc nec per præſentationem, nec per proceſſum Executorum affecta eſt Prębenda, niſi primò Impetrans acceptet beneficium, & Executor ejus inſinuet Ordinario, qualiter Impetrans acceptaverit, & quod intendit conferre ei beneficium acceptatum, iſte eſt caſus de conceſſione Præbendæ, libro ſexto.*

184. Item Rebuffus ad Concordata Galliæ tit. de Collationibus, §. Volumus, verbo *tempore Vacationis* in verbis: *Sed an habeat sũmam taxatam, inſpicitur tempus Vacationis.*

185, Et Albertus Brunus de Monetarum augmento daclarat. 11. in fine: *Eſt advertendum, quòd quando gratia ſe refert ad beneficium vacaturum, debeamus conſiderare pecuniam ſecundùm tempus Vacationis, & quo gratia ſortitur effectum*: *additque ibidem rationem, quòd in gratia ſe referente ad beneficium vacaturum, qualitas adjecta verbo ſit reſtringenda ad tempus Verbi, & quo beneficium vacabit, l in Delictis, §. Si detracta, ff. de noxa, & latè notatur in l. ex facto, in principio ff de vulg, & Pupill.*

186. Item Felinus *in cap.* Eam te *de Reſcriptis n.* 18. ſcribens: *Tempus datę regulariter attenditur, textus hic & in clem. finali de Reſcriptis*: tùm parùm infrà ſubjungit: *Fallit primò in conſideranda habilitate Impetrantis, quia attenditur tempus Vacationis, cap. ei cui, de Præbend. in* 6. *&c. cap.* Is *cui, eodem titulo & libro. Iterum num.* 22 *fallit v. in attendenda natura, & qualitate beneficii, quia non inſpicitur tempus datæ, ſed hodiernum, Oldrad. ſolemniter conſil.* 58. *quidam impetravit, dicens, quod ſi ſcribitur pro beneficiis certi valoris, & tempore datæ excedebat, ſed hodie non, attenditur tempus præſens, quia tunc quæritur plenum Ius in beneficio, cap. final. de Præbend. in* 6.

187. Idem pluribus confirmat Oldradus, *conſil* 58. item Rota Romana *deciſ.* 10. *de conceſſ. præbend. in antiquis*, in qua etiam multa dicuntur, ex quibus ad allegatas objectiones eruitur ſolutio, & juxtà hanc opinionem de attendenda taxa tempore acceptationis vel proviſionis judicatur.

188. Idem tradit Fagnanus in cap. Dilectus 27. ※ de Præbendis ubi num. 2. ſcribit: *Regula eſt, quod in litteris ad beneficia quoad habilitatem,*

tem, vel inhabilitatem, non inſpicitur tempus Datæ, ſed tempus Executionis. Idem repetit num.13. & 19. niſi quæſtio ſit de ſubreptione, quia tunc inſpicitur tempus Datæ. Idem Fagnanus num. 4. & 5. ibid. & Oldradus dicto Concil. 58.

189. Item Geminianus *in cap. Ei cui, de Prebend. in 6.* ſcribens, quòd attendatur capacitas, & habilitas illius temporis, quo contrahitur obligatio: ex quo infertur, ut dictum eſt, non poſſe attendi tempus, quod præceſſit inſinuationem nominationis, quia non fuit contracta obligatio reſpectu acceptati beneficii, ſeu illius, de cujus æſtimatione agitur, niſi à tempore acceptationis, quia tunc demum incipit obligatio reſpectu illius.

190. Unde iterum Felinus in cap. Ad aures num. 17. de Reſcriptis ait: *In impetratione beneficii attenditur communis æſtimatio valoris præſentis temporis, non antiqui*, & in terminis talis gratiæ, qualis eſt nominatio, agens idem Felinus ibidem docet, quòd ubi habetur gratia ad vacatura, teſtes debent deponere de tempore vacationis, non impetrationis.

191. Similiter apud Verallum deciſ. 330. parte 3. dicit Rota *Valor beneficii probandus eſt, de tempore proviſionis, non de tempore antiquo.*

192. Et Leoninus ex Doctore Lovanienſi Cancellarius Geldriæ conſil. 31. cujus verba ſubjungo: *Si illimitatè facta ſit promiſſio, non conſideramus tempus diſpoſitionis, ſed illud potius, quo diſpoſitio applicatur ad actum; præſertim ſi agatur de annua penſitatione, quæ cum ſemper ex nova obligatione prodeat, ex mutatione temporis facilè mutari poteſt: ita ut ultima pecunia, ſeu curſus poſterior conſiderari debeat. Id quod pulchrè expreſſiſſe videtur Iacobus de Aretio, quem refert Bald. dum dicit: Quod ſi mutuò pecuniam, vel aliquid, quod conſiſtat pondere, numero, vel menſura: vel, ſi es mihi obligatus ad ſolvendam pecuniam ad certum tempus, & ante reſtitutionem, vel antequam agere poſſim, ſit mutata pecunia, quia facta eſt deterior, prout quandoque fit per Principes, quod debeat reſtitui talis, qualis reperitur tempore, quo ſolutio facienda eſt, & non qualis erat tempore contractus. Quod & pulchro Iuriſconſ. reſponſo confirmatur, in quo teſtator legavit centum pondus argenti, nulla declarata ſpecie; cumque dubitaretur, quid præſtari oporteret, reſpondit Iuriſconſ. hæredem non teneri præſtare materiam; ſed ſufficere quod præſtet æſtimationem, quæ eſt ſolutionis tempore. Et ita in ſpecie annuæ præſtationis expreſſè tenent Rom & Gemin. decidentes in ſpeciali caſu cujuſdam redditus annui, conſtituti inter duos Abbates ex homologatione Papæ, quòd poteſt ſolvi in moneta uſuali, & currente tempore ſolutionis, etiam intrinſecùs diminuta, abſque ſuppletione bonitatis intrinſecæ, quæ erat tempore diſpoſitionis.*

193. Denique pro ſupradictorum confirmatione adduci poſſunt textus in cap. *Ei cui 29. & cap. Is cui 19. de Prebend. in 6.* ex quibus conſtat, quòd dum de capacitate perſonæ quæſtio eſt, inſpicitur

tempus faciendæ proviſionis: quod etiam tangit aliis citatis Barboſa ad dictum cap. 29.

194. Eadem veritas magis elucebit, ſi ſingularum Bullarum verba conferamus cum jure.

195. In primis in Bulla Sixti dicitur: *Beneficium, cujus fructus, redditus &c. triginta florenorum Rhenenſium, ſecundùm communem æſtimationem, valorem annuum non excedant, quod poſt nominationem vacare contigerit, ipſeque nominatus duxerit acceptandum, Prælati, Capitula, aliique Collatores providere teneantur*. Idem repetitur in Bulla Leonis.

196. In Bulla verò Gregorii XIII. poſtquam Pontifex extendiſſet taxam 30. florenorum aureorum ad 60. ſubjungit: *Ita tamen, quòd fructus ſingulorũ beneficiorum prædictorum valorem annuum præſcriptũ* NON EXCEDANT, *& ſi ad beneficia, quorum fructus, redditus, & proventus majoris valoris fuerint, nominationes, & alia prædicta fiant, illa omnia nullius ſint roboris, vel momenti*.

197. Quo loco per illud, *nominationes, & alia prædicta*, intelligitur nominandi actus, acceptatio, & collatio. Cùm ergo illud, *fuerint*, item, *ſi fiant*, ſit futuri temporis, non ad tempus datæ, ſed ad futurum pertinet, id eſt ad illud, quo fiunt nominatio, & alia prædicta, ergo nominatio non valet, ſi beneficium fuerit majoris valoris tempore nominationis, vel acceptationis.

198. Deindè illud, *majoris valoris*, eſt qualitas beneficii, quæ adjuncta verbo, FVERINT, debet referri ad tempus verbi. *Creſcentius deciſ. 10 de Privilegiis*.

199. Tertiò illud, *non excedant*, item, *ſi majoris valoris fuerint*, pertinent ad capacitatem, quæ attenditur tempore aſſecutionis beneficii, quando non fuit à principio ſubreptio. *Creſcent. loc. cit. n. ult.*

200. Quartò illa verba, *quod ipſe nominatus duxerit acceptandum*, important conditionem. *Clem. unic. de conceſſ. Prabendæ*, in conditionali autem diſpoſitione attenditur tempus conditionis. *Creſcent. ibid. n. 5. & 6.*

201. Quintò, etſi ad tempus dati privilegii referretur qualitas beneficii, illa tamen deberet perdurare; Wameſius *conſiliorum civilium centuria 1. conſil. 1. n. 37.* Staphileus *de Litteris Gratiæ, de Prærogativis Expectantium, in quinta parte Regulæ principalis, n. 1.*

202. Rationem elegantem, & præſenti caſui accommodam dat Peckius *de teſtam. conjug. lib. 4. cap. 33. n. 3.* ſcilicet quòd Privilegium concedens nominandi Facultatem, non complet actum ipſum nominationis, acceptationis, collationis, ſed horum conſummatio adhuc pendet à futuro, & ſic debet adeſſe capacitas tempore conſummationis.

203. Sextò, ſimiliter Everardus *conſil. 88. num. 6.* docet, quantitatem legati relicti per verbum, quod ſonat futurum, æſtimari ex tem-

Digitized by Google

tempore verbi, concordat *conſil.* 152.*num.* 2. ubi quæſtio eſt de collatione per turnum.

204. Septimò, ad præſentem caſum proximè accedens Loterius de re beneficiaria lib. 2. quæſt. 47, n. 92. 93. 94. 95. ait: Objectio
„ ſic debet concludi, ut defectus ordinis percutiat tempus ipſum
„ proviſionis, non autem vacationis, ut conſtat ex præcedentibus,
„ quia ubi perſonæ habilitas requiritur ad actum certum, ſufficit,
„ quòd adſit tempore, quo exercetur actus ille, per applicationem
„ ad perſonam. *Imol. in Clem. ut iis qui ſub num. 22. ad fin. verſ. extra,*
„ *gloſſ. de ætate, & qualit. ex text. in ſæpè citat. cap. ei cui.* Vnde etiam eſt,
„ quòd quia ſimplex nominatio nō tribuit jus aliquod nominato.
„ *Abbas in cap. ult. ex num. 4. de jure patron. Creſcent. deciſ.* 6 *n.* 9. *eodem tit.*
„ & fuit reſponſum in una *Hipporegien. Plebaniæ*, 25. *Iunii* 1610. *coram*
„ *Reverendiſſ. Epiſcopo Atrebaten.* Nil referat, quòd tempore vacationis, & nominationis, præſentatus eſſet Laicus, dummodò tempore præſentationis ſit Clericus, ut dicit Rota *in cauſa Burgen. Abbatiæ de Saborzo* 19. *Decembris* 1588. *coram Pania, & in Aurien. parochialis*, 22. *Aprilis* 1611. *coram eodem.*

„ 205. Tota vis conſiſtit in eo momento, quo actus applica-
„ tur perſonæ, unde in gratiis præventivis ad vacatura, ſi ante va-
„ cationem (quo ſolo tempore poteſt jus plenum quæri) ſuperve-
„ niat habilitas, quæ non erat de tempore conceſsæ gratiæ, iſta
„ ſupervenientia utique proderit, cum res fuerit deducta ad eum
„ caſum, à quo potuit incipere, antequam actus conſummaretur;
„ at è converſo, ſi ſupervenerit inhabilitas, ante quam actus à quo
„ non poteſt incipere, utique gratia corruet, ex regula, quam ha-
„ bemus in *l. Si à me, de juriſd. omn. judic.* prout ita diſtinguendo, ſub-
„ tiliter deducit *Oldrad. conſ.* 58. *ſub. num.* 2. *verſ. contra videtur, cum tri-*
„ *bus ſeqq.* & conferunt tradita per eumdem *conſil.* 168. *num.* 2.

206. Eodem pertinet, quod tradit *eadem quæſtione à num.* 5. *uſque ad num.* 13. & Menochius *conſil.* 9. *n.* 107. dicens: *Cum qualitas determinat verbum, quo ſignificatur tempus, à quo diſpoſitio ſumit effectum, ab eo determinatur,* idque pluribus textibus confirmat.

207. Cùm ergo privilegia, de quibus quæſtio, & nominatio eorum vigore facta, effectum ſumant ab acceptatione, & proviſione, qualitas beneficii ad illud tempus refertur, ad quod referetur verbum, cui jungitur; unde ſequitur, quòd illud (*cujus fructus valorem annuum tot ducatorum non excedant*) quo præcisè importatur qualitas beneficii, reſpicit tempus, quo diſpoſitio ſumit effectum.

208. Eamdem doctrinam latiùs confirmat idem Menochius *conſil.* 106. *n.* 105. 106. & *conſil.* 106. *n.* 28. addit, quòd in gratia penſionis relata ad tempus futuræ vacationis, conſideranda ſit pecunia ſecundùm tempus vacationis.

R 2 Itaque

209. Itaque non obſtant, ut diximus, jura, quibus in contractibus, aliiſque dicitur inſpici tempus celebrati actus. Menochius *d. conſil.* 109. *n.* 30. *& ſeqq.* Quia loquuntur de tali diſpoſitione, per quam actu jus quæritur; at verò nominato, v.g. hodierno, non eſt quæſitum jus ad beneficium talis, vel talis valoris per nominandi privilegium datum Rectori, vel Facultati Artium, ſed per actualē nominationem, & acceptationem.

210. Non obſtat Capitulum, *Eam te* ℞. *de Reſcriptis*, ubi dicitur attendi tempus datæ. Reſpondeo enim, tempus datæ ibi eſt tempus gratiæ ad Canonicatum conceſsæ: vnde ex illo capite ad ſummum poſset concludi, quòd inſpiciatur tempus conceſsæ nominationis. Præterea gratia ibi non fuit data ad beneficium vacaturum; eo enim tempore erant raræ ejuſmodi gratiæ, ſed benè creabantur actu Canonici cum exſpectatione Præbendæ proximè vacaturæ. *cap.* 19. ℞. *de Reſcriptis, cap.* 8. ℞. *de Conceſſ. Præbend.* & certè ex textu apparet fuiſse datam gratiā ad actu vacans; Canonici enim reſponderunt, quòd non potuerint exequi mandatum, quia ad ipſos non ſpectabat collatio.

211. Non obſtat cap. *Inſtitutus* ℞. *de Reſcriptis*, in verbis, *antequam litteras impetraſſet*, ex quibus videtur inſpici tempus datæ.

212. Reſpondeo; tantum vult ille textus non inſpici tempus, quod præceſſit datam, ſed non dicit ſolum tempus datæ inſpici, quando quæſtio eſt de habilitate perſonæ in ordine ad beneficium tanti vel tanti valoris. Deindè agitur de æſtimanda ſubreptione gratiæ, in qua ſemper attenditur tempus datæ, eo quod caſus futuri temporis divinare Impetrans non potuit. Oldradus dicto conſil. 58. in fine, Abbas, Felinus, & alii ad d. cap. Eam te, Zabarella ad Clem ult. de Reſcriptis in 6. Gemin. van Quel, Probus, & alii ad cap. Si eo tempore.

213. Non obſtat cap. *Si eo tempore de Reſcript. in* 6. ubi in ordine ad obtinendum curatum beneficium vigore gratiæ exſpectativæ, inſpicitur an fuerit capax tempore datæ. Reſpondeo enim non negari, quin etiam debeat eſſe capax tempore acceptationis, hanc capacitatem etiam tunc requiri latè docet Loterius d. quæſt. 47.

214. Itaque ex d. cap. *Si eo tempore*, potiùs concludi deberet non ſufficere, quòd nominatus capax fuerit tempore acceptationis, ſed etiam debuerit fuiſſe talis tempore nominationis, ſeu conceſſæ gratiæ.

215. Non obſtant cap. 12. & 14. eodem tit. *de Reſcriptis in* 6. quia ſolùm volunt, ut in ordine ad prælationem inter concurrentes attendatur prioritas datæ, ſupponiturque utriuſque capacitas; at in caſu præſenti de capacitate quæritur, ſeu habilitate ad talem, vel talem taxam, in qua inſpicitur tempus, quo diſpoſitio debet ſortiri

tiri

tiri effectum, *cap. 29. de Prabend. in 6. &* 27. *eodem.*

216. Similiter ad Clementinam ultimam de Reſcriptis dicentem, ſub gratia ad beneficium vacaturum non cadere beneficium poſtea creatum, reſpondetur, ex illa ſolùm ſequi, quòd beneficium poſt nominationem creatum non cadat ſub nominatione. Deindè nominati acceptant beneficia poſt datam Bullarũ Leonis, aut Sixti creata; ergo ſupponunt, illam Clementinam non concernere privilegium ſuum, & ut diximus, ipſa nominatio eſt gratia exſpectativa. Indultum verò nominandi nondum eſt gratia exſpectativa, ſed per illud ſolum tribuitur poteſtas exſpectativam dandi.

217. Objiciunt præterea, quòd Adrianus Pontifex conceſſerit facultatem acceptandi Canonicatus Cathedrales, & Metropolitanos, & derogaverit alternativis litteris Cameracenſium, Leodienſium, &c. Verba enim Bullæ ſic habent: *Etiamſi hujuſmodi beneficia, cum cura, vel ſine cura, Clerico ſaculari in titulum conferri, & per talem regi, & gubernari ſolita, Canonicatus, & Prabenda, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia etiam curata, & electiva, in Cathedralibus etiam Metropolitanis, vel Collegiatis, aut Scholaſteria, Matricularia, ſeu Cuſtodia, in Parochialibus Eccleſiis, vel Capella, ſeu quocumque alio nomine nuncupata.*

218. Reſpondetur, ibidem præmitti, *dummodo valorem annuum ſexaginta ducatorum auri non excedant*; ſunt enim etiam in Cathedralibus Eccleſiis ſæpè diverſi valoris Canonicatus, v.g. in Eccleſia Cathedrali Leodienſi, in Metropolitana Mechlinienſi, in Cathedrali Brugenſi, Odomarenſi, Collegiata Arienſi, &c.

219. Non ſequitur itaque, quòd ex facultate acceptandi Canonicatus Cathedrales, & Metropolitanos, poſſint quoque acceptare illos, qui pinguiores ſunt, aut quòd ad quaſvis Cathedrales, & Metropolitanas Eccleſias privilegium extẽdatur; nam propoſitio conſtans genere non diſtributo, non infert ſingulas iſtius generis ſpecies: Everardus in loco *à genere*.

220. Ac proindè non rectè ex privilegiis ſuis inferunt, quòd acceptare poſſint Præbendas, & Canonicatus Metropolitanæ Eccleſiæ Cameracenſis.

221. Novum argumenti genus petunt ex Viſitatione, quam minimè obſervant, & dicunt in dicta Viſitatione haberi, *quicumque per nominationem ex parte Univerſitatis, vel Facultatis Artium obtinuerit, aut alia quacumque via obtinet Canonicatum Cameracenſem, Beata Maria Tornacenſem, Iprenſem membri S. Martini, Leodienſem S. Lamberti, &c.* ex quo concludere volunt, quòd omnes illi Canonicatus ſub taxa, & nominationibus comprehendantur.

222. Reſpondetur eſſe certum, quòd Viſitatores non voluerint determinare per illum articulum, an iſta beneficia, & Canonicatus caderent ſub taxa, necne, quia in ordine ad iſtam determinatio-

nationem oportuiſſet inquirere in eorumdem valorem, & audiri ordinarios Collatores, & alios qui habent intereſſe.

223. Deindè ſi ex iſta articuli generalitate Viſitationis poſſent acceptare quoſvis ibi expreſſos Canonicatus, ſequeretur quòd poſſent etiam acceptare Canonicatus graduatos, quia hi non magis excipiuntur, quàm illi, qui taxam excedunt.

224. Hiſce adjungitur, quòd Viſitatores intenderint excludere à nominationibus, qui ejuſmodi Canonicatus obtinuiſſent, quia addiderunt, *aut quacumque alia via nunc obtinet*. Non autem decernere voluerunt, quòd omnes illi acceptari poſſent. Nam ibidem etiam expreſſerunt Canonicatus Iprẽſes membri S.Martini, & Cathedrales S.Lamberti, qui tamen judicati ſunt excedere taxam, & eo titulo à nominationibus fuerunt exempti; & quando per Paulum V. conceſſum eſt, ut Decanus Facultatis poſſet Canonicatus S.Lamberti conferre, expreſsè quoad illos, ac ſimilia beneficia Patriæ Leodienſis, ſuſtulit taxam. *privileg.pag.125.in fine.*

225. Sit & hæc quarta ſolutio, quòd Facultas, & Vniverſitas pro augmento taxę, aut etiam ſublatione ejuſdem ſollicitabat tẽpore Viſitationis, quod augmentum conceſſum eſt per Paulum V. uſque ad 100.ducatos pro beneficiis Patriæ Regiæ, & ſublata eſt taxa quoad beneficia Patriæ Leodienſis.

226. Indè factum eſt, quòd Viſitatores, ignari quid tandẽ eſſet Pontifex determinaturus quoad taxam, indiſtinctè dixerunt, quòd qui unum ex præfatis Canonicatibus obtineret, vel obtinuiſſet, nominari ulterius non poſſet.

227. Objiciunt etiam, quòd pinguiſſimi Canonicatus Galliæ, & Belgii collati ſint tempore Leonis X. & conferantur adhuc ſub taxa 24.ducatorum de Camera: *Les opulens benefices de ces pais n'eſtoint taxez qu'à la valeur de 24. ducats, au deſſous de laquelle ils s'impetrent encore aujourd'hui en la Cour de Rome*; ita in motivo impreſſo.

228. Reſpondetur, quòd hujus argumenti futilitatem dudum oſtendit Rota, cujus deciſionem citavimus, & retulimus ſupra hac quæſt.num.13.uſque ad num.19.

229. Item prætendunt, quòd nulla ipſis incumbat probatio, ſed omnis ſit rejicienda in adverſarios; nam ut dictum eſt ſupra, dum quæſtio eſt de taxa patrimoniali, dicunt ſufficere, ſi coram Decano, & Deputatis juraverint ſe non habere in annuis redditibus tot ducatos, nec ulteriùs inquiri volunt. Quando autem eſt quæſtio de taxa beneficiali, probationem pariter à ſuis humeris excutiunt, aut ſuper illa (ut patuit ſupra ex lite D. Vande Velde) conteſtari nolunt, & ut ſit impoſſibilis Adverſario probatio, eam referri volunt ad tempus dati privilegii. Lata profectò, & laxa via ad beneficia.

Verùm

230. Verùm quoad hæc omnia condemnat eoſdem proprius „ ipſorum Advocatus Wameſius conſil.66. num.1. ſcribens: Qui „ in qualitate aliqua ſe fundat, præſertim ſi ſine ea jus fundantis „ ſtare non poteſt, qualitatem illam ante omnia probare debet. „ *gloſſ.& DD.in l.cum actum,de negot geſt. Alexander conſil. 24.animaduer-* „ *ſis n.2.vol.2.*etiamſi alioqui in aliis facilè præſumi poſſet illa qua- „ litas; veluti paupertas, quæ licèt naturaliter magis præſumatur, „ quàm divitiæ, probanda tamen eſt ab eo, qui paupertatem in- „ tentionis ſuæ cauſam proponit. *gloſſ. Bart. & alii in l. ſi verò 5. qui* „ *pro rei.qui ſatiſd.cog. Baldus in l.non prius in princ. C.quando fis. vel pri-* „ *vat.* „ ſimilia tradit *conſilio* 305.

„ 231. Conſilio autem 227. num.ult.: Cum anniverſaria hujus „ Eccleſiæ longè excedant viginti libras groſſorum, non poteſt „ fieri ut ſub limitata gratia dictæ nominationis cadat hoc,de quo „ nunc controvertitur beneficium. Taxa enim pars gratiæ eſt,quā „ acceptans beneficium virtute gratiæ excedere non debet. *c. cui* „ *de non ſacerdotali.cap.quamvis,1.de præbend.lib.6.*

„ 232. Et conſil.505.nu.6.: Quoties ex ſtatuto, conſtitutione, „ aut privilegio qualificato,vel actio vel exceptio fundatur, opor- „ tet diligētiſſime omnes requiſitas qualitates ſpecificare, & ſpeci- „ ficatas, ſeu deductas probare; alioqui obtinendi nulla eſt ſpes. „ *Ioan.And.in c.1.per illum textum de homicid. lib.6.Bart.in l.1.§.quod* „ *autem,ne quid in flu.pub.Baldus in l.edita,C.de edend Molin.in tract con-* „ *tract. uſur.q.41.n.312.Alex.conſ.214.vol.2.Decius conſ.268 in princ.* „ *vol.1.*Vnde etiam eleganter admonet Baldus *in l.ſi quis nu.3.c.de* „ *Epiſcop.& Cler.*Advocatos,ut dum formant articulos, ſubſerviant „ verbis legis, vel ſtatuti, & iis probationes accommodent: qnod „ in privilegiis, quæ Iuri communi repugnant, & ſtrictam inter- „ pretationem,quatenus alterius cōmodū,& damnum reſpiciunt, „ tantum admittūt, l.*Reſcripta 6.de prec.Imp.offeren.in l.1.C.de legibus.* „ *Anton. de Butrio in c.ſanè de privileg.Decius conſil.516. nu. 27* maximè „ dicendum eſt.

233. Itaque utrumque intentionis ſuæ fundamentum juxta doctrinam ſui Wameſii probare deberent Academici, hoc eſt, tàm patrimonialem,quam beneficialem taxam.

234. Ex his omnibus patet quantum per exceſſum taxæ utriuſque præjudicium inferant non modò collationibus S.Sedis, ſed etiam juribus quorumcumque Ordinariorum, Epiſcoporum, aliorumque Prælatorum, & Capitulorum, ac etiam toti Reipublicæ Chriſtianæ.

235. Nam certus eſt tantùm numerus eorum, qui ſunt capaces majoris taxæ, cæteri autem qui iſtius taxæ capaces non ſunt,debent eſſe pauperes,ſeu non habere 40.ducatus annuos, & contenti

eſſe

Digitized by Google

eſſe beneficiis non excedentibus triginta.

236. quotieſcumque continget vel eos qui capaces ſunt taxæ majoris eſſe proviſos, vel vacare nominationes ſimiliter majoris taxæ, quas reſpuent ii,qui illius capaces ſunt (ſicuti contingere natum eſt ſæpius,& vidimus contigiſſe in Præbendis Arienſi,S.Amati S.Gaugerici)manebit quoad ejuſmodi beneficia, libera collatio Ordinariorum, qui benemeritis de Eccleſia poterunt providere, vel etiam pauperibus, & ad Eccleſiæ merita idoneis, proſpicere.

237. Eodem modo manebit ipſis libera collatio quotieſcumque paſtoratus notabiles, aut alia beneficia majora excedent taxã pro Magiſtris majoribus præſcriptam. Deindè Eccleſiæ providebitur,ubi è contra dum taxam pro arbitrio æſtimant, numquam ſaccus plenus eſt, ſed unus idemque ſæpè manens in Academia, nec Eccleſiis ullis deſerviens, obtinet ſtipendia multorum, non ſine magna,& injurioſa diminutione divini cultus, ob quem beneficia ſunt inſtituta.

Litteræ Facultatis ad Pontificem.

C. BEATISSIME PATER. Cum ad totius Eccleſiæ Chriſtianæ tranquillitatem reſtituendam Pontificem Summum, te diuina miſeratione renuntiatum omnes arbitrantur, tum verò nobis tua creatione veluti ſalutare aliquod ſidus exoriri viſum eſt, ad reddendam ſtudiorum noſtrorũ quietem adverſariorum molitionibus plures per annos labefactatam. Oppugnantur enim variis artibus beneficia, quæ cum ab aliis Summis Pontificibus S.T.anteceſsoribus, tùm verò Leone X.& Clemente VII. beatiſſimæ memoriæ accepta habemus, quibus tuendis, reſarciendis, atque adaugendis S.Tuam deſtinaſſe Deum Opt. Max. omninò ſperamus. Privilegium Facultatis noſtræ magiſtros nominandi ad beneficiorum Eccleſiaſticorum Collationes Leò X.pro eximia illa ſua in bonas artes propenſione primus nobis indulſit, auxit deindè Patrui inſiſtens veſtigiis Clemens VII.iterumque Gregorius XIII.Ei privilegio neceſſariò alterum annexum eſt fori, ne Doctores, Magiſtri, Scholares hujus Gymnaſii in prima inſtantia ex quacumque cauſa etiam beneficiali extra muros oppidi Lovanienſis, & ne quidem ad Curiam Romanam evocari poſſint. Poſterius hoc convellere adverſarii antè plures jam annos aggreſſi ſunt, evocatis Magiſtris,& Scholaribus noſtris ad tribunal Auditoris Apoſtolicæ Cameræ, quod intelligerent hoc everſo, & alterum collabi neceſſe eſſe. Dici non poteſt quantum à nobis laboratum ſit ad avertendos, miſſo etiam ad urbem ex cauſa collega tum noſtro Petro Lombardo, Archiepiſcopo nunc Armacano, nec hactenus tamen ſatis profecimus, etſi

aliquo-

Digitized by Google

aliquoties cùm Sixtus, tùm Clemens VII. S. M. voluerint privilegiũ nobis ſartum tectum eſſe. *Tandem ex Clementis VIII. voluntate Illuſtriſſimis Cardinalibus Burgheſio, Blanchetto, & Arragonio commiſſum eſt, ut lectis, & expenſis privilegiorum noſtrorum diplomatibus diſquirerent, an per Facultates Auditori Cameræ conceſſas derogatum fuerit, derogarivè in futurum poſſit antedictis noſtris privilegiis, de quo ut ad Sanctitatem Tuam benignè referant exſpectamus*; utq; tandem nobis quies, & tranquillitas ſtudiorum noſtrorum reddatur facta declaratione, quæ integrum, & illibatum nobis privilegiorum noſtrorum uſum eſſe ſinat. Nèque enim dubitamus, quin quæ cauſæ anteceſſores ad danda primùm hæc privilegia permoverunt, ſcilicet bonarum Artium fovendarũ, & quæ indè in omnes Reipubl. & Eccleſiæ partes dimanãt multiplicis utilitatis, eædem T. S. facilè ſint inducturæ ad eadẽ conſervãda, atque augenda, quod vel horum temporum conditio maximè poſtulat, quibus hæreſis magnam Chriſtiani orbis partem, & Belgii hujus etiam non minimam infecit, adversùs quam præſidia, & arma ſumenda ſunt à doctrina ſaniore. Et fuit certè toto ſuperiore ſæculo Schola hæc unica in Belgio arx, qua hæreſum pariarum impetus retunderetur: quin & vaſtitatem plures per annos ſenſit pro pietate, & fide tuenda adversùs hæreticos perduelles, nec adhùc ſatis priſtinam celebritatem recuperavit, quam nec receptura facilè eſt, niſi ſervatis iis privilegiis Apoſtolicæ Sedis, per quæ frequentiam, famam, ſplendorem conſecuta fuit, quibus alias omnes orbis Chriſtiani aut ſuperavit, aut æquavit. Et fori quidem illud, quod nunc in controverſo eſt, vel maximè neceſſarium eſt, ne Doctores à ſuo docendi munere, ſcholares à ſtudiorum ſuorum aſſiduitate avocentur: tum quia illo ſubverſo corruit, & alterum, quod in nominando benè meritos ad Eccleſiaſtica beneficia conſiſtit, in quo tamen maximum ornamentum, & incrementum hujus Gymnaſii conſtitutum eſt. *Cum enim non niſi pauperes, quorum annui redditus ad 40. tantùm florenos aureos, vel ut optimè meriti ſint ad 80. ſimiles flor. pertingant, frui nominationibus poſſint*, quis non intelligit fruſtra illis iſtud beneficium fore, ſi juris ſui tuendi cauſa, neceſſe illis ſit Romæ tàm longe à Domo cauſam agere, fortunis omnibus, vel ſolo initio litis mox abſumendis. *Quare, Beatiſsime Pater, ad ſacros pedes projecti ſupplices oramus, ut pro ſua in virtutem, & litteras propenſa voluntate, pro Anteceſſorum ſuorum ſummorum Pontificum gentilium maximè ſuorum in nos vetere beneficentia, & noſtra in illos perpetua obſervantia S: T. dignetur benigna privilegii interpretatione* neceſſariã ſtudiis noſtris quietem reſtituere, ut eò majoribus, & liberioribus animis in Eccleſiæ juvandæ, & orthodoxæ Religionis tuendæ ſtudium incumbere poſſimus. Deus Opt. Max. Pontificatum hunc tuum felicem, diuturnum, & Eccleſiæ toti ſalutarem eſſe ſinat. Datum Lovanii 4 Ka-

Digitized by Google

lendas Majas anno 1605. Sanctitatis Tuæ devotiſſimi Decanus, & Facultas Artium Academiæ Lovanienſis.

Ex Actis Facultatis.

D. 1635. DIE 25. Novemb. 1635. indicta eſt Congregatio (deindè infrà.) Ornatiſſimis, & Venerab. D. Decano, cæteriſque Dominis de Concilio Facultatis Artium Univerſ. Lovanienſis Exponit reverenter Ioannes Franciſcus Schorenbroot Artium Magiſter, & Mechlin. Diœceſis Clericus, ſe aliàs per D. Decanum de aſſenſu DD. Deputatorum dictæ Facultatis legitimè nominatum ad collationes, ſeu proviſiones beneficiorum, vel officiorum Eccleſiaſticorum Ampliſſimi Domini Præpoſiti inſignis Eccleſiæ Collegiatæ S. Servatii Oppidi Trajectenſis ad Moſam, at cùm effectum ejuſdẽ ſuæ nominationis habere non poſſit, niſi novem annis in ſupradicta Facultate biretatus exiſtat, quod Legentium, & Regentium in eadem Facultate, ac aliorum præjudicium foret, ſi modernum Præpoſitum vita defungi contingeret, eoque tempore præbendæ in dicta Eccleſia vacarent. Quare huic futuro præjudicio obviando ſuggerit, & ſupplicat Reverendis Dominationibus veſtris dictus exponens, ut ſi aliquando ſuæ biretationis novennio nondum expleto, de ſpeciali Indulto, ſeu gratia Summi Pontificis, ac aliàs diſpenſatione ſuper novennio ſuæ biretationis, Canonicatum, & Præbendam dictæ Eccleſiæ Collegiatæ S. Servatii Oppidi Trajectenſis ad Moſam in vim ſupradictæ ſuæ nominationis obtinere valeret, aut poſſit, quatenus per apoſtillam huic per Notarium ſuum adſcribendam, & ſubſignandam, dicere, ac declarare dignentur, quod ſi hujuſmodi Summi Pontificis gratiam, ſeu diſpenſationem obtinuerit, ac ejus vigore præbendam Trajectenſem aſſecutus fuerit, ſupradictam nominationem pro ea vice eſſe exhauſtam, plenèque effectum ſuum ſortitam. Quod faciendo, &c.

Quo libello prælecto, propoſitũ à Decano quid placeret fieri, & ex deliberationibus Dominorum concluſum, Facultatem annuere petitioni expreſſæ in libello, ac conſentire, ut eidem adſcribatur & per Notarium Facultatis ſubſignetur apoſtilla: requirere tamen eamdem Facultatem, ut libellus exhibendus Summo Pontifici non mittatur Romam, niſi in Facultate prælectus, & ab eadem approbatus.

Ex

E. *Anno* 1655.

DIE decima-quarta Maii ad medium nonæ indicta eſt Congregatio Facultatis, in qua D. Decanus propoſuit, an placeat publicari nominationem ad Capitulum Sancti Gaugerici Cameraci.

Ad primum concluſit D. Decanus dictam nominationem haberi pro publicata, conferendam à meridie ad medium quartæ.

Eadem die à meridie ad medium quartæ habita eſt hæc Deputatio ad nominandum ad Capitulum S. Gaugerici Cameraci; ſed quia nullus concurrit niſi Dominus Taedts I. V. Licentiatus, *quem Domini judicabant non poſſe concurrere, ex eo quod ipſe non ſit de Facultate, & quòd dicta nominatio ſit majoris taxæ*, concluſit D. Decanus ex reſolutionibus Dominorum, hoc negotium referendum eſſe ad Facultatem poſt feſta Pentecoſtalia.

Die ultima Maii hora octava 1655. habita eſt hæc Congregatio Facultatis, in qua D. Decanus primò propoſuit, &c.

Secundò, quid placeat fieri circa nominationem ad Capitulum S. Gaugerici Cameraci, ad quam (publicatione illius facta, & conſtituta hora ad conferendum) ſolus concurrit Dominus Taedts Presbyter, & I.V. Licentiatus, cui per Dominos Deputatos mota fuit difficultas ex rationibus in concluſione die 14. Maii ult. capta contentis, & idcircò fuit concluſum dictam difficultatem referri debere ad Facultatem poſt feſta Pentecoſtalia, interea in feſtis proceſſum fuit per DD. vice-Decanum, & Deputatos ad collationem dictæ nominationis factam Clariſſimo D. Loyens. Ad primum ex deliberationibus Dominorum concluſit D. Decanus &c.

Ad ſecundum referendum eſſe ad Facultatem ſub juramento convocandam.

Die ultima Auguſti 1655. habita fuit Congregatio ordinaria Facultatis ad eligendum novum Decanum, &c. . . . . Deindè parum infrà . . . . propoſuit D. Decanus, an placeat electio, & ſubſtitutio electi, & ſubſtituti.

Secundò, an placeat Acta habere rata, & grata.

Ex deliberationibus Dominorum ad primum concluſit Dominus Decanus placere.

Ad ſecundum, Acta haberi rata & grata: & magis infrà habebatur prout ſequitur . . . in fidem quorum Actorum habitorum in præfato Decanatu Reverendi D. Geulinx per Facultatem approbatorum, eadem tamquam Notarius ſubſignavi, & ſignatum P. le Noire cum ſuo parapho.

Digitized by Google

Extractum ex Libro undecimo Facultatis Artium ſtudii generalis Oppidi Lovanienſis, in quo inter cætera habetur quod ſequitur.

F. ANno 1622. prima Decemb. *& infrà.* Commiſſum eſt Domino Licentiato Froidmont, ut concipiat teſtimonium ſignandum per Dominos Prælatos, alioſque ſeniores, qui de Facultatis Concilio aliquando fuerunt, quo per eos fiat declaratio, *quòd Profeſſores Litterarii hactenus nunquam tales habiti fuerint, qui virtute privilegii poſſent aſpirare ad nominationes majores, ſeu primo membro in privilegiis contentas, hactenuſque & poſſeſſione immemoriali, & æſtimatione omnium ſolos Regentes, & philoſophiæ Profeſſores dicto primo membro contineri, & in vim illius ad nominationes illas admiſſos fuiſſe*, & ad hunc finem commiſſum eſt D. Licentiato Zoënio, ut tale, vel ſimile teſtimonium ſignari curet per D. Licentiatum Petrum van Wiele Archidiaconum Mechlinienſem modò in urbe agentem, cum eoque agat, ut ſimile per Illuſtriſſimum D. Mechlinienſem ſignetur. Item commiſſum eſt Domino Decano, ut ſimilia teſtimonia ſignari curet per alios Dominos Prælatos, & ad hunc effectum perſonas idoneas deſignet, qui ad dictos Prælatos, & alias perſonas ſcribant pro ſignatura eorumdem.

Pag. 514. habetur quod ſequitur.

PRima Octobris 1623. congregati erant DD. Deputati in negotio contra Profeſſores Litterarios ad audiendum relationem D. Licentiati Meſſen, qui exiſtens ob alia negotia Mechliniæ, memor mentionis ſæpiùs factæ, quòd expediret procurare ſubſignationes eorum, qui aliquando de Facultate Docentes, aut Regentes fuiſſent, ac maximè Reverendiſſimi Antverpienſis, & aliorum ibi exiſtentium, *de non viſo, aut audito, quòd Profeſſores Litterarii iſto titulo admiſsi unquam fuiſſent ad primarias nominationes.* Ad has procurandas iviſſet 28. Septemb. Antverpiam, *ſimileſque ſubſignationes obtinuiſſet à dicto Reverendiſsimo Antverpienſi, ac DD. Willems, & Caſtelet de 29. Septemb. & Mechliniæ in reditu ab Ampliſsimo Domino Conſiliario Ionart de 30. Septemb. quæ officia pro Facultate præſtita laudarunt, & ratificarunt DD. Deputati*, conſentientes ut D. Decanus, vel Vicedecanus eidem de vacationibus pro dictis duobus diebus curaret ſatisfieri.

Collatione facta cum prædicto Libro concordantiam Atteſtor

ANT. SIZAIR. Not.

Extra-

Digitized by Google

Extractum ex Libro 13. Actorum Venerandæ Facultatis Artium, in quo ſub Decanatu D. Guilielmi van Gutſchoven Profeſſoris in Pædagogio Falconis, habentur ſequentia.

DIE 12. Decembris congregati fuerunt Deputati extraordinarii ad dirimendam controverſiam inter DD. Hayau, & Wera pro præferentia ad nominationem Hallenſem. G.

Reſolutum, argumenta utriuſque ſimul cum ſpecificatione expenſarum factarum in lite per Dominum Wera eſſe tradenda Clariſſimo D. Creſt, ut iis perpenſis judicet. An D. Wera poſſit nominari, ejuſque judicio ſtandum eſſe, ſed interim monendum eſſe D. Creſt, *taxam minorem non eſſe, niſi 40. ducatorum auri de Camera.*

DIE 19. Decembris congregati ſunt Deputati ad nominandum, retulitque Decanus Clariſſimum D. Creſt judicare D. Wera non eſſe nominandum, eò quod non videret probabilem ſpem obtinendi contra eum, qui dicto D. Wera objiceret exceſſum taxę, ex quo acceptaſſet opulentum Paſtoratum de Somergem, & aliud beneficium, ex quibus accepit notabiles penſiones. Itaque nominatus eſt D. Hayau ad perſonam Hallenſem, &c.

Extractum ex Libro duodecimo Venerandæ Facultatis Artium Studii generalis Oppidi Lovanienſis, in quo inter cætera habentur ſequentia.

DIE 5. Ianuarii 1640. indicta eſt Deputatio ordinaria in horam octavam, in qua propoſitum fuit primò, &c.

Secundò, an placeat admittere ad ſupplicandum admitti ad Cõcilium Facultatis DD. Michaēlē Someillon, & N. Caſens, & placuit.

Eadem die ad medium nonæ fuit Congregatio Facultatis ordinaria, in qua Decanus propoſuit primò, &c. deinde infrà.

Quintò, an placeat admittere ad Concilium Facultatis Magiſtrũ Michaēlem Someillon juxtà libellum ſupplicem, cujus tenor hìc ſequitur.

Reverendo D. Decano Venerandæ Facultatis Artium, cæteriſque Venerabilibus Dominis de Concilio ejuſdem Facultatis.

EXponit debita cum reverentia Magiſter Michael Someillon, juris utriuſque Baccalaureus, quòd per commendationem H.

Reve-

Reverẽdi quondam D. Claudii Loſſon Pædagogii Falconis,dũ viveret, Regentis (cui octo annis ſervivit, multamque curam,& labores adhibuit,& etiam nunc adhibet,& ejus executoribus in computibus ædificii, & cæteris)nominatus fuerit 28. Novembris 1632. per Venerandum Dominum Decanum hujus Facultatis ad collationes Domini Præpoſiti Santi Amati Duacenſis, & quia in prædicta Eccleſia Amatenſi viget jus Gallicanum, dictus ſupplicans hactenus non potuit acceptare ulla beneficia ſpectantia ad ejus collationem,ſed cum jam expletum ſit decẽnium in Decembri ultimè elapſo; ut nulla ſit exceptio contra perſonam ipſius nominati,petit admitti ad Concilium prædictæ Facultatis,ut eo titulo poſſit eſſe *capax majoris taxæ*.Dubium enim eſt,an præbendæ ſub hac nominatione comprehenſæ non ſint majoris taxæ, ex eo quod computentur inter *beneficia ſecundi ordinis,quæ ordinariè ſunt majoris taxæ*,& cum dictũ Capitulum abſenti det ſolummodo centum florenos, hinc eſt, quod videantur tantum eſſe minoris taxæ:ne autem acceptando ſe exponat periculo litis, petit pro omni ſecuritate admitti ad Concilium ejuſdem Facultatis, ad minimum in *ordine ad hunc effectum*, putat enim prędictus ſupplicans(ſub correctione tamen)talem eſſe mentẽ Facultatis,quod quando ſunt Præbendæ,& alia ſimplicia beneficia ad diſpoſitionem ejuſdem Collatoris,vigore nominationum potiùs acceptentur Præbendæ,quàm alia ſimplicia beneficia.

Sextò, an placeat etiam admittere ad idem Concilium Magiſtrũ N. Caſens, ut ſic meliùs juvaretur in lite ſua,quam habet pro præbenda Sancti Materni in Eccleſia Cathedrali S.Lamberti Leodii ſibi collata in vim privilegii noſtri in Patria Leodienſi.

Ad 5.admiſsus eſt dictus Magiſter Michael Someillon ad Concilium Facultatis juxta libellum ſuum ſupplicem,videlicet præcisè, *& tantùm ad effectum nominationis ſuę ad collationes Domini Præpoſiti Sancti Amati Duacenſis, & veluti Conſiliarius honorarius non habens vocem, nec locum in Concilio, impoſuitque Decanus iuramentum Dominis præſentibus ne eiuſmodi limitatam admiſsionem revelarent.*

Ex Actis Facultatis Artium.

I. DIe 7.Maii convocata fuit Facultas in medium nonæ matutinæ ſub juramento, & præmiſsa deputatione perlectæ ſunt in ipſa congregatione Facultatis litteræ quædam Bruxellis ſcriptæ ad aliquem de Facult. quibus ſignificabatur per Illuſtriſſ. Nuncium Apoſtolicum obtentam eſſe Bullam quandam à Pontifice derogãtem privilegiis nominationum, deinde infrà.

Ad 1.concluſum eſt rem eſſe referendã ad Vniverſitatem, quandoquidem illa quoque paſſura eſſet præjudicium, deindè agendũ

Bru-

Digitized by Google

Bruxellæ *ad impediendum Placetum*, & ſcribendum Romam ad Illuſtriſſ. D. Cardinalem Bannez, ſivè à Balneis, qui dicebatur ſuſcepiſſe patrocinium Facultatis, & ſimiliter Bruxellam ad Clariſſ. D. Doctorem Andream Treviſium Sereniſſimæ Principis medicum.

Extractum ex Libro Actorum Univerſitatis Lovanienſis incipiente ab anno 1625. uſque ad annum 1635.

ANno 1633. die 8. Maji, ad inſtãtiam D. Decani Facultatis Artiũ expoſuit Magnificus Dominus quomodo Facultas Artium peteret manuteneri in uſu correctionis, quem ſeſe ſervaſſe dicit in ſibi diſcipulos ſubditos, & hoc ipſum ad Univerſitatem referri. K.

Præterea ad inſtantiam ejúſdem propoſuit quomodo eidem Facultati Artium ſuggeſtum eſſet, quod ſcilicet Illuſtriſſimus Dominus Nũcius Apoſtolicus haberet Breve, ſeu Bullam aliquam Apoſtolicam publicandam, qua conſtringerentur nominationes tam ipſius Univerſitatis, quàm Facultatis *quo ad Taxam*: Super quibus duobus ultimis articulis habitis Dominorum deliberationibus concluſit Magnificus Dominus utrũque referendum eſſe ad Univerſitatem:

Et infrà. Die. 12. Maii in ſuperiori loco Capitulari D. Petri Lovanii fuit indicta, & ſervata congregatio Univerſitatis ad deliberãdum ſuper articulis ſequentibus.

Primò &c. . . Secundò, ſuper petitione Facultatis Artium quo ad Bullam Apoſtolicam nominationibus præjudiciabilem, &c. . . . ſuper quibus habitis Dominorum deliberationibus concluſit Magnificus Dominus ad primum, &c. . . . ad ſecundum cõmitti Magnifico D. Rectori, ut cauſam illam examinet, diſpiciatque de meliori modo obviandi hujuſmodi diminutioni privilegiorum.

ANno 1634. die octava Ianuarii in ſuperiori loco Capitulari D. Petri Lovanii, fuit indicta, & ſervata Congregatio Univerſitatis ad deliberandum ſuper ſchedula D. vanden Welde per Facultatem Artium Magnificentiæ ſuæ porrecta, & ex judicio Dominorum Deputatorum ad iſtam Univerſitatis Congregationem relata, & habitis deſuper Facultatum deliberationibus, concluſit Magnificus Dominus, rogandum eſſe Magiſtratum per Dominos à Magnifico Domino deputandos, ad finem, ut dignetur Commiſſariis ſuis Bruxellam proficiſcentibus mandare, ut velint apud Gubernatores intercedere, ne præjudicium fiat privilegiis Univerſitatis. L.

Ex

Digitized by Google

Ex Actis Facultatis.

M MAii die 14. congregata fuit Facultas in medium nonæ, in qua propoſitum eſt primò, an placeat audire litteras miſſas ad Facultatem ab Ampliſſimo Domino Doctore Andrea Treviſio, &c. Deindè infrà.

Ad primum placuit illas legi, & lectæ ſunt; erat autem illarum hic tenor.

Admodum Reverende Decane, venerabileſque Domini, &c. quod promiſeram exſolvi, apud Illuſtriſſimum Nuncium ita egi, ut non ſolùm intellexerim nihil novi ipſum habere contra venerabilē Facultatem, ſed acceperim copiam Bullarum ſtatuentium ſummū valorem præbendarum. Ad illud autem, quod allegabat N. Illuſtr. *Summum Pontificem dictum valorem ſanxiſſe eſſe centum ducatorum Cameræ, qui ad ſummum faciunt* 400. *flor.* Reſpondi, Summum Pontificem non poſſe intelligere, ut tantorum meritorum in Vniverſitate Lovanienſi Eccleſiaſtici Doctores indignè, & abjectè viverent, quòd eſſet neceſſarium, ſi præbendæ non eſſent majoris valoris. Ad hanc rationem ſuggeſſit, Summum Pontificem exiſtimare eos honeſtè degere non tantùm ex præbendarum reditu, ſed & propriæ hæreditatis proventu. Contra quod ego: In Vniverſitate Lovanienſi, hi qui aſſequuntur dignitates, & commoditates Eccleſiaſticas, ex paupertate ferè omnes aſſurgunt, ſicque &c. Dixit autem neque ſe ipſum aliquid contra Vniverſitatem præſtiturum fuiſſe, niſi data fuiſſet occaſio defendendi jus Pontificium; deindè infrà V. & M. R. D. V. Bullam examinare poterunt, &c. Bruxellæ 10. Maii 1633.

Ex Actis Facultatis.

AV ROY.

N. *Anno* 1659. REmonſtre en toute humilitè le Doyen, & Facultè des Arts en l'Vniverſitè de Louvain, que Maximilien Premier, & Charles Cinquieſme, de glorieuſe memoire, Predeceſſeurs de Voſtre Majeſtè, leurs ont impetrè divers privileges pour l'advancement des Lettres, & entre autres celuy de nommer aux benefices Eccleſiaſtiques de ce Pays: & combien que celuy Privilege ait eſtè accordè pour le bien cōmun, & ainſi ſoit favorable, pluſieurs neantmoins ſe ſont oppoſez à l'execution, & ſuſcitè auxdits nommez divers proces ſur l'interpretation d'iceluy, particulierement ſur la Taxe ou valeur des benefices, qui ne doivent ſurpaſſer la ſomme de

de cent ducats de Camera en revenus annuels: *Percipiendi in abſentia, & in loco Studii,* Les nommez ſouſtenans *que ladite Taxe, ou valeur ſe doit eſtimer ou raporter au temps de la conceſsion deſdits privileges,* & leurs adverſaires *au temps preſent*: Mais les Conſeils ont touſjours jugè pour leſdits nommez, & dernierement encore en l'an 1650. celuy de Flandres au regard des Prebendes de Bruges, celuy de Malines en l'an 1652. pour celles de Cambray, tellement que cette difficultè de Taxe ſemble maintenant aſſoupie au regard de toutes les prebendes deſdits Pays. Maintenant on s'attaque aux Cures, ſous pretexte que tous leurs fruits doivent eſtre computez en icelle Taxe, & non ſeulement ceux qui ſe peuvent recevoir en abſence, & loco Studii privilegiati, là où eſt à correction le contraire, puiſque leſdits nommez ſont obligez de reſider en icelles, & n'en reçoivent rien en abſence, & comme les difficultez ſur les points capitaux ſont grandement importantes, les Remonſtrants y ont tousjours ſerieuſement veillè, & obligè leurſdits nommez par ſerment de ne tranſiger ſur icelles ſans leur conſentement expres: afin d'obvier par ce moyen aux conſequences. Mais non obſtant ledit ſerment, certain Salomon Servranx pourveu de la Cure de Ham au Pays de Waes par ſemblables nominations,traitte avec ſon Adverſaire, & eſt preſt de luy quitter ladite Cure ſous penſion, quoy que ledit conſentement luy ait eſtè deniè: ſe vante n'en avoir beſoin, puis qu'il s'en peut defaire par diſpenſe, & comme cette façon eſt grandement prejudiciable auxdits Remonſtrants, & de dangereuſe conſequence, veu que tous les autres nommez, pourront ſuivre la meſme trace, & donner ſujet aux Collateurs ordinaires de leur tousjours oppoſer des adverſaires, ſous eſpoir d'emporter pieces, & rendre a la fin les Privileges.....

Ils ſe retirent vers Voſtre Majeſtè, & la ſupplient tres-humblement, afin que pour le maintien d'iceluy Privilege elle ſoit ſervie d'ordonner audit Salomon de ne paſſer outre à aucun accord ſur ladite Cure ſans leur conſentement expres, attendu qu'ils preſentent de ſouſtenir les fralx du proces d'appel, en cas qu'il viendroit à ſuccomber en la premiere inſtance audit Conſeil de Flandres, & en cas de communication, interdiction par proviſion, ou y pourvoir autrement. Quoy faiſant, &c.

T QVÆ-

Digitized by Google

QVAESTIO SEXTA.

An, & quæ beneficia affectata, vel reſervata poſſit conferre Facultas Artium?

1. Q Vamvis in Privilegio *Paulino* hjus Quæſtionis deciſio clarè, & evidenter pateat §. *in prædicta autem*, pag. 127. dum dicitur, *Quod in facultate conferendi conceſſa Decano, & Vice-Decano Facultatis Artium, quoad beneficia in Diæceſi Leodienſi, non comprehendantur quæcumque apud ſedē vacantia, & aliàs reſervatione, vel affectione in Corpore juris clauſa Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervata.*

2. Tamen Lovanienſes clauſulam illam ſuo modo interpretantes, & reſtringentes, intendunt conferre varia beneficia reſervata & affecta; illa ſcilicet, quæ reſervata, vel affecta ſunt affectione clauſa in extravagantibus, & ſpecialiter in *extravagante ad Romani*, ſuſtinentes, quod citato §. *in prædicta*, illa ſola reſervatio, vel affectio dicatur clauſa in Corpore juris, quæ clauditur in *Decreto*, *Decretalibus Gregorii* IX. in *Sexto, & Clementinis*, non autem quæ in *extravagantibus*.

3. Et ſub hoc pretextu, & ſiniſtro intellectu, alias reſervationes, affectiones, & manus appoſitiones *Sanctæ Sedis*, quæ fiunt v.g. per *dationem Coadjutoris, mandatū de providendo, &* alio ſimili modo, contemnunt, adeo ut ſi *Coadjutus* moriatur in menſe eorum, ſcilicet in Novembri, ſingulis annis, vel in Ianuario alternis annis, ſtatim confert Facultas Artium, nullo reſpectu habito ad dationem *Coadjutoris* per *Sanctam Sedem* antea factam.

4. Vnde fit, ut ſæpius oriantur magnæ contentiones, inconveniētia, & ſcandala, inter tales *Coadjutores*, & *proviſos Academicos*, prout videmus circa Canonicatum in *Eccleſia Tōgrenſi, Archidiaconatum Haſbaniæ*, & *Canonicatum Sancti Dionyſii Leodii*.

5. Quoad primum, ſcilicet Canonicatum in Eccleſia *Tongrenſi*, caſus eſt talis: *Sancta Sedes* anno .... conſtituit *Lamberto*

berto Lens Canonicò ejuſdem Eccleſiæ *Coadjutorem Franciſcum Freſart*, cum futura ſucceſſione, ob prægnantes, & cognitas rationes; iſque vigore litterarum *Apoſtolicarum* ad *Coadjutoriã* receptus, & in poſſeſſionem immiſſus fuit,& pacificus.

6. Sed cum depoſt, ſcilicet anno 1652. in menſe Ianuarii qui erat Facultatis, obiiſſet dictus *Lambertus Lens*, eadem Facultas contulit eundem Canonicatum *Petro Marcelis*, non obſtante illa datione *Coadjutoriæ*, & appoſitione manus *Sanctæ Sedis*, &c.

7. Quæ inde ortæ ſunt rixæ, & querelæ, ac jurisdictionũ conflictiones, in ſequenti Quæſtione clarè demonſtrabitur, ex eo quod hoc capite, ſeu quæſtione diſcurrere tantum intendatur ſuper hoc puncto, *an Canonicatus ille Tongrenſis, & alii ſupradicti fuerint reſervati, vel affecti, ſic ut Facultas conferre non potuerit?*

8. *Proviſus Apoſtolicus*, & *Tongrenſe Capitulum* affirmativã ſuſtinent ratione primi, his fundamentis & rationibus, quod notorii juris ſit, Canonicatum per appoſitionem manus *Pontificis* in conceſſione Coadjutoriç cum futura ſucceſſione eſſe *Sanctæ Sedi* affectum *affectione in Corpore juris clauſa*, per *textum in cap. Vt noſtrum* ※ *de appellat.*

9. Idque adeo verum eſt, quod etiamſi proviſio beneficii eſſet nulla, aut vitioſa, tamen per appoſitionem manus *Pōtificia* dicatur affectum, prout tenet *VVameſius, Conſil. can.* 239. *n.* 4. & probatur per textum in *extravagante, ad Romani, de prabendis inter communes*, quæ ex ſententia ejuſdem *VVameſii*, habetur clauſa in Corpore juris, Conſil. 224. n. 1. &per ea, quæ fusè deducta ſunt à *Gonzales in* 8. *regula Cancell. Gloſſa* 52. *n.* 7. *& ſeqq.* ubi *num.* 9. *cum aliis* aſſerit affectionem ex appoſitione manus *Papæ* dici reſervationem in Corpore juris clauſam, *VVameſium* ſecuti ſunt Lovanienſes alii, apertè tradentes, quod extravagantes faciant partem Corporis juris, inter quos *Valerius Andreas in Proœmio Synopſis ſuæ*, quæſtionem ita proponit; *Corpus iuris Canonici, quibus mẽbris conſtat ac libris?* deinde reſpondet, *Decreto Gratiani*, *Epiſtolis decretalibus Gregorii IX. Sexto Decretalium*, *Clementinis*, *& Extravagantibus, tum Ioannis* 22. *tum Communibus*.

 Et

10. Et *Andreas Vallenſis in proœmio* §.8.*nu.*2. Vniverſum corpus Iuris Canonici ſcripti, quo hodie in ſcholis, ac foro utimur, conſtat *Decreto Gratiani*, *quinque libris Decretalium Gregorii IX. Sexto Decretalium Bonifacii VIII. Decretalibus Clementis V.* & denique *extravagantibus, tàm Ioannis* 22. *quàm Communibus*, id eſt, aliorum *Summorum Pontificum*.

11. Quis credat *Pontificem* concedentem privilegiū Vniverſitati Lovanienſi, aliud intellexiſſe per *Corpus juris*, quàm id, quod in Vniverſitate pro tali intelligendum, tradendum, explicandumque erat.

12. Quod ſi juxtà tantos Doctores, extravagantes clauſæ ſunt, ſeu continentur in *Corpore juris*, nulla ratione in eadem Vniverſitate negari poteſt reſervationem contentam in *Extravagantè ad Romani*, clauſam eſſe in corpore juris.

13. Et eo magis reſervatio orta ex appoſitione manus cēſenda eſt clauſa in corpore juris, quod dudum ante dictā extravagantem fuiſſet inducta, nempè *per cap. Vt noſtrum de Appellat.* ex quo capite pleriq; alii docent induci reſervationem per appoſitionem manus.

14. Præter *Simonettam quæſtione* 64. ſic docet *Rebuffus in praxi, titulo de reſervat. num.*30. *Alia*, inquit, *eſt reſervatio per manus Papæ appoſitionem, cap. Vt noſtrum* 56. *de appellat. ut ſi Papa conferat beneficium nulliter, tunc illud erit effectum, & reſervatum.*

15. Item *Tholoſanus de re beneficiaria cap.* 17. *beneficium eſt reſervatum collationi Pontificis, ubicumque Papa appoſuit manum, cap. ut noſtrum, de appellat. ita ut ſi ſuper nullitate proviſionis requiratur cognitio cauſæ, beneficium dicitur ita Papæ affectum, ut ab alio conferri non poſſit.*

16. Rationem elegantem, ex qua per appoſitionem manus inducitur reſervatio, dat *VVameſius Conſil.* 241. ubi relata reſervatione contenta in dicta *Extravagante ad Romani* ſcribit *num.* 2.

17. *Cujus generis beneficia ut ſpecialem notam habent, mirum non eſt ſic peculiariter affici, & reſervari, propter Pontificiæ poteſtatis, & auctoritatis præeminentiam, & prærogativam, ut etiam in dubio non cenſeatur comprehendi ſub quocumque indulto*

de

de beneficiorum diſpoſitione agente.

18. Et quod diximus reſervationem per appoſitionem manus fuiſſe inductam etiam ante dictam *Extravagantem ad Romani*, non tantùm conſtat ex citatis Auctoribus, ſed etiam ex ipſamet *Extravaganti*, quæ potius eſt declaratoria juris veteris, quàm novi conſtitutiva.

19. Conſtat enim in primis fuiſſe altercationem inter Juris Doctores ſuper variis ſpeciebus reſervationum; id patet *ex proœmio ejuſdem Extravagantis*; item *ex medio* ejuſdem in verbis; *Cupientes dubiis finem imponere*; tertiò parum ante finem dicitur: *Decernimus, & pariter declaramus, quod tàm in pendentibus per appellationem, quàm in futurum, &c.*

20. Leges & Canones, qui merè aliquid novi juris inducunt, ad præterita negotia non pertinent, ſed ſi deſuper lis moveatur, decidenda eſt juxta leges veteres, *cap. 2. ✠ de conſtitut. l. 7. C. de legibus*. *Quid enim*, inquit alibi *Iuſtinianus*, *peccavit antiquitas, quæ præſentis legis inſcia priſtinam ſecuta eſt obſervationem.*

21. Sed redeamus ad Doctores Lovanienſes; inter quos non parvi nominis eſt *Zoeſius*, qui *in titulo de Prebendis n. 26.* etiam ſcribit: *Vbi ſe offert quæſtio, quæ dicatur reſervatio Corpore juris clauſa? R. Doctores Gallicæ nationis eam habere Iuris corpore clauſam, quæ continetur Decreto, Decretalibus Gregorii IX. Sexto, Clem. non etiam Extravagantibus, aut Regulis Cancellariæ per d. Concil. Baſil. ſed verum eſt*, inquit, *etiam his contentas cenſeri clauſas corpore juris, cum ei ſint inſerta.*

22. Ex quibus apparet, quam juſtæ fuerint, & ipſorummet Lovanienſium doctrinæ conformes *Deciſiones Rotæ in Leodienſ. Canonicat. prima Iulii 1652. coram Eminentiſſimo Cerro*; in hac *Tongrenſi 15. Decembris 1653. & 24. Novembris 1655. coram Veroſpio.*

23. Nec obſtat quòd dicant Lovanienſes, vigore indulti *Paulini*, ſe gaudere *Concordatis Germaniæ*, quæ non admittunt *Coadjutorias*, quia dicendum eos tantùm gaudere illis concordatis in beneficiis illis conceſſis, non tamen in *Coadjutoriis*.

24. Ratio diverſitatis eſt, quòd diverſa ſit reſervatio facta in privilegio, ab ea, quæ facta eſt in concordatis; illa enim

exten-

extenditur ad quæcumque beneficia affecta, vel reſervata, affectione, vel reſervatione in corpore juris clauſa.

25. Hæc verò reſtricta eſt ad beneficia ſolùm reſervata per *Extravagantes ad Regimen,& Execrabilis*,cum certis adhuc modificationibus,præter illa nonnulla in ipſis Concordatis expreſſa,ex quo fit,quod privilegium admittat Coadjutorias prout in corpore juris clauſas, non autem concordata.

26. Præterea in litteris *Coadjutoriæ*, unde quæſtio,*Summus Pontifex* illis derogavit, & ſic nihil poſſunt ſuffragari.

27. Denique his accedit, quòd Lovanienſes gaudeant Iure conferendi citra aliquam Iuris aſſiſtentiam, & Cõcordat. Germaniæ, per communicationem ex mera *Sanctæ Sedis* benignitate factam,ſic ut *Pontifex* faciliùs derogare illis privilegiis poſſit, & ſufficit tacita & virtualis derogatio ex diſpoſitione, vel manus appoſitione quacumque, *cap.dudum* 14.*de Præbendis in* 6.*Gonzal.ad reg.*8.*Cancell.§.*2.*proœmiali*,& ſequitur *VVameſ. conſil.*255.*n.*3.*& conſil.*246.*n.*1.*&c.*

28. Ad hæc fundamenta reſponderunt Lovanienſes primò *d.cap.Vt noſtrum,de appell.* non agere de collatione,vel proviſione facta per Coadjutoriam, vel alio modo, ſed de avocatione litis à Iudice inferiore, quæ ordinariè conceditur, quod avocari procurans eumdem Iudicem perhorreſcat. *VVameſ. ad dict.cap.& Abbas ibidem.*

29. Et ſic ad ejuſdem *VVameſii conſil.* 239.*n.*4. dicunt Academici ipſum poſtmodum aliter cenſuiſſe, dum exponeret dictum *capitulum*, *Vt noſtrum*, ajuntque præferendam eſſe opinionem, quam quis tradit docens,ei quam ſuſtinet,dum conſulitur, quia ſæpè reſpondet pro amico. *Cravet. de antiq. tempor. part.*1.*cap.Propoſitum.nu.* 48.

30. Tertio loco *adductam Extravagantem ad Romani de Præbendis*, negant eſſe contentam in corpore juris, & per corpus juris, & reſervationem in corpore juris clauſam dicunt dumtaxat comprehendi *Decretum,Decretales, Sextum*, & *Clementinas*, & reſervationes in eiſdem expreſſas, non autem expreſſas in *extravagantibus*.

31. Hoc probare intendunt per *Concordata Germaniæ* in principio, expreſsè diſtinguentia jus ſcriptum,ſeu corpus juris ab

ab *extravagantibus*, in verbis: *Placet nobis uti Iuris ſcripti, & ad Regimen execrabilis conſtitutionum reſtrvationibus modificatis, &c.*

32. Præterea diſtinguere etiam dicunt *Baſilienſe Concilium*, & *alternativam Bullam* per *Pium II.* & *Sixtum IV.* Leodienſibus conceſſam, & *Gomez ad Regul. de Triennali, quæſt.*31. *Zypaeum Reſponſ.*2.*de Triennali n.*17.

33. Et quamvis quarto loco allegatus *VVameſ.conſil.*241. *nu.*1.expreſsè doceat *Extravagantes* corpori juris junctas eſſe partes ejuſdem, & reſervationes in eis expreſſas clauſas fore in corpore juris, etiam juxtà mentem privilegiorum Lovanienſium.

34. Tamen reſpondent, *VVameſ.ibidem* non tractare principaliter controverſiam, an reſervatio *extravagantium* ſit clauſa in corpore juris, ſed an nominationes Vniverſitatis, vel Facultatis locum habeant in ordine ad beneficia *per regulas Cancellariæ* reſervata.

35. Et ut evinceret nominationi eſſe locum, ſufficiebat, inquiunt, probare, quod dictæ regulæ, nec in Decretalium, nec Clemen. nec Extravagantium libris continerentur, ut prætendunt.

36. Ad *Gonzalem*, & alios quinto loco allegatos, utpote etiam ad deciſiones *Rotæ*, idem dicunt ſicut ad *extravagantem Romani*, & deindè addunt illas deciſiones fuiſſe ſubreptitiè obtentas, &c.

37. Denique dicunt Lovanienſes Indultum *Paulinum* eſſe verè concordatum, ac ſucceſſiſſe in locum Iuris nominandi, *Privileg.pag.*123.§.*cumque*,& ideò dicunt vim obtinere tranſactionis, falſumque fore, quod gaudeant Iure conferendi citra aliquam Iuris aſſiſtentiam, ſed proviſionem Apoſtolicam, ſeu coadjutoriam non habuiſſe talem Iuris aſſiſtentiam, cum ei repugnet *Concilium Tridentinum ſeſſ.*25. *cap.*7. *de reformat.* ubi coadjutoriæ prohibentur.

38. Sed priuſquam ſigillatim ad allegatas Lovanienſium objectiones, aut ſolutiones reſpondeamus, dicimus, certum manere per coadjutoriam, & appoſitionem manus Pontificiæ, ex coadjutoriæ cauſa, verè eſſe inductam *affectionem, & reſervatio-*

vationem clauſam in corpore juris ad ſenſum *Privilegii, & Indulti Paulini*, ſeu reſervationes *extravagantium* eſse verè, & ineffabiliter clauſas in corpore juris ad ſenſum ejuſdem Indulti.

39. Ad quod probandum alio non eſt opus argumento, quàm ipſo privilegii textu, ubi *pag.127.§.in prædicta* habetur: *Facultate conferendi quacumque beneficia apud Sanctam Sedem vacantia, & aliàs reſervatione, vel affectione in Corpore juris clauſa Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervata, nullatenus comprehendi, ſed Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervata eſſe declaramus, & volumus.*

40. Quibus verbis certum eſt, multiplicis generis beneficia reſervari, & à Collatione Facultatis Artium excipi.

41. In primis beneficia *vacantia apud Sedem*, ſeu *in Curia*, de quo reſervationis genere agitur *in cap.2. 3. & 34. de Præbendis in 6.*

42. Excipiuntur præterea ſecundò beneficia reſervatione, vel affectione in corpore juris clauſa reſervata; vox enim, *& aliàs*, in dicto privilegio propriè ſignificat idem, quod, *& alio modo*, non autem tempus.

43. Quia ſi vox, *aliàs*, acciperetur pro tempore, deberet cenſeri poſita declarativè, & tunc ſic concipiendum fuiſset Indultum *apud Sedem vacantia, aliàs reſervatione, vel affectione, &c.* non autem inſerenda erat particula (*&*) quæ de ſui natura eſt diverſorum conjunctiva.

44. Tertiò ponderari debet quod ſubjungitur, *vel affectione*, quæ particula eſt ampliativa, & disjunctiva, ut notum eſt.

45. Item ponderari debet, quod omninò diverſa ſint reſervari ob vacationem apud *Sedem*, ſeu *in Curia*, & reſervari propter *affectionem*; prior enim reſervationis ſpecies oritur ex loco vacationis, quòd apertè colligitur ex *cap.2.3.34.de Præbendis in 6.*

46. At affectio naſcitur ex quacumque manus appoſitione *Pontificis* ad certum beneficium, quod auctoritatibus, & deciſionibus quamplurimis confirmat *Gonzales ad reg.8. Cancel. gloſſ.52.nn.1.& multis ſequentibus.*

Vbi

47. Vbi refert 22. caſus, in quibus per nudam appoſitionem manus Papæ inducitur affectio ad effectum, ut inferiores ad beneficia ſic affecta manum amplius apponere non poſſint.

48. Inter quos caſus etiam plurimos refert, qui per appoſitionem manus Pontificię non tàm fortiter videntur affectare, quàm per illam, quę oritur ex datione *Coadjutoriæ* cum futura ſucceſſione.

49. Vnde dicitur, quod reſervatio, & affectio hominis magis afficiat, quàm Iuris, & ſi afficit reſervatio *cap.2.de præbend. in 6.* multò magis debet afficere reſervatio, & affectio *Papæ viventis*, cùm ille ſit ſupra Ius, & Iure quocumque potentior. *Simonetta de reſervat.quæſt.19.& latiùs in dicta extravagante ad Romani*, & *ad eam Vivianus*.

50. His præmiſſis, facilè evincitur, *reſervationem, vel affectionem* in corpore Iuris clauſam latiùs accipi in indulto, & *Paulum V.* eſse locutum eodem modo, quo Doctores ſupra allegati per *Proviſum Apoſtolicum*, *&* *Tongrenſes*, ſeu per corpus Iuris etiam intellexiſſe *extravagantes*.

51. Cum enim Lovanienſes non velint modo, quod Capitulum *ut noſtrum de Appellat.* pertineat ad proviſiones beneficiales, ſed ſolùm ad cauſarum pendentium avocationes, per hanc, quam modò recipiunt opinionem, oſtendunt, quod *Paulus V.* dum alia reſervata recipit, quàm vacantia apud Sedem, ſub corpore Iuris comprehenderit *extrauagantes*.

52. Quandoquidem in anterioribus Iuris partibus nulla eſt alia reſervatio, quàm vacantium apud Sedem, de qua agitur in *cap.2.3.& 34.de præbendis in 6.* ſeu vacantium in *Curia*, quæ pro eodem accipi docet textus *in d. cap. 3. & Vallenſis de beneficiis lib.1.tit.7.*

53. Dum ergo *Paulus V.* ultra vacantia apud Sedem, exprimit alias reſervationis, & affectionis ſpecies, neceſsariò ſequitur, quod reſpiciat ad eas, quæ continentur in *extravagantibus*, præſertim in *extravagante ad Romani*.

54. Et maximè ea ratione, quod, ut dictum eſt ſupra, illa extravagans non tàm contineat Ius novum, quàm declarationem Iuris veteris, & doctrinæ plurimorum ſententium dictũ Capitulum *Vt noſtrum*, non tantùm pertinere ad avocationem

V litis,

litis, ſed etiam ad proviſionem *Papalem* de Beneficio.

55. Quod etiam docet Covarruvias in cap. Alma mater parte 1. §.7. num. 8. ubi ait: *Quod ſi Romanus Pontifex contuliſſet excommunicato beneficium, non poſſet cum eo Epiſcopus diſpenſare, quia jam eſſet beneficium affectum auctoritate Summi Pontificis, cap. Vt noſtrum de appellat.*

56. Vnde *Audreas Vallenſis* Lovanienſis, ut diximus, Doctor, ubi de reſervatione in corpore Iuris clauſa, ex opinione Gallorum loquens, & ſibi contradicens, reſervationes in extravagantibus comprehenſas dicit non eſse clauſas in corpore Iuris, addit: *hoc maxime dici de extravagante Ex debito, & Ad Regimen, ea ratione, quod fuerint temporales, & expiraverint cum Conditore.*

57. Præterea alia argumenta, quæ congeſserunt Lovanienſes nihil aliud probant, quàm quod Pontifex in dubio nō cenſeatur derogare *concordatis Germaniæ*, ſed non probant, quod derogare non poſſit.

58. Et poſse ſuſtinent ipſi Lovanienſes acceptantes vigore nominationum, ſeu exſpectativæ gratiæ beneficia vacantia in menſibus, qui per concordata ſunt ordinarii, Nivellis, Thenis, Cameraci, Trajecti, ac aliis Patriæ Leodienſis, antequam Paulus V. Ius nominandi immutaſset in Ius conferendi beneficia vacantia per obitum, in Novembri ſingulis, & Ianuario alternis annis.

59. Deindè Facultas Artium jure concordatorum tantummodò gaudet vigore privilegii, ex quo etiam ſolo competit ipſi Ius conferendi.

60. Collatores verò ordinarii fundamentum aliquod habent ex jure communi ſaltem veteri, quo ceſsantibus reſervationibus poterant conferre in omnibus menſibus: alia eſt ergo ratio Collationum Ordinariorum, & alia Decani Facultatis Artium.

61. Inſuper Facultas Artium non gaudet pleno jure concordatorum, ex eo quod à jure conferendi ipſi conceſso excipiantur aliqua non excepta in concordatis, nempè affecta, affectione in corpore Iuris clauſa, ut habet privilegium *Paulinum in dicto* §. *in prædicta*.

Quo

Digitized by Google

62. Quo loco corpus Iuris tàm latè accipitur, ut comprehendat etiam *extravagantes*, & *extravagantium reſervationes*, quod clarè patet ex Bulla *Gregorii* XIII.corpori Canonico præfixa, & ex *VVameſ.conſil.*241.& ex aliis ſupra alleg.

63. Porrò quod coadjutoria, ſeu manus appoſitio ex cauſa ejuſdem facta inducat reſervationem, vel affectionem contentam in *extravagantibus*, patet clarè per *extravagantem ad Romani, de Præbend.in communibus*.

64. Et etiam apparet ex *Nicolao Remochamps de Coadjutoriis cap.*5.*nu* 18.*verſ.Collegiorum*, ubi dicit: *quod in Coadjutoriis non requiritur conſenſus Univerſitatis habentis Indultum conferendi beneficia ſalvis reſervationibus, cum ea remaneant affecta Papæ beneficia, de quibus per gratiam coadjutorialem diſponit*.

65. Itaque non obſtat doctrina *Gonzales* dicentis, affectionem, quæ reſultat ex appoſitione manus, non inducere reſervationem in præjudicium concordatorum.

66. Ex ea enim non ſequitur, quod non inducat in præjudicium I*ndulti Paulini*, eò quod in hoc plura excipiantur à Iure conferendi conceſſo Decano Facultatis, quam excepta ſint à Iure conferendi conceſſo ordinariis Collatoribus.

67. Cum nominatim excipiantur *affecta affectione clauſa in corpore Iuris*, quæ ſunt, quibus Pontifex manum apponit providendo, vel mandando provideri, quod fit per *coadjutoriã*, ut patet per dictam *extravagantem ad Romani*, quæ ante tẽpus Indulti *Paulini*, immo & à tẽpore Gregorii XIII. fuit clauſa in corpore Iuris, cùm à *Paulo* II.ab anno 1467. fuerit conſtituta, & ſic centum & aliquot annis ante tempora Gregor.XIII.

68. Hallucinantur præterea Lovanienſes dum dicunt Indultum Paulinum eſſe concordatum, cùm contrarium manifeſtè evincatur, tàm ex clauſulis per eos citatis, quàm ex aliis, utpote *ex.§.audita pag.*125.*ex proœmio.& §.ſanè dilectus pag.*126. *& aliis*, ſcilicet eſſe merum indultum, & privilegium motu proprio, & ex benigna *Sanctæ Sedis* munificentia *ad ſupplicationem etiam Lovanienſium,& Principum Belgii conceſſum*, ſic ut nemo de hoc dubitare tantùm poſſit.

69. Non obſtat etiam *Concil.Trident.cap.*7.*ſeſſ.*25.*de reformat.* prohibens Coadjutorias, quia illud non ita afficit, nec

arctat *Summos Pontifices*, quin illis ſalva remaneat poteſtas aliter diſponendi, ſeu derogandi; prout apparet ex dicto *Concilio* dicta *ſeſſ.cap.21.& ſeſſ.7.in principio*, ubi *Sancta Synodus ſalvam ſemper in omnibus vult eſſe Sanctæ Sedis auctoritatem de ſtatutis in eodem Concilio aliter diſponendi*.

70. Nihil facit ad rem argumentum deſumptum ex *Concilio Baſilienſi*, *& concordatis Germaniæ*, & *quibuſdam Bullis Pii* II. *& Sixti IV*. in quibus reſervationes clauſæ in corpore Iuris diſtinguuntur à reſervationibus *extravagantium*.

71. Quia reſpondetur, quod corpus Iuris ſucceſſiuè fuit auctum: in eo olim non continebantur *Clementinæ*, nec variæ *Conſtitutiones Bonifacii V*III. relatæ in *Sextum*; nemo tamen dicit jam *Clementinas* non contineri in corpore Iuris, & ipſimet Lovanienſes citato Zypæo contineri dicunt.

72. Ita *Extravagantes* olim in corpore Iuris non continebantur, ſed poſtquam auctoritate *Gregorii* XIII. corpori Iuris adſcriptæ ſunt, ut patet ex ejus *Epiſtola corpori præfixa*, tàm ex ipſiusmet, quàm ex mente ſequētium *Pontificum* debent dici clauſæ in corpore Iuris, & conſequenter pro clauſis habuit *Paulus V*. dum Indultum conceſſit.

73. Idē reſpondetur ad auctoritatem *Gomeſii*, *& aliorū*, qui ante *Gregor*.XIII. ſcripſerunt, quod ſi nonnulli recentiores ſecuti ſunt, evidens eſt, quod hallucinati ſint, & non adverterint ad diſtinctionem temporum, & *Gregorii Bullam*, prout faciunt aliquādo *Doctores* aliorū ſcripta ſine diſcretione tranſcribētes.

74. Deniq; ad id, quod dicunt, capitulū *Vt noſtrum de appell.* non pertinere ad collationes beneficiorum, ex mēte *VVameſii* in explicatione dicti *capitis*: reſpōdetur *VVameſium* ſuper toto illo textu nullibi negare, quod ad proviſiones beneficiales pertineat, & conſequenter etiamſi illum explicet tamquam agentē ex profeſso de avocatione litis, non negat rectè ab aliis etiā accipi, & intelligi de appoſitione manus ad beneficium.

75. Per hæc omnia igitur clarè evincitur, quod Lovaniēſes non poſſint ullo modo conferre beneficia, quæ per appoſitionē manus S. *Sedis ex cauſa coadjutoriæ*, mandati de providendo, & ſimiliū reſervata, *vel affecta* dicuntur, & quod eorū collationes, in contrarium factæ, omninò caducæ, & nullæ ſint.

Quod

76. Quod, præter illam *Canonicatus Tongrenſis*, ex iiſdem fundamentis dici debet de *Archidiaconatu Hasbaniæ*, quem Facultas Artium, non obſtante *Sanctæ Sedis* diſpoſitione ex cauſa coadjutoriæ facta in favorem *Bertrandi Hacxhe*, contulit *Nicolao Meys*, tamquam vacantem per obitum in ejus menſe.

77. Id ipſum etiam manifeſtat nullitatem Collationis factæ per eamdem Facultatem in favorem *N. Danielis*, circa Canonicatum *S. Dioniſii Leodii*, qui ut prætendit, vacavit per obitum *N. Plenevau*.

78. Quandoquidem illa Collatio facta fuerit in præjudicium proviſionis antea factæ à *Sancta Sede* per mandatum de providendo in favorem *N. Haren*, ex cauſa homicidii per dictum *Plenevau* in perſonam *N. Genet* commiſſi.

79. Per quod *mandatum de providendo*, nemo inficias ire poteſt quin reſervatio, *vel affectio inducta* fuerit, quæ illi collationi perpetuò reſiſtebat, & manus Facultatis dubio procul præcludebat, eò magis, quod deſuper lis apud *Sanctam Sedem* pendebat.

80. Nec obſtare poſſet, ſi diceretur aliquem defectum, vel vitium fuiſſe in litteris *Pontificiis* ſupradictis.

81. Quia per hoc non ideo fuiſſent apertæ manus Facultatis ad conferendum, ſed illi prætenſi defectus ante omnia Suæ Sanctitati fuiſſent exponendi, & per eam privativè cognoſcendi, prout latius in ſequenti quæſtione apparebit.

QVAESTIO SEPTIMA.

An D. Conſervator privilegiorum Lovanienſium, poſſit cognoſcere de beneficiis, quæ tamquam reſervata, vel affecta contulit Pontifex, & Facultas alteri ſub prætextu, quod reſervatio, vel affectio non ſit clauſa in Corpore Iuris?

1. QVamvis non tantùm cõtroverſia ſuper menſe regulariter cognoſcat D. Conſervator, ſed etiam de nonnullis aliis, v.g. an proviſus Academicus reſederit ſufficiẽter,

ſit

ſit debitè graduatus,ſit ætatis convenientis, &c.an beneficium vacavit per obitum certo menſe, &c.*Privileg.pag.*127.§. *& ad tollendas*.

2. Tamen *non cognoſcit de omni controverſia ſuper menſe,ſed tãtum de illa, an vacaverit beneficium in menſe ordinario,vel Facultatis,v.g.*an in Octobri, aut Decembri, an vero in Novembri, qui ad Facultatem pertinet *pag.*129.*in principio*.

3. Ideoque ſi quæſtio ſit, an vacaverit in menſe Apoſtolico?v.g.Iulio, Septembri, Majo, Martio, an verò in menſe Facultatis; cognitio non ſpectat ad *D. Conſervatorem*, ſed ad *Executorem Apoſtolicum*.

4. Hoc clarè probatur ex privilegio *Paulino* §.*& quatenus, dicta pag.*129,ubi habetur, *quod cognitio ſuper controverſia mẽſis tantum concedatur D.Conſervatori, dum quæſtio eſt inter Facultatis proviſum, & proviſum ab ordinario*: ergo negatur cognitio ſuper controverſia, an *in Apoſtolico*, an autem vacaverit in menſe Facultatis.

5. Quod manifeſtè evincitur ex eo, quod vox, *quatenus*, ſit limitativa, prout videre eſt apud *Barboſam de diction. uſu frequent.diction.*312.*num.*3.

6. Secundò quod expreſſo Iure cautum ſit, *Iuriſdictionem conceſſam ſpecialiter uno caſu, negatam cenſeri in alio,l.*1.*ff.de officio ejus cui mandata eſt juriſdictio*.

7. Et denique quod verſimile non ſit,quod *Summus Pontifex* voluerit committere *Domino Conſervatori* cognitionem ſuæ collationis, & juris, reſervatorum ratione menſis.

8. Tantò minus, quod ſi contingat litem fore triangularem,ut vocant, ſcilicèt inter proviſum ab *ordinario* de quodam beneficio, utpote vacanti in Octobri, proviſum à Facultate de eodem uti vacante in Novembri, ac denique proviſum à *Sancta Sede* tanquam reſervato, hoc caſu cognoſcere nequit Conſervator, ne quidem inter proviſum ab *ordinario*,& *Facultate*, ne præjudiciale aliquod decretũ ferat, ſed propter cauſæ continentiam cognoſcet Executor Apoſtolicus,*d.* §. *& quatenus*.

9. Et generatim quando concurrit quæſtio de reſervatione, ceſſat Conſervatoris auctoritas, *dicto* §. *& quatenus, verſu*, *exce-*

Digitized by Google

excepto tamen caſu &c. qui verſus neceſſariò intelligēdus eſt de reſervatione dubia, & cōtroverſa, ratione cujus dubii Facultas etiam contulerit, ſeu providerit.

10. Quia de caſu quo reſervatio eſt certa, jam ante in §. *cauſarum pag.* 128. ſtatutum erat, *quod conſervator nulla ratione poſset evocare Proviſum Apoſtolicum, & in* §. *in prædicta pag.* 127. dictum, *quod Facultas non poſſet conferre.*

11. Denique certum eſt per dictum §. *& quatenus*, excipi à Iuriſdictione Domini Conſervatoris caſum quo beneficium eſt reſervatum aliter quàm ratione menſis.

12. Ex quibus clarè patet Facultatē Artium non potuiſſe validè conferre D. *Ioanni Danielis Canonicatum Sancti Dioniſii Leodii*, ſub pretextu, quod vacaverit per obitum N *Plenevau*.

13. Multò minus D. Cōſervatorem cognoſcere de controverſia deſuper mota, quandoquidem dictus Canonicatus non tantùm erat reſervatus, vel affectus, ſed etiam vacavit per delictum antè obitum dicti Plenevau, & cauſa deſuper pendens, erat ante avocata, ſeu reſervata à *Sancta Sede*, & ab *Executore Apoſtolico*, *ſeu Illuſtriſſimo Domino Nuntio Colonienſi* in effectu deciſa.

14. Homicidium per *D. Plenevau* commiſſum in perſonam *N. Genet* non dubitatur fuiſſe voluntarium, ſed controvertitur, an ſit qualificatum, ſeu *aſſaſinatus, aut duellum*.

15. Si eſt qualificatum, vacavit ipſo facto ejus Canonicatus in æſtate anni *1666. cap.* 1. *de homicidio in 6. cap.* 1. *de clericis pugnantibus in duello, & utrobique DD.* & ſic certum erit non vacaſſe neque per mortem, neque in menſe Facultatis.

16. Quod ſi verò non ſit qualificatum, ſed ſimplex, equidem *D. Plenevau* debuit ob crimen, & irregularitatem privari, ac ejus diſpoſitio fuit reſervata *Sanctæ Sedi* per *Concordata Germaniæ*, quandocumque poſtea vacaverit.

17. Illum enim Canonicatum obtinuerat *D. Haren* in caſum, quo dictus Plenevau veniret privandus; in concordatis autem prædictis, *Sanctæ Sedi reſervantur beneficia per diſpoſitionem, vel privationem auctoritate Apoſtolica factam, aut faciendam ubilibet vacantia, aut vacatura*.

18. Hoc jure Concordatorum tenetur Facultas, quia dum

ei

ei indulgetur, quod in aſſignatis ſibi menſibus gaudeat jure Concordatorum, ſicuti alii Collatores Patriæ Leodienſis, debet ex natura concordati, & contractus iiſdem reſervationibus *Apoſtolicis* ſubjacere, quibus ſubjacent alii Collatores gaudentes iiſdem concordatis.

19. Nec tamen inde ſequitur, quod pari modo *Coadjutoria* impediatur per *Indultum Paulinum*, ſicuti impeditur per concordata, quia, ut oſtenſum eſt quæſtione præcedenti, plura per Indultum *Paulinum* excipiuntur à jure conferendi conceſſa Decano Facultatis Artium, quàm per concordata excipiantur à Collationibus ordinariorum.

20. Nam per Indultum Paulinum à Collatione Facultatis excipiuntur *beneficia reſervatione, vel affectione in corpore Iuris clauſa, diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervata, Privileg. pag.* 127. §. *in prædicta*

21. Beneficium autem dicitur affici, & affectione reſervari, dum *Summus Pontifex* apponit manum providendo, vel provideri mandando. *Extravagant. ad Romani, de Præbendis in communib.* per quam appoſitionem manus ſic beneficium reſervatur, ut nullus præter *Sanctam Sedem* pro iſta vice poſſit ſe intromittere, ut probatum eſt ſupra quæſt. 6.

22. Item dicitur clauſa in corpore Iuris, quando cauſa prævia, ex qua Pontifex manum apponit, in Iure continetur; ita declaravit Facultas Artium, *in rationibus deciſivis ſuper lite exorta occaſione Archidiaconatus Hasbaniæ pap.* 43.

23. Ratio autem quare Pontifex apponat manum beneficio voluntarii homicidæ, eſt, quod factus irregularis privari eo debeat, niſi ex gratia diſpenſetur, quando culpa magis, quã dolo contigit, *cap. vlt. de homicidio in 6. cap.* 10. *&* 20. *ẍ eodem & ſic cauſa manum opponendi continetur in corpore* Iuris.

24. Ex his igitur apparet, quod Canonicatus prædictus omni modo exceptus ſit à Collatione Facultatis, & conſequẽter à cognitione *Domini Conſervotoris*, qui ſub pœna privationis officii, & beneficiorum prohibetur ſe intromittere in beneficiis exceptis. *Privileg. pag.* 128. *prope finem*, *& pag.* 129.

25. Suppoſito tamen, quod Summus Pontifex non appoſuiſſet manum, equidem cum etiam vertatur quæſtio, an homici-

micidium ſit qualificatum, & an ipſo jure vacaverit, ejuſque collatio ad *Sanctam Sedem* ex tunc pertinuerit, non poteſt cognoſcere *Conſervator*.

26. Quia quando controverſia eſt de menſe, tantùm cognoſcere poteſt, ſi quæſtio ſit, an vacaverit in menſe *ordinarii*, vel in menſe Facultatis. *Privileg.pag.*129.§.*& quatenus*.

27. Non autem cognoſcit ubi controvertitur, an vacaverit in menſe *Apoſtolico*, vel *Facultatis*, ut ſupra probatum eſt.

28. Iam autem hìc apparet homicidium contigiſſe in menſe Apoſtolico, quia ordinarius nihil prætendit, nec prætendere poteſt, poſtquam lapſi ſunt ſex menſes à vacatione.

29. Et licèt præmiſſa omninò perſpicua, & irrefragabilia ſint pro reſolutione, & deciſione negativæ hujus quæſtionis, tamen Lovanienſes ad colorandos ſuos abuſus, conantur ſuſtinere affirmativam per certam informationem Illuſtriſſimo Domino Internuncio per eos porrectam, per quam tria ſupponunt abuſiva.

30. Nempè Canonicatum Sãcti Dionyſii vacaſſe per obitum in menſe Facultatis.

31. Secundò, non fuiſſe reſervatum, vel affectum.

32. Tertiò, Conſervatorem eſſe Iudicem quæſtionis, an reſervatus, vel affectus fuerit ille Canonicatus: ſed horum nihil, aut parum probarunt.

33. Nam quod dicunt primò pari paſſu procedere Iuriſdictionem *Executoris Apoſtolici*, *& Conſervatoris*, contrarium potiùs dicendum eſt, quandoquidem quæſtio de reſervatione ſit excepta à Iuriſdictione Conſervatoris, per §. *& quatenus*, *pag.*129.

34. Deindè cùm quæſtio ſit, an homicidium fuerit qualificatum, nec ne, remanet dubium, an vacaverit ipſo Iure per mortem in menſe *Facultatis*, vel in menſe *Apoſtolico*.

35. Iam verò oſtenſum eſt ſupra, quod Conſervator non ſit Iudex hujus quæſtionis, an vacaverit in menſe Apoſtolico, vel Facultatis, ſed illius dumtaxat, an vacaverit in menſe ordinario, vel Facultatis, *d.*§. *& quatenùs*, debetque vacatio per obitum eveniſſe, §.*& ad tollendas*,*pag.*127.

36. Proinde dicendum eſt, quod *in d.*§. *& quatenus*, non

X ita

ita ampliatur juriſdictio Conſervatoris, ut dicunt ſecundo loco Lovanienſes; ſed potiùs reſtringitur ad caſum, quo quæſtio eſt, an vacaverit in menſe Facultatis, vel Ordinarii, & quo agitur tantùm de beneficio non alia ex cauſa reſervato.

37. Quod dicunt mandatum de providendo D. de Haren à Sancta Sede conceſſum, non afficere, niſi in caſum privationis homicidæ, quæ non fuerit ſubſecuta ante ejus mortem, reſpondetur, quod interveniente morte delinquentis, non fuerit neceſſaria ſententia privationis diſtincta à collatione, eo quòd Iudex ad ulteriora procedens, cenſetur tacitè in priora condemnare, per ea, quæ tradit *Salgado de protectione Regia part.2 cap.1.num.31.& ſeqq.*

38. Immo apparet ex ſententia *Illuſtriſſimi Domini Nuncii Colonienſis à Sancta Sede* in cauſa *delegati* de data ſecundæ Aprilis 1665. quod ille homicida fuerit in effectu Canonicatu privatus, etiam antequam facultas alteri contuliſſet, cùm per dictam ſententiam *Domino Haren* fuerit collatus; qui enim diſponit de conſequenti, neceſſariò diſponit de antecedenti.

39. Ideoque error etiam eſt prætendere, quod dictus proviſus *Apoſtolicus* debuiſſet comparere coram *D. Conſervatore* ad allegandas ſuas exceptiones.

40. Quia notandum, quod Propinqui illius delinquentis appellaverint ad *Sanctam Sedem*, ad quam etiam antea fuerat appellatum, & cauſa per *Apoſtolicam Sedem* ab *Officiali Leodienſi* avocata, & commiſſa *Domino Canonico du Mont*.

41. Iure autem notum eſt, quod avocatio, & commiſſio cauſæ à Pontifice facta, impediat ne inferior ſe amplius immiſcere valeat, *cap.56.* ꝟ. *de appellat.& ibi VVameſius*, cujus datam ibi interpretationem probant Lovanienſes.

42. Deindè quando lis pendet inter duos ſuper beneficio, uno moriente non poteſt inferior Collator diſponere de eodem, per textum expreſſum *in cap. 2. ut lite pendente in 6.* cujus ſummarium ſic habet.

43. *Si beneficiatus (contra quem ſuper beneficio litigatur) cedit, vel decedit, ſi alius lite pendente cum ſuperſtite fuerit electus, non valet electio, ſi verò aliqui (quorum intereſt) ad defenſionem litis velint admitti, in eo ſtatu, in quo erat cauſa, admittentur.*

Præ-

Digitized by Google

44. Præterea quod dicunt prædictam appoſitioně manus *Sanctæ Sedis* non inducere reſervationem, vel affectionem in corpore Iuris clauſam, hoc confutatum eſt ſupra, tàm in hac, quàm præcedenti quæſtione.

45. Vtpote etiam demonſtratum nihil obeſſe, quod *Paulus V.* §. *& loco pag.* 125. indulgeat Facultati gaudere Concordatis Germaniæ in ſuis menſibus.

46. Quandoquidem illa conceſſio, & indulgentia poſtea limitetur §. *in prædicta*, in quo à jure conferendi Facultati cõceſſo excipiuntur multa beneficia, quæ cadunt ſub diſpoſitione Concordatorum, ſub qua cadunt etiam varia beneficia vacantia per matrimonium, per dimiſſionem ſimplicem, incompatibilitatem provenientem vi proviſionis factæ ab Ordinario, quæ tamen nullatenus cadunt ſub diſpoſitione Privilegii *Paulini*, ſeu non poſſunt conferri à Decano Facultatis, quia tantũ conferri poſſunt ab eo, quæ per obitum vacant.

47. Nec rectè referunt Lovanienſes textum *Gonzales* loco per eos citato, ſcilicet *gloſſa*.42.*num* 51. quia inter illa verba, *Poſt factam appoſitionem deceſſerit ille, cujus beneficium fuit impetratum*, interſerit dictus Gonzales illa, *nondum tamen lite introducta*.

48. Quæ verba ſanè in caſu prædicto magnã habent vim, cùm ibi lis fuerit introducta, & ſic citata auctoritas *Gonzales* facit contra illos.

49. Garciæ auctoritas æquè futiliter allegatur per eos *par*.5.*cap*.1.*num*.152. quam *Gonzales*, quia ille utitur auctoritate *Rotæ deciſ. ultima, ut lite pendente, in novis*, in qua tractatur expreſsè caſus, quo quis petiverat à *Pontifice* ſibi provideri de beneficio homicidæ, & in fine ſubjungitur: *quod ſi homicida mortuus ſit, re non amplius integra, ſeu lite jam mota in Curia, beneficium non debetur exſpectanti*.

50. Verba præfatæ deciſionis circa finem ſunt hæc; *Aut enim dictus privandus re integra eſt mortuus extra Curiam Romanam, & tunc vera ſunt, quæ ſupra dicuntur, ſcilicet quod beneficium ejuſmodi debeatur exſpectanti; aut enim re non integra eſt mortuus, & tunc ſubdiſtinguitur, quia aut lis ſuper ejuſmodi beneficio pendebat in Curia Romana, aut extra Curiam Romanam; ſi*

Digitized by Google

primò caſu, dicunt, quod licet exſpectans potuit dictum beneficium acceptare, non tamen potuit de eo ſibi facere provideri, ut cap. Si ii contra quos, ut lite pendente, in 6.

51. Cauſa verò prædicti Canonicatus Sancti Dionyſii pependit in Curia, quia & ad eam fuit appellatum, & *Apoſtolicæ Sedis Executori, ſeu Nuncio,* qui *Sedem Apoſtolicam* repræſentat, commiſſa;

52. Proinde corruunt illationes, & argumenta, quæ faciunt Lovanienſes ex dictis Doctoribus, quia quando iam lis pendet, præſertim coram *Sancta Sede, ſeu Executore ab ea deputato,* ligatæ ſunt manus inferioris, nec Ordinarius poteſt conferre, nec debetur beneficium exſpectanti, ut conſtat *ex dicto cap. 2. ut lite pendente in 6. Gonzales dicta Gloſſa 52. num. 52. & dicta deciſione Rotæ.*

53. Nec ad rem facit *Rota deciſio 14. de reſtit. ſpoliat. apud Graſſis*; nam *Garcias,* qui *part. 5. cap. 1. nu. 155.* eamdem deciſionem citat, docet ibidem *nu. 161. & 166.* provenire ex ſpeciali diſpoſitione Iuris novi, ſeu Regulæ Cancellariæ, *de infirmis*, & & ex illa fieri, quod beneficium cenſeatur vacare per obitum, & non maneat reſervatum.

54. *Aeneas de Falconibus à Garcia citatus*, ſi attentè legatur, Lovanienſibus obſtat. Malè etiam, ſeu impertinenter ab eodem *Garcia* allegatur *Simonetta quæſt. 60.* quia & Coadjutoriis adverſus Lovanienſes favet, & nullam planè mentionem facit delicti, aut privationis, aut litis pendentis.

55. Addunt præterea Lovanienſes, quod *Papa* non intendat lædere ordinarios, nec eos prævenire, & quod appoſitio manus ad unum effectum, non trahatur ad alium, ne ſit in poteſtate calumnioſorum impetrantium impedire collationes ordinariorum.

56. Sed è contrario ſæpè conſtat, quod *Papa* diverſa beneficia, etiam in menſibus ordinariis vacantia, ſibi reſervet, ſive per *Concordata Germaniæ*, ſive per *Extravagantes*, ſive per Iura comprehenſa in *Sexto Decretalium*.

57. Nec ita verum eſt fore in poteſtate calumnioſorum impedire collationes ordinariorum, uti aſſeritur per Lovanienſes; quia ſi non ſubſit veriſimilis omninò impetrandi cauſa,

ſa, quis adeò ſtultus erit, ut merè ad impediendum ordinarium Collatorem in expenſas impetrationis inutilis, certæ amiſſionis cauſæ, & ludibrium gratis ſe coniiciat.

58. Deindè quod dicunt non rectè argui à Concordatis ad Indultum, quod Facultas eis non adſtringatur, &c. ſanè cavillatio eſt, quia ſi prætendant gaudere in ſuis menſibus Concordatis Germaniæ, prout prætendunt, neceſſe eſt, ut iiſdem ligentur; qui enim ſentit commodum, ſentire debet & onus, & concordata ſunt reſpectiva, & mutua.

59. Et ex eo quòd dicatur Facultatem Artium obſtringi Concordatis, non ſequitur, quod appoſitio manus nihil operetur in præjudicium Indulti *Paulini*.

60. Nam Lovanienſes in rationibus deciſivis controverſiæ exortæ ſuper *Archidiaconatu Hasbaniæ* fatentur *pag.*43. quod appoſitio manus *Pontificiæ* ex cauſa prævia (qualis in cauſa *Sancti Dionyſii* fuit homicidium) inducat affectionem, de qua agitur in Indulto *Paulino*.

61. Et per *Concordata Germaniæ* reſervantur ea, in quibus *Pontifex* appoſuit manum ratione delicti inducentis privationem, etiamſi non ſit commiſſum tale, quod privet ipſo Iure, ſed tantùm per ſententiam; verba enim concordatorum ſunt: *Necnon per diſpoſitionem, vel privationem per nos, ſeu auctoritate noſtra factas, vel faciendas, vacantia, & vacatura reſervamus.*

62. Proinde non debent ante manus appoſitionem vacare, ut videntur ſupponere Lovanienſes.

63. Denique adverſus reliquos prætextus, & argumenta, quæ obtrudunt Lovanienſes, ſingulariter notandum eſt, quod licèt beneficium vacaſſet per obitum, ut aſſerunt, & licèt homicida non veniſſet privandus, tamen pendente coram *Nuncio Apoſtolico* quæſtione, & cauſa coram ipſo intentata inter Impetrantem ex una, & delinquentem, ac poſtea ejus propinquos cauſam proſequentes ex altera, nullatenus potuit Academicus proviſum Apoſtolicum coram Domino Conſervatore citare, prout fecit.

64. Quia Iure ſpecialiter cautum eſt, *quod lite pendente inter aliquos, ſi tertius ſuperveniat, debet proſequi litem in eo ſtatu, in quo convenitur, cap.2. ut lite pendente in 6.* quod *cap.*

hic

hìc deciſivum eſt, ut legenti patebit.

65. Ex his quoque apparet, quod *Academicus* non poſſit ſe juvare per Brabantina Privilegia de non evocando extra Brabantiam, aut per ſpecialia de non evocando Scholares extra Lovanium,& eo titulo recurrere ad Conſilium Brabantiæ.

66. Quia non tàm ille evocatur, quàm evocavit partem adverſam, citando coram Conſervatore ſuper beneficio alterius Diœceſis, Patriæ, & Iuriſdictionis, non obſtante etiam litispendentia coram *Sancta Sede*.

67. Deindè iſtis Brabantinis, & Academicis Privilegiis derogatum eſt, tàm per *Indultum Paulinum*, quàm per *Archiducem Albertum*, qui Indultum placetavit, & ſic approbavit conditiones in eo contentas,ſine quibus Pontifex collationes ſuas dictæ Facultati Artium non conceſſit.

68. Reliqua quæ allegant *Academici* ex ſupradictis, tàm in hac, quàm in præcedenti quæſtione, ſufficienter confutata eſſe credimus, manetque reſolutum, quod *D.Conſervator* cognoſcere non potuit de cauſis ſuper prædictis Canonicatibus Eccleſiæ *S.Dionyſii Leodii*, *Sanctæ Mariæ* *Tongrenſis*, & *Archidiaconatus Hasbaniæ*,utpote *reſervatis, vel affectis, & primo litigioſo ex cauſa pravia, &c.*

APPENDIX

AD QVAESTIONEM SEPTIMAM.

Examinatur tenor Privilegiorum conceſſorum ante Paulũ V. agentium de Iuriſdictione Conſervatoris, & ex illis oſtenditur non poſſe cognoſcere de Beneficiis affectatis, vel reſervatis, nec de quæſtione,an reſervata, vel affectata ſint.

69. LOvanienſes fallunt, vel falluntur, dum ſibi perſuadent, vel aliis perſuadere conantur,Sanctam Sedem velle evertere Iuriſdictionem Conſervatoris, de cujus tantùm exceſſu conqueritur, & de remedio cogitat continendi illam intra debitos

Iuris

Iuris, & Theologiæ limites, quos nimis ſæpè dicti Lovanienſes etiam hac in parte egrediuntur.

70. Itaque permittit dicta Sedes conformiter ad gratioſas litteras præcedentium Pontificum, ut Conſervator cognoſcat de cauſis civilibus, criminalibus, & mixtis, quodque in iſtis Scholares non evocentur in prima inſtantia extra muros Oppidi Lovaniẽſis.

71. Permittit etiam, ut idem certis caſibus cognoſcat de beneficiis Diœceſis, & Patriæ Leodienſis, vacantibus per obitum tantũ in Novembri ſingulis, & Ianuario alternis annis.

72. Sed clarum eſt, quòd non poſſit cognoſcere de reſervatis, vel affectatis; & ſi quæſtio ſit, an beneficium ejuſmodi ſit reſervatum, vel affectatum, necne, hujus cognitionem etiam perperam uſurpat Conſervator: id modò oſtendendum ex ipſis Privilegiorũ teſtibus ante Paulum V. conceſſorum, poſtea de hujus Pontificis Indulto ſpecialiùs.

73. Primum itaque, quod Conſervatoriam concernit Privilegium, refertur in libro Privilegiorum pag. 26. eoque conceditur, *ut nullus ex Doctoribus, Magiſtris, Scholaribus, cæteriſq; perſonis dictæ Univerſitatis, in quibuſcumque cauſis, tàm civilibus, quàm criminalibus, aut mixtis, etiam profanis, per quoſvis Executores, ſive judices, etiam Auctoritate litterarum Sanctæ Sedis non facientium mentionem tenoris præfati Privilegii de verbo ad verbum, quodque extra muros Oppidi Lovanienſis citari, vel in judicium trahi non poſſint, dummodo in Oppido præfato, coram uno ex Conſervatoribus in aliis noſtris Litteris*, inquit Bulla, *hodie per nos ipſis deputatis, ſe paratos exhibeant legitimè ſtare juri*.

74. Bulla iſta relativa eſt ad aliam ejuſdem Martini Bullam, qua erigit Conſervatoriam, hæc autem agit tantùm de cauſis, in quibus controverſia eſt de jure inferiorum, non autem de jure Sanctæ Sedis.

75. Sic enim habent ejus verba: *Sanè dilectorum filiorum, Rectoris, Doctorum, cæterarumque perſonarum Univerſitatis Studii Lovanienſis conqueſtione percepimus, quòd nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, aliique Eccleſiarum Prælati, & Clerici, ac Eccleſiaſticæ Perſonæ, tàm Religioſæ, quàm ſæculares, nec non Duces, Marhiones, Comites, Barones, &c. occuparunt, & occupari fecerunt Villas, terras, domos, poſſeſſiones, jura, fructus, redditus, proventus Rectoris, & ſingularum Perſonarum ejuſdem Univerſitatis.*

76. Deinde infrà ipſis Executoribus in Bulla nominatis dicitur: *Non permittatis eoſdem ſuper præmiſſis, & quibuſlibet aliis bonis, rebus, & juribus, ad illos, communiter, vel diviſim ſpectantibus, à quibusvis indebitè moleſtari, vel eis gravamina, injurias, ſive damna irrogari, aut contra Privilegia, conceſſiones, & indulta, ſub quacumque Verborum forma ipſis Rectori, Doctoribus, Magiſtris, Scholaribus, ac dictæ Univerſitatis Perſonis, à Sede prædicta, vel aliàs hactenus conceſſa, ſeu in poſterum quomodolibet concedenda,*

Digitized by Google

da, infringi, ſeu violari aliquatenus, vel etiam impugnari.

77. Nihil hìc diſponitur de controverſiis ſuper juribus, collationibus, aut aliis prætenſionibus Sanctæ Sedis, ſed tota gratia reſtringitur ad controverſias ortas inter Univerſitatis ſuppoſita, & Prælatos inferiores, ſuper mutuorum hinc inde jurium quæſtione.

78. Pro quibus tuendis, varii Prælati, Capitula, Conventus, Epiſcopi diverſa indulta acceperant à Sancta Sede, & Conſervatoriales litteras, quemadmodum acceperant Eccleſiæ Trajectenſes, & Leodienſes, quarum adhuc hodie Conſervator eſt Abbas Sancti Laurentii prope Leodium.

79. Quod dixi de Trajectenſibus, conſtat vel ex ipſis *Univerſitatis* Actis, in quibus ad annum 1559. legitur: *7. Decemb.* 1559. *Refertur à Decano S. Salvatoris uti Subdelegato Abbatis in Ooſt Conſervatore Epiſcopi Trajectenſis, & Suppoſitorum ejus, latam eſſe excommunicationem in Conſervatorem, Bartolomeum Goze, promotorem, & concluſum Decretũ non ligare propter Decretum irritans inſertum Privilegiis, ſed* D. *Conſervator, qui non eſt ſuppoſitum Univerſitatis, quia piarum mentium eſt timere culpam, ubi non eſt, impetrabit abſolutionem.*

80. Et ferè paſſim conceſſa aliquibus exemptione, ſolebant iiſdem concedi conſervatoriæ litteræ, aliaque indulta, & privilegia tuendæ juriſdictionis, de quibus etiam agitur in *cap.* 1. *& ult. de offic. Iudicis deleg. in* 6. In Tridentino Cõcilio *ſeſſ.* 14 *de reformat. cap.* 4. cujuſmodi indulta pleraque ſuſtulit dictum Concilium *ſeſſ.* 25. *cap.* 6. & pleriſque aliis locis, quibus decrevit, privilegia, & exemptiones multis in caſibus Ordinariorum Iuriſdictioni non obſtare.

81. De ejuſmodi Conſervatoriis, & Privilegiis fit etiam mentio in Actis Univerſitatis anni 1516. in quibus legitur, *Quod Promotor Univerſitatis Rectori narraverit, qualiter Univerſitas in dies turbatur, & impeditur tàm in cauſis Actionum perſonalium, quàm nominationũ Univerſitati, & Facultati conceſſarum, cum* D. *Epiſcopus, & etiam omnia Monaſteria, & Cœnobia quantumcumque parva, habeant ſuos Conſervatores, & Iudices; nec verentur pro quacumque cauſa etiam minima procedere per Cenſuras contra Conſervatorem noſtræ Univerſitatis, & ejuſdem executionem.*

82. Martinum V. ſecutus Paulus II. Prædeceſſoris ſui privilegium confirmavit, ſed nullam novam tribuit juriſdictionem.

83. Etſi autem Martini, & Pauli II. citatæ litteræ aliquo modo faciant mentionem controverſiarum ſuper beneficiis, non poterant tamen extendi ad beneficia, quæ per nominationes poſtmodum conceſſas, occupari contingeret, ſeu de controverſiis hujuſmodi cognoſcere non potuiſſet Conſervator.

84. Nam conſervatoriæ privilegium admodum exorbitans eſt tam à civili, quàm canonico jure, & praxi, quibus cavetur, ut Actor forum rei ſequatur. *l.* 4. *Cod. de juriſdictione cap.* 1. 3. 13. 14. 20. *de*

foro

foro competenti; & magis adhuc exorbitat, ſi per illud concedatur etiam, ut extraneus ſuper re alibi, ſeu in alia Provincia ſita conveniatur: talis enim per jus commune exemptus eſt duplici titulo, hoc eſt tàm ratione domicilii, quàm rei ſitæ; ſpecialiter enim cautum eſt, ut ſi de poſſeſſione, vel proprietate quæſtio ſit, ibi Reus forum ſortitur, ubi res ſita eſt. *Toto titulo Codicis, ubi de poſſeſſione*.

85. Maximè denique præfatum privilegium Conſervatoriæ exorbitat, ſi per illud inſuper concedatur, ut Conſervator judicet de beneficiis per Academicos vigore nominationum, vel ſimilium Indultorum impetratis.

86. Prætendunt enim poſſe ſibi eligere Conſervatorem etiam è gremio ſuo, ad quod admittitur nemo, niſi prævia promiſſione, aut juramento privilegia tuendi; & plerumque, qui è gremio eligitur, fuit per ipſa nominandi, aut conferendi privilegia impinguatus, & dilatatus, indè gratitudo invitat ad fimbrias conſervatoriæ etiam dilatandas.

87. Sicut ergo diſpoſitio generalis nō comprehendit caſus privilegio inſignes, ita conceſſio generalis poteſtatis cognoſcendi etiā de beneficialibus cauſis data Conſervatori, comprehendere non poterat caſus ſpecialibus exorbitantiæ notis ſpectabiles, & ſpecialiter non debebat comprehendere jus cognoſcendi de beneficiis per privilegia nominandi acceptatis.

88. Specialiori igitur priuilegio fuit opus, & non generali tantùm, ut horum cognitioni ſe immiſceret Conſervator: illud autem conceſſit tandem Adrianus VI. non tamen uſque adeò proceſſit, ut Sedis Suæ authoritatem, ejuſdem jura, facta, actiones, collationes ſubjiceret cognitioni Conſervatoris.

89. Sed iterum reſtrinxit ad caſum, quo controverſia eſſet inter Prælatos inferiores, aliaſque Eccleſiaſticas perſonas, quarum ſimiliter conſervatorialibus litteris, & privilegiis derogavit in favorem Vniverſitatis; nullatenus verò authoritati Rotæ Romanæ, nec Executorum Apoſtolicorum, pro juribus Sanctæ Sedis deputatorum, quidquam detraxit. Id patet ex verbis Bullæ, quæ ſubjungimus.

90. *Et quod dicti omnes, & ſinguli Artium Magiſtri, ſive ſeniores, ſive juniores eſſent, ſuper beneficiis per eos in vim hujuſmodi nominationis acceptatis, per quaſcumque perſonas, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſterent, etiamſi Abbatiali, Epiſcopali, Archiepiſcopali, aut alia majori dignitate, etiam Cardinalatus honore prefulgerent, aut in vim quarumcumq; etiam conſervatorialium litterarum, ac privilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum, etiam quibuſvis Eccleſiis, Monaſteriis, & locis, ac Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinariis, Abbatibus, Capitulis, Conventibus, Collegiis, Vniverſitatibus, etiam Pariſienſi, & aliorum ſtudiorum*

generalium, ac illorum, & quibuſvis aliis etiam ex pactis, & quibuſvis aliis cauſis, ac ſub quibuſcumq; tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & Decretis, pro tempore concesſorum, extrà dictam Vniverſitatem ad judicium trahi non poſſent; ipſi tamen nominati hujuſmodi, ſuos in dictis beneficiis quoſcumque adverſarios, coram aliquo ex Conſervatoribus Privilegiorum ejuſdem Vniverſitatis Lovanienſis trahere.

91. Quo loco nihil diſponit Pontifex de beneficiis acceptatis vigore nominationum Vniverſitatis, quæ etiam ſtatuerat intercedere pro extenſione ſuæ Conſervatoriæ, quod tamen ob præmaturam mortem Pontificis, vel alia de cauſa non obtinuit: obtinuit autem Facultas Artium extenſionem jam dictam adhibitis ad hoc ſecretiſſimis mediis. Patent hæc omnia ex Actis tàm Vniverſitatis, quàm Facultatis deſcriptis latiùs ad calcem hujus appendicis ſub litt. A. B. C. D. E. F. G. H. I.

92. Denique cùm dubitaretur, an per Tridentini Concilii decreta, quibus variæ Conſervatoriæ, & exemptiones tolluntur, eſſet derogatum juriſdictioni Conſervatoris Vniverſitatis, ac propterea varii Prælati, aliæque Eccleſiaſticæ perſonæ vigore ordinariæ juriſdictionis ſuæ, vel legationis, vel etiam Brevium, & litterarum à Sancta Sede impetratarum, Academiæ ſuppoſita traherent coram diverſis Tribunalibus, uti fecerant Trajectenſes, Leodienſes, &c. Gregorius XIII. per Bullam relatam in priuilegiis pag. 98. confirmavit Adriani litteras, in quibus, ut dictum eſt, Conſervatori datur poteſtas cognoſcendi de beneficiis vigore nominationum Facultatis Artium acceptatis.

93. Et per aliam Bullam relatam pag. 172. confirmavit citatas Bullas Pauli, & Martini, & earum contenta, ſed addidit utrobique clauſulā, *prout jacent*, pag. 106. & 175. & clauſulam, *quemadmodum per præfatos Prædeceſſores noſtros conceſſa, & confirmata fuerunt*, dicta pag. 106.

94. Per hujuſmodi generales privilegiorum clauſulas certum eſt (ut diximus) non tribui ius cognoſcēdi de juribus S. Sedis, quod probatur primò ex Concilio Tridentino, in quo *ſeſſ. 24. cap. 20.* ita habetur: *Cauſa omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes etiamſi beneficiales ſint, in prima inſtantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoſcantur*. Deindè ſubſequitur: *Legati quoque etiam de Latere, Nuncii, Gubernatores Eccleſiaſtici, aut alii quarumcumque Facultatum, vigore, non ſolum Epiſcopos in prædictis cauſis impedire, aut aliquo modo eorum juriſdictionem ipſis præripere, aut turbare non præſumant, ſed nec etiam contra Clericos, aliaſve perſonas Eccleſiaſticas, niſi Epiſcopo prius requiſito, eoque negligente, procedant: aliàs eorum proceſſus, ordinationeſve nullius momenti ſint, atque ad damni ſatisfactionem partibus illati, teneantur.*

95. Super quo Declarationum una ita ſonat: *Proviſi per Sedem Apo-*

Apoſtolicam de beneficiis reſervatis, poſſunt virtute Brevium in favorem litterarum, ſeu nomine Cameræ Apoſtolicæ ad accipiendam poſſeſſionem coram Auditore ejuſdem Cameræ directarum, citare, & ad Iudicem coram eodem Auditore Cameræ vocare poſſeſſores talium beneficiorum occupantes, & detinentes, ac ſi coram ordinario ſuper poſſeſſorio tantùm cauſa ventilarentur, ac ſi ſententia ſuper eodem poſſeſſorio prolata fuerit, poteſt pars adverſa cauſam in Curiam committere.

96. Probatur ſecundò, quia numquam in generali conceſſione veniunt ea, quæ quis in ſpecie non fuiſſet conceſſurus, *ut habet regula expreſſa in* 6. non eſt autem veriſimile, quod Pontifex fuiſſet conceſſurus juriſdictionem contra ſe, & in cauſis, in quibus de ipſius jure agitur: hoc argumentum eſt Wameſii Vniverſitatis, & Facultatis Artium Advocati famoſiſſimi, cujus auctoritate tantopere nituntur.

97. Is enim conſil. 481. agens de Advocato, quem ad repellendas injurias conſtituebant olim Capitula, ſimiliaque Corpora Eccleſiaſtica temporalem juriſdictionem habentia, & volente vſurpare juriſdictionem adversùs ipſum Capitulum. Primò comparat cum Conſervatori num. 22. deinde num. 24. ſubjungit: *Demonſtrat id quoque officium Villici per dictum Capitulum in Richel conſtituti; cui ſatellites etiam addicti ſunt: ad cujus officium ex univerſali vicinorum locorum uſu, & obſervatione pertinet facinoroſorum apprehenſio, & accuſatio; ita ut ex generali defenſionis conceſſione inferri non poſſit ſpecialis, & alterius generis conceſſio; quam non eſt veriſimile Dominos Reos conceſſuros fuiſſe. l. qui peculii, de peculio, l. obligatione, de pignor. & à ſe abdicaturos poteſtatem, vel eam ita ſibi conſtricturos, ut per ſuum villicum, & ſatellites, ſine Advocato eam exercere non poſſint.*

98. Etiamſi ergo Pontifices in præfatis Conſervatorialibus litteris locuti fuiſſent generaliter, & non reſpectivè ad inferiores tantùm (quod tamen ipſos feciſſe ex ipſis litteris evidens eſt) adhuc cenſerentur excepta jura ipſius S. Sedis, nec adversùs ejuſdem collationes poſſet ſe immiſcere Conſervator.

99. Idem ſentit *Grammaticus conſil.* 72. *nu.* 5. ubi poſt Baldum ſcribit: *Quod in conceſſionibus juriſdictionum ſemper auctoritas ſuperioris concedentis præſervatur illæſa, cum citra ejus auctoritatem nequeat exerceri, & in eo ſemper reſideat ſuprema poteſtas inſeparabilis, unde poteſt aliorum juriſdictionem ſupprimere. allegat. nota. per Doct. in l. 1. Cod. de ſumma Trinitate, & fide Cathol. & ideo benè facit, quod licèt Princeps alicui Baroni merum Imperium concedat in Baronia, non ex hoc ſe denudaſse videtur ſua juriſdictione, & imperio, & ſic videtur juriſdictio ipſa conceſſa Baroni abſque præjudicio ſuæ Regiæ juriſdictionis, ut inferior gradus meritum ſuperioris cognoſcat. Text. eſt ſingul. in l. 1. Cod. de offic. Præfect. urb. ſupra allegat. & accedit benè textus in cap. cum Epiſcopus, de offic. ordin. in* 6. *& quod*

Digitized by Google

rotai *Bartol.in l. quando, Cod. de bon. vacan. libr.x.*

100. Item Menoch.de pręſumpt.lib.2.præſumpt.18.*In conceſſio-ne juriſdictionum ſemper auctoritas concedentis cenſetur pręſervata illaſa, & extat ratio*, inquit, *quòd in ſermone generali non comprehenditur perſona lo-quentis, & hoc maximè procedit in perſona Principis, quæ dicitur excepta, ne ſibi legem imponere videatur.*

101. Convenit Cephalus lib.4.conſil 439 n.7.uſque ad 13.jun-cto num.49.& tribus ſequentibus, ubi ſimiliter oſtendit,& pluribus probat, *quòd conceſſa alicui per Pontificem juriſdictione, non cenſeatur ipſe illa ſe exuiſſe.*

102. Eandem rem latiſſimè tractat Rolandus à Valle volum. 2.conſil.1.n.135.& ſeq.*Principes* inquit, *non poſſunt dare alteri juriſdi-ctionem,ſeu poteſtatem, quin eis remaneat major juriſdictio, & poteſtas, quàm fuerit translata, ut eſt tex.clarus in c.dudum,§.nos igitur,de præbend.in 6.ubi ſic inquit Papa: Et ſi Cardinalibus noſtris, vel alteri dederimus poteſtatem conferendi beneficia, apud nos tamen eadem, immò major poteſtas remanſit. quem tex.dicit pulchrum Afflict.in cap.1.§.ad hæc.n.15.de pac.jur.fir.*Et pa-rum infra: *Licèt Rex Ferdinandus conceſſerit quaſi omnibus Baronibus Re-gni privilegium de primis cauſis, ut pro ipſis non poſſint conveniri eorum va-ſalli in magna Curia Vicaria, nec in Sacro Concilio, ac coram aliquo Legato Regiæ Majeſtatis, tamen hoc non obſtante, ſi Princeps ex certa ſcientia com-mittat cauſam alicui contra ipſos vaſallos, quod non poterint ſe tueri dicto pri-vilegio, nec per hoc dicitur fieri privilegio Baronum præjudicium, quia intel-ligitur poteſtas Regis reſervata,cum non poſſit dare tantam juriſdictionem,quin ſibi major remaneat, quia privilegio quis non utitur contra eum, à quo illud obtinuit,nec etiam propter eum,propter quem obtentum fuit,ut per Luc.de pen. in l.2.Cod.de privil.dom. Aug.lib.11.quę etiam notanda dicit, quia utilia.*

103. Rurſus Grammaticus voto 28. eandem doctrinam poſt Ancharanum, Feljn.Calderin. & alios, pluribus comprobat, uti etiam Camillus Borellus de Magiſtrat.Edict. lib.1.n.113. *Princeps*, inquit;*Magiſtratui juriſdictionem concedens, ſibi ſemper cenſetur reſervaſſe majorem*,citatque Albertum Brunum, Campegium, Corſetum, & iterum Grammmaticum conſilio civili 8. dicentem: *Nunquam præ-ſumitur, quod Princeps voluerit ſibi præjudicare, niſi quatenus fuerit ex-preſſum; & in generali ſermone ſemper cenſetur exceptus, ne ſibi legem im-ponere videatur. cap.1.in fine de alienatione prohibita per Federicum, aut di-gnitati ſuæ præjudicare. Anton.de Butrio in cap.ut debitus, de appell.*

104. Idem cenſuerunt plurimi alii, quos refert, & ſequitur *Camillus Borellus lib.4. de Magiſtrat. Edict. cap.8.* Chopin. *de Domanio lib.3.tit.*20.ubi ait:*Regia feudorum conceſſione generatim concepta, ſublimem Regiam juriſdictionem non comprehendi*. Quibus aſſentitur Wameſius Vniverſitatis Advocatus conſil.9.num.2. ſcribens: *Non abdicat à ſe poteſtatem Pontifex in ea Provincia, ad quam Legatum mittit cum ampliſſi-*

mis

Digitized by Google

mis mandatis, ſed maiorem ſemper, quàm Legato concedit, apud ſe retinet.

105. Multò minùs cenſendus eſt Pontifex Conſervatori delegaſſe privatiuè cognitionem Iurium ad S.Sedem pertinentium, & eandem alicui Decano, vel Abbati, quem ex nominatis ſibi maximè faventem, & placentem Vniverſitas, etiam ex ſuo Corpore eligeret, cui inſuper conditiones apponeret tales, quas videbimus infrà, quarum una hæc eſt, *quod ſignare debeat Conſervator citatoriales, & inhibitoriales litteras, quas ſignaverit Rector*.

106. *Item quod non poſſit uti Aſſeſſoribus, niſi quos probaret Vniverſitas. Faſti Academici* pag.72. qui Aſſeſſores, Conſervatore ſæpè vel abſente, vel aliàs impedito, in effectu omnem poteſtatem, & juriſdictionem exercent, & plurimas ſententias ferunt in cauſis, de quibus non cognovit Conſervator.

107. Et quod notandum eſt, ipſimet Aſſeſſores ſunt de Vniverſitatis gremio, & adhuc modò Aſſeſſorum vnus eſt Syndicus, ſeu, ut alii vocant, Fiſcalis Vniverſitatis, & ſic idem foret Actor adversùs S.Sedem (quatenùs prætendit vi officii ſe debere tueri privilegia) & Iudex ejuſdem.

108. Syndicum enim, vel Fiſcalem Vniverſitatis agere adversùs S.Sedem, aut ejus jura, exemplis pluribus poſſet probari: unum hic ex ipſius Vniverſitatis Actis tãtummodo ſubjungemus, in quo cum Illuſtriſs. Apoſtolicus Nuncius Bruxellis degens tuliſſet decretum aliquod contra D.vanden Velde nominatum ex parte Facultatis Artium: *Concluſit Magnificus Dominus* (anno 1531. in Iunio) *habitis Facultatum deliberationibus, expediendas eſſe litteras caſſatoriales ex parte R.D. Conſervatoris ad inſtantiam dicti Domini vanden Velde, adjuncto officio Fiſcali, ita tamen, ut hæc non fiant ſub nomine Vniverſitatis*.

109. Quis credat ejuſmodi Tribunali Summos Pontifices ſe, S.Sedem, & ejus Iura, & collationes ſubmiſiſſe, cùm nequidem Principes ſæculares velint de juribus ſuis per ejuſmodi inferiores judicari, ſed per ſe, vel ſuprema Concilia. *Chòpin de Domanio Franciæ lib.2. tit.6.* à quibus tamen ſæpè, & pro arbitrio cauſam avocant, nec illis privatiuè, ſed cumulatiuè ad ſummum, juriſdictionẽ concedunt, ut conſtat ex iis, quæ tradunt Borellus, Burſatus, Menochius, & alii ſupra citati.

110. Sed non eſt hìc neceſſe immorari pluribus ad probandũ Ius S.Sedis, cùm ipſa habeat fundatam intentionem vi generalis juriſdictionis in Orbem vniverſum, & maximè ſi quæſtio eſt de beneficiis, quorum, inquit Wameſius, *omnium Dominus eſt Papa*, ſeu, ut illius verbis utar: *Pontificia proviſio, ſeu collatio fundatam habet intentionem, eò quod Pontifex omnium beneficiorum Eccleſiaſticorum indubitatus ſit Dominus, & diſpenſator, & ad eum illorum plena, & libera diſpoſitio ex ſua poteſtatis plenitudine pertineat, &c.* conſil. 246.n.1.

Sed

Digitized by Google

111. Sed probare deberet Conſervator, prætenſam juriſdictionem, ſeu poteſtatem cognoſcendi de collationibus S. Sedis, & de juribus ejuſdem, ſibi eſſe conceſſam, & quidem privativè, ac ſub nomine *Epiſcoporum, aliarumque perſonarum Eccleſiaſticarum*, de quibus fit mentio in Conſervatorialibus Bullis Martini V. Pauli II. & Adriani VI. confirmatis per Gregoriū XIII. cum clauſula, *prout jacent*, comprehendi Pontificem, ejuſque actiones, & facta.

112. Generatim enim delegatus Iudex, qualis eſt Conſervator, *cap.1.& ult. de offic.Iud. deleg. in 6.& ibi latiùs Doctores*, docere debet de commiſſione, & auctoritate ſua, ut latè docet poſt plurimos, quos citat, *Borellus de Magiſtrat. Edict. lib.1. cap.1. à num.32. uſque ad num.43.* & Menochius de præſumpt. lib.2. præſumpt.14. *Qui*, inquit, *à Principe juriſdictionem ſibi tributam aſſerit, ob id, quod facti eſt probare tenetur, cùm facta ipſa non præſumantur*.

113. Multò magis probari debet, ſi aſſeritur facta delegatio earum rerum, & cauſarum, quæ alioquin reſervatæ ſunt ipſi Pontifici, aut principi; nam tunc manifeſta probatione opus eſt, ut traditur à Ioanne Andrea, Geminiano, Franco, Probo, & aliis ſuper cap.1.de offic.deleg.in 6. & ſi quæ foret in verbis privilegiorum dubietas, ad Sanctam Sedem referendum eſſet; quòd latiùs oſtendemus infrà, ubi prius viderimus ea, quæ facti ſunt, & dictarum Bullarum Martini V.Pauli II. Adriani VI. Gregorii XIII. uſum concernunt.

Diſcutitur pleniùs Iuriſdictio Conſervatoris, & ejus uſus, ex ipſis Facultatis, & Univerſitatis Actis uſq; ad an.1616. ſeu uſque ad Indultum Paulinum; & oſtenditur, quod non potuerit ſe immiſcere D. Conſervator cognitioni Controverſiarum ſuper beneficiis à Sancta Sede collatis, quodque in dubiis Privilegii Univerſitas agnoverit Sanctam Sedem uti Iudicem competentem.

114. EXaminavimus hactenùs Bullas Conſervatoriales conceſſas à Pontificibus, qui Paulum V.præceſſerunt: hìc perpendemus Acta, & videbimus quid ex illis reſultet ſuper prætenſa per Academicos in favorem ſui Conſervatoris, ſeu ſuum potius, adversùs S Sedis auctoritatem, juriſdictione.

115. Ex illis conſtat primò Bullas Conſervatoriales ſic ſucceſſivè intellectas, ut ante Bullam Adriani VI.nulla competeret Conſervatori juriſdictio in cauſis beneficiorum vigore nominationis

acce-

Digitized by Google

acceptatorum : in Actis enim Vniverſitatis anni 1516. legitur: *Controverſias fuiſse ortas ſuper beneficiis ejuſmodi, & ſuper illis nominatos fuiſſe tractos coram diuerſis Iudicibus*. Idem repetitur in Actis an. 1517.

116. Nec tantùm iſti prætenſæ Conſervatoris juriſdictioni oppoſuerunt ſe externi, ſed etiam ipſius Cæſareæ Majeſtatis ſubditi, ut Atrebatenſes, & Trajectenſes, quorum Conſervator Albertum de Campis (qui beneficium ad Præpoſiti Trajectenſis collationem acceptaverat) coram ſe traxit, ut refertur in Actis Facultatis Artium ad dictum annum 1517.

117. Similiter reſtiterunt Hannones, & Flandri, de quibus in antiquis Actis Vniverſitatis circa annum 1522. legitur: *Dominum Rectorem narraſſe qualiter ex Hannonia venerint litteræ ad D. Conſervatorē, quibus ſignificabatur, quod nulli ſubditorum Provinciæ Hannoniæ citati comparebunt coram dicto Conſervatore, nec ſe ejus juriſdictioni ſubmittent, & idem introducunt* Flandrenſes, *& plures alii. Quare poſuit in deliberatione* Dominorum*, quid in præmiſſis faciendum erit, cùm idem caſus acciderit Magiſtro Oliverio Ronſt, qui in Curia* Flandriæ *ſuccubuit in quadam cauſa beneficiali* &c.

118. Hinc anno 1522. receptis litteris de electione Adriani VI. poſt diverſas deliberationes cenſuerunt petendam eſse ab Adriano extenſionem privilegiorum, *patet ex Extractis ad calcem hujus quæſtionis litt. A. & B.*

119. Prætendebant autem extenſionem duplicem, videlicet nominationum in fauorem Vniverſitatis, *litt. C. & D.* & Conſervatoriæ, *litt. D. & E.*

120. Inter Conſultationes ſingularum Facultatum ſuper prædicta extenſione impetranda, legatione, & ſumptibus, orta eſt diſſenſio, ut patet *ſub litt. D. & F.* interim autem Facultas Artium, cui maximè antea faverat Adrianus, ut patet *ſub litt. B*, privatim, & ſecretè pro extenſione ſuarum nominationum, & Conſervatoriæ egit, & obtinuit ut extenſio illa adhuc vivo Adriano ſignaretur, *ut refertur in Actis Facultatis de menſe Auguſti* 1523. *litt. G.*

121. Sed præmortuo Adriano priuſquàm legatos ſuos miſiſset Vniverſitas, & antequàm expedirentur litteræ extenſivæ privilegii Facultatis; ſtatuit dicta Vniverſitas legatos ſuos mittere ad Clementem Adriani ſucceſsorem; & denuò Facultas inſtitit apud eundem pro obtinenda extenſione litterarum conceſſionis factæ per Adrianum, necnon pro gratia ulteriori obtinenda, *litt. G.*

122. Verū importunā tot privilegiorū ſollicitationē improbavit Margareta Archiduciſsa Belgii Gubernatrix litt. H. & expeditioni litterarū cōſentire differebat Clemens VII. Adversùs has difficultates variis artibus uſa eſt Facultas, *prout refertur in Actis ſub lit. I.* & tādem obtinuit, ut extenſio per Adrianum conceſsa expediretur.

Conti-

123. Continet autem hæc extenſio duo capita; nam vigore Bullæ Leonis non poterant acceptare Canonicatus Eccleſiarum Cathedralium, ſed tantùm beneficia expreſſa in litteris Sixti, *ut habetur in prvilegiis pag.*74. Adrianus autem etiam extendit ad Cathedrales, & Metropolitanas Eccleſias; *privilegia pag.* 88. & ut dictum eſt, Conſervatoriam extendit etiam ad beneficia vigore nominationum ex parte Facultatis acceptata; *privilegia pag.*89.*propè finem.*

124. Ex his omnibus patet quàm verum ſit, quod dictum eſt hac quæſtione num.83.& ſeqq. *Iuriſdictionem Conſervatoris ſe non extendiſſe ad beneficia vigore nominationum acceptata*; ſed multiplici ad hoc fuiſſe opus ſollicitatione,& tandem ſpeciali conceſſione per Adrianum, ex cujus unica Bulla æſtimanda venit tota juriſdictio, quam habuit Conſervator ante tempora Pauli V. ſuper beneficiis acceptatis vigore nominationum Facultati conceſſarum.

125. In hac Bulla dicitur: *quod ſuper beneficiis vigore nominationum acceptatis, per quaſcumque perſonas, cujuſcumque dignitatis, gradus, ordinis, etiamſi Abbatiali, Epiſcopali, & alia majori dignitate, etiam Cardinalatus honore prefulgeant, &c. extra dictam Vniverſitatem ad judicium trahi non poſſint, ipſi tamen nominati poſſint quoſcumque adverſarios, coram aliquo ex Conſervatoribus trahere*. *privilegia pag* 89.

126. Sed ut jam aliquoties dictum eſt, totum dirigitur adversùs inferiores Prælatos, caſu quo de beneficiis per nominatos acceptatis diſponant; non adversùs S.Sedem, ſi provideat de beneficio acceptato per nominatum, qui vel nominabilis non erat, vel nominatione abuſus eſt, v.g.acceptando incompatibilia, excedentia taxam, reſervata, vel aliàs ſub nominatione non cadentia.

127. De his enim Rota, vel Executor Apoſtolicus, & præcipuè Auditor Cameræ cognoſcit, & à tempore immemoriali cognouit, inter cujus Facultates refertur: *quod quaſcumque litteras, generales,& particulares, tàm ſub plumbo, etiam per officium Audientiæ noſtrarum litterarum contradictarum, ac per officium minoris gratiæ, quàm in forma Brevis expeditas, & quarum ſolam ſignaturam ſufficere conceſſum fuerit, ſupplicationes per nos, & pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem, aut in ejuſdem Pontificis, ſeu noſtra præſentia ſignatas, nec non litteras pro tempore exiſtentium Camerarii,& Pœnitentiarii majoris noſtrorum, dummodo in illis, & litteris Apoſtolicis prædictis alii Executores deputati non fuerint, ſolus; in quibus verò deputati erunt, cumulativè cum illis exequi, & ſuper illis proceſſus debitos in forma ſolita, etiam cum promulgatione cenſurarum in ſimilibus promulgari ſolitarum, decernere.* Vide Conſtitutionem Pii IV. datam Kal. Maii 1561.& Pauli V. datam 17. Kal. Octob. 1606.

128. Et hoc ſemper uſque ad tempora Pauli V. fuit obſervatum, ut conſtat partim ex Bulla ejuſdem Pauli, *privilegia pag.* 124. ex ipſius Vniverſitatis, & Facultatis Actis, ex quibus etiam

conſtat

Digitized by Google

conſtat, quod ſi dubium de privilegii ſenſu oriatur, ad S. Sedem ſpectet mentis ſuæ interpretatio.

129. Nam circa annum 1544. controverſia ſuper nominatione Servatii Hausbergh, an ſcilicet *per privilegia ſufficienter derogatum fuiſſet Germaniæ Concordatis*; ſeu, *an Aquenſe Capitulum poſſet in menſibus ordinariis gravari*, tractata eſt apud S.Sedem, *litt.* K.

130. Anno 1547. alia ſuper Canonicatibus S. Lamberti Leodii, ratione taxæ, mota eſt inter Proviſum Apoſtolicum, & N. Dervillers nominatum, ac Romæ eodem Dervillers condemnato, ut patet ſub *litt. L. & M.* non fuere amplius obtenti vigore privilegii Canonicatus ejuſmodi uſque ad Paulum V. qui taxam auxit, & indulſit, ut Canonicatus S. Lamberti poſſent acceptare.

131. Paulò poſt quæſitum, *An per nominationes gravari poſſent Collatores, qui non habent diſponere de plus quàm ſex beneficiis*; & iterum apud S.Sedem cauſa agitata, Ioannes Iudocus à Facultate nominatus, fuit condemnatus; ſicuti etiam ob rationem eamdem varii condemnati ſunt per Concilia Regia, *ut dictum eſt ſupra quæſtione 2. pag. 36.*

132. Sed ubi nominatio inventa eſt legitima, S.Sedes, quæ in concedendo fuerat liberalis, etiam in fovendo nominatos non minus fuit juſta. Nam penè eodem tempore, quo condemnavit Ioannem Iudocum, Ioanni Iupilio Canonicatum S.Dionyſii Leodii adjudicavit; ut habetur in Actis Facultatis ad annum 1551.

133. Anno 1555. mota nova contraverſia, *ſcilicet an beneficia, quæ tempore conceſſi privilegii taxā non excedebant, ſed modò excedebant propter augmentum fructuum, caderent ſub nominationibus*, actum fuit de petenda declaratione à S.Sede ſuper mente privilegii, & à Cæſarea Majeſtate ſuper mente Placeti ſui: *vide ad calcem, litt. N.*

134. Sed quia gravis tunc erat quæſtio de abuſibus, quos etiā ipſa Cæſaris Aula ferebat ægerrimè, ut propterea paulò poſt Viglius Præſes comminatus fuerit, *videatur Extractum ad calcem quæſtionis ſub litt. A. pag.* 57. fuit petitioni ſuperſeſſum.

135. Circa annum 1558. N. Duras, & Ioannes Doye coram Apoſtolico Iudice ſuper beneficiis ſuis ſimiliter vigore nominationum acceptatis, ſed ob cauſam à S.Sede alteri collatis, litem coram Apoſtolico Iudice conteſtati ſunt.

136. Et examinatis circa annum 1575. privilegiis tractus, Signatura Iuſtitiæ cenſuit illa non habere locum, *ſi lis oriatur ſuper beneficiis, ſive per Regulas Cancellariæ, ſive quocunque alio modo reſervatis*, ut latiùs refertur ad calcem hujus quæſtionis *litt O.*

137. Et quod notandum eſt, id cenſuit Signatura paulò poſt datam à Gregorio XIII. confirmationem Bullæ Adriani, concedentis, ut de beneficiis vigore nominationum ex parte Facultatis

Digitized by Google

acceptatis poſſet cognoſcere Conſervator, & Academici non poſſent ſuper illis evocari. *Bulla hæc data eſt anno 1573. ſeu ſtylo Curiæ* Kal. *Mart.* 1572. *privilegia pag.* 98.

138. Argumentum profectò evidens indè colligitur, quòd nec Adrianus concedendò, nec Gregorius confirmando, quidquam auctoritatis Conſervatori dederit cognoſcendi de Collationibus S.Sedis, & quod Sanctiſſimus D.N. Clemens IX. non de diminuendis privilegiis, ſed de illis intra conceſſionis terminos contra abuſus conſervandis agit, improbando uſurpationem Conſervatoris prætendentis cognoſcere de reſervatis.

139. Scripſit dicto anno 1575. Romam Vniverſitas, miſit privilegiorum ſuorum copias authenticas, cum explicatione difficultatum, petiit confirmationem Bullarum Martini V. & Pauli II. Conſervatoriam concernentium, *ut patet ſub dicta litt O.* confirmavit dictus Gregorius XIII. anno 1578. adjectis ampliſſimis clauſulis, quòd *Doctores, Scholares, &c. non poſſent quovis quæſito colore moleſtari, perturbari, & quod ſuis litteris per quaſcumque alias, etiam in forma Brevis, & ſub nomine Cameræ Apoſtolicæ à ſe, vel Romanis* Pontificibus *ſucceſſoribus, emanatas litteras, non cenſeretur derogatum, &c. privilegia pag.* 175.

140. Verùm in illa confirmatione addita ſunt duo, quæ penitùs intentionem Lovanienſium, & uſurpationem juriſdictionis ſuper beneficiis ſpectantibus ad Collationem S.Sedis, jugulant.

141. Primò enim Confirmatio illa anni 1578. non concernit cauſas beneficiales, ſed tantùm civiles, criminales, & ex his mixtas: multò minùs concernit cauſas beneficiorum à S.Sede collatorum. Confirmatio enim fuit petita ea ratione, quòd externi ad Tribunal Conſervatoris evocati agnoſcerent quidē ejus juriſdictionē quoad quaſdam cauſas beneficiales, in quibus erat quæſtio de jure, & collatione Prælatorum inferiorum conformiter ad Bullam Adriani, quam anno 1573. Gregorius confirmaverat.

142. Nolebant autem juriſdictionem agnoſcere in cauſis beneficialibus, eò quod in confirmatione prædicta anni 1573. facta per Gregorium, non eſſet confirmata Bulla Conſervatorialis Martini V. nec Pauli II. *id patet expreſsè ex privilegiis pag.* 174. petiit ergo Vniverſitas confirmationem dictarum Bullarum Martini, & Pauli, ut poſſet ſe adversùs ejuſmodi declinatorias exceptiones tueri.

143. Sic enim habent verba Bullæ: *Dilecti Filii, Rector, Doctores, Magiſtri, & Scholares Vniverſitatis hujuſmodi nobis nuper exponi fecerunt pro eo, quod in dictis noſtris litteris de Adriani tantùm, non autem Martini, neque Pauli Prædeceſſorum ſtatutis, ordinationibus, & decretis hujuſmodi mētio facta extitit, nonnulli ſumpta indè cavillandi occaſione, ſtatuta, ordinationes, & Decreta Martini, & Pauli Prædeceſſorum, hujuſmodi uſu, & effectu carere, neque amplius attendi debere, ac Rectorem, Doctores, Magiſtros, Scholares,*

& per-

& perſonas Vniverſitatis hujuſmodi in quibuſcumque cauſis, aliàs quàm occaſione beneficiorum in vim nominationum hujuſmodi acceptatorum, extra muros dicti Oppidi ad judicium evocari poſſe præſumunt. Quare iidem Rector, Doctores, Magiſtri, Scholares, & perſonæ nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus ſtatutis, ordinationibus, & Decretis Martini, & Pauli Prædeceſſorum hujuſmodi pro illorum ſubſiſtentia firmiori etiam robur noſtræ confirmationis adjicere, ac aliàs in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

144. Ex quibus clarè patet, quòd confirmatio illa ad cauſas beficiales (de quibus etiam Pontifex nullam fecit mentionem in diſpoſitivo Bullæ) minimè pertineat. Itaque verba ejus ad civiles, & criminales, ac ex his mixtas cauſas referenda ſunt; per tradita à Cardinali Tuſco *litt. R. concluſ.* 273, Romano *conſil.* 132. Aretino *conſil.* 94. *&c.* ubi docent, interpretationem, & ſenſum gratiæ accipiendum eſſe ex precibus, nec aliud cenſeri conceſſum, quàm quod eſt petitum.

145. Secundò, Pontifex non confirmat ſimpliciter Bullas Martini, & Pauli, ſed expreſsè addit particulam, *quatenus ſunt in uſu*, privilegia *pag.* 175, non fuerunt autem dictæ Bullæ Martini, & Pauli in uſu quoad cauſas beneficiales, *ut oſtenſum eſt ſupra num* 115. *& ſeqq.* nec poſtea unquam ante Gregorium ad uſum redactæ ſunt; tantùm abeſt, ut Conſervator foret in uſu cognoſcendi de Collationibus Pontificiis, obſtante in contrarium S. Sede, *uti vidimus paulò ante*.

146. Nec poſt Gregorium uſque ad Paulum V. alius ſubſecutus eſt uſus, quàm qui ante eundem fuerat quoad cognitionem de Collationibus Pontificiis.

147. Nam circa annum 1588. Giſbertus Danielis citatus eſt ad Curiam ratione Canonicatus Tungrenſis vigore nominationis ex parte Facultatis Artium acceptati, quo tempore prætendit Vniverſitas ſe, & ſua ſuppoſita non poſſe Romam trahi; deditque ſuper hoc litteras ad Cardinalem Montaltum, quibus reſcripſit ille.

148. *Quod attinet ad privilegia, de quibus mihi ſcribitis, ne ad Romanam Curiam trahamini, hortatur vos ſua Sanctitas, ut curetis illa ad Vrbem transferri; neque enim recuſabit ubi fuerint recognita, compertaque cum Romanorum Pontificum ſententia, & voluntate, atque cum ipſa æquitate conſentire, illa rata, grataque habere, & ſi opus eſſe intellexerit, etiam ſua authoritate confirmare.*

149. Non renuit S. Sedis judicium tunc Vniverſitas, vel Facultas; non conſtituit ſe privative privilegiorum ſuorum proprium interpretem; ſed, *ut habetur in ejus Actis ſub initium anni* 1589. miſit Romam copias authenticas privilegiorum tractus, quibus viſis perſtitit S. Sedes.

150. Hinc cùm rurſùs Godefridus Chincii à Facultate Artium

 nomi-

Digitized by Google

nominatus ſimiliter Canonicatum Tungrenſem in menſe Apoſtolico vacantem acceptaſſet, eum alteri ratione incompatibilitatis Sua Sanctitas contulit, ipſeque coram Auditore Rotæ eſt citatus, & pluralitas incompatibilium beneficiorum objecta eſt, *ut conſtat ex Wameſio conſil. 243.* itaque ad Sixtum V. ſcripſit Vniverſitas, & ad Procuratores ſuos, qui in Iudicem poſtularunt Card. Pinellum.

151. Qua de re ita ſcribit iterũ Cardinalis Montaltus: *Eruditiſſimi viri. Permotus S.D. Sixtus V. Papa max. litteris veſtris Lovanii 12. Feb. datis, nihil prius habuit, quàm ut vota, poſtulataque veſtra benignè audiret, illiſque humaniter cederet: itaque cauſam, quæ in Sacro Rotæ Auditorio ſuper Canonicatu, & Prabenda Tungrenſi inter Godefridum Chineii ab iſta Vniverſitate nominatum ex una, & quendam Matthæum familiarem* Orani *ejuſdem Rotæ Auditoris, partibus altera, agitabatur, ad ſe continuò à Rota avocavit, & Cardinali Pinello, quem quidem procuratores veſtri poſtulabant, audiendam, cognoſcendam, & debito fine terminandam delegavit; erunt igitur partes veſtræ cùm firmamenta, rationeſque, quibus jus veſtri Collegii innititur, iudicio probare, tum aſſiduis precibus ab immortali Deo contendere, ut Sanctitatem ſuam, quæ vos tantoperè diligit, diu incolumem ſervet.* Datum 20. Feb. 1590.

152. Examinatæ ſunt denuò rationes, & privilegia, ac præfatus Gisbertus Danielis, qui ante acceptationem Canonicatus Tungrẽſis acceptaverat *aliud incompatibile,* videlicet Canonicatum Viſetenſem, condemnatus eſt, & cum executioni ſententiæ differret parere, excommunicatus eſt, *ut habent Acta Vniverſitatis allegata etiam quæſtione 3. hìc reproducta ad calcem litt. P.*

153. Rursùs anno 1597. ſimili controverſia Romæ agitata, habita eſt Congregatio Magiſtrorum Facultatis Artium, in qua propoſuit Decanus quod ſequitur: *Quia, ut apparet, paſſim Romæ privilegia noſtra vocantur in dubium, an non videatur expedire Dominis de Facultate, ut aliqua Privilegia Facultatis noſtræ imprimantur, & mittantur Romã ad Exim. D.M.N. Gerardum Voſiium, qui ea, & ſuæ Sanctitati, & aliis exhibeat, quo pateant omnibus.*

154. *Ad ſecundum Articulum placuit Facultati, ut Receptor Dominus Licentiatus à Mechlinia, & Dominus Notarius Silvius diligenter omnia privilegia perlegant, ac examinent, diſpiciantq; quæ neceſſaria ſunt, ut imprimantur, & quæ non, eaque quæ impreſſione digna judicaverint, curet Receptor imprimi minore, & tenuiore charta, quantùm id fieri poterit minoribus ſumptibus.*

155. Agnovit hìc iterùm Facultas S. Sedem uti Iudicem, & interpretem privilegiorum à ſe conceſſorum; quibus examinatis, cenſuit dicta Sedes exceptiones prætenſas in favorem Conſervatoris, & adversùs evocationes non videri fundatas; obſtat enim abuſus, & incompatibilitas, propter quam beneficium S. Sedi manebat reſervatum.

Ideo-

Digitized by Google

156. Ideoque circa finem anni 1598. decreverunt Vniverſitas, & eadem Facultas, tam ob cauſas prædictas, quàm ob aliam cum Antverpienſibus, inſtituere legationem ad Vrbem, ad quam deſtinarunt Petrum Lombardum, quo agente ſperabatur propè diem res conficienda; jamque de idoneis clauſulis Bullæ confirmationis inſerendis eadem Facultas ſatagebat, *ut patet ex Extracto ſub litt. Q.*

157. Sed nihil quoad jus tractus eſt ſubſecutum; nam ſub initium anni 1600. extra Vniverſitatem ſuper beneficiis citati ſunt N. Feckius, & Ioannes Audax, *de quibus latiùs in Actis ſub litt. R.*

158. Interim verò agitabatur prædicta controverſia cum Antverpienſibus, prætendentibus nominationes ex parte Vniverſitatis non extendere ſe ad Eccleſias Cathedrales; eò quod in ejus privilegio tantùm fiat mentio *Eccleſiarum Parochialium, & Collegiatarum*, ſeu ut clariùs explicemus, *prætendentibus, quòd in Eccleſia ſua, quæ tempore conceſſi indulti erat Collegiata, ſed per erectionem novorum Epiſcopatuum facta erat Cathedralis, extinctum eſſet ius nominationis ex parte Vniverſitatis, propter mutatum dictæ Eccleſiæ ſtatum*: hac de re mentio fit in Litteris Lombardi exhibitis ad calcē quæſtionis tertiæ pag. 58. lit. C. in principio, & propè finem.

159. Cauſa diſcuſſa, cenſuit S. Sedes immutationem illam Eccleſiarum, ſeu acquiſitionem ſtatus dignioris, nihil derogaſſe antecedentibus privilegiis, emanavitq; in eam rem deciſio relata apud Seraphinum *deciſ.* 1444. de cujus robore non dubitant Academici, qui propterea nominant ad cæteras Cathedrales Eccleſias, quæ prius erant Collegiatæ, ut Mechlinienſem, Iprenſem, Brugenſem, Gandenſem, Audomarenſem. Ecce quanti fieri velint deciſionem Sanctæ Sedis, dum in ipſorum favorem lata eſt, ut etiam ad eas Eccleſias, quæ tunc non erant in lite, extendi velint, & extendant.

160. Eo autem tempore, quo cauſa illa nominationum ad Cathedrales ferventiùs agitabatur, ceſſavit tantiſper controverſia tractus, & evocationum extra Vniverſitatem, quæ tamen brevi, ſeu anno 1601. fuit per Lombardum reſumpta, & ut credebatur, ferè perducta ad finem: ſed nimis multa (ut apparet) prætendebat Vniverſitas, & Facultas, perpetuò ſollicita de variis clauſulis in Bulla inſerendis. *Videatur ad calcem litt. Q. R S.*

161. Propterea nihil eſt deſuper ſecutum, accedentibus præſertim novis abuſibus, ſeu acceptationibus beneficiorum incompatibilium, de quibus actum eſt quæſtione tertia, & de quibus longo tempore conqueſti ſunt Sixtus V. Clemens VIII. Paulus V. uti oſtenſum eſt ad calcem dictæ quæſtionis *litt. C. D. E. F. T.*

162. Indeque factum, ut anno 1604. N. Strecheus citatus fuerit ad Tribunal Auditoris Cameræ, ſuper beneficio in Eccleſia

Leo-

Digitized by Google

Leodienſi vigore nominationis acceptato, & à Sua Sanctitate collato Petro Verlaye, cujus Auditoris mandato non deferens, prout debuerat Conſervator, excommunicatus eſt.

163. Cujus factum conata eſt excuſare Facultas Artium ea ratione, quòd non aliud egiſſet, nec agere intendiſſet, quàm officio fungi in cura, & tuitione Conſervatorialis ſuæ juriſdictionis ſibi à S.Sede commiſſæ: *Vel ſi id porrò dubium videtur*, inquit, *ejus exactiorem indaginem committere dignetur Illuſtriſs. Epiſcopo Tricaricenſi in his partibus S.Sedis Legato, ut ex rei veritate cognito negotio, deinde veſtra Sanctitas ſtatuat, quod jus, & ratio poſtulat*; ita habent litteræ ad Summum Pontificem datæ ab eadem Facultate anno 1604. *quarum extractum latiùs refertur ad calcem hujus quæſtionis litt.T.*

164. Ex his iterum conſtat, quòd cenſuerint ad S. Sedem ſpectare interpretationem privilegii, & Romanam Curiam conſtanter perſtitiſſe in ea ſententia, quòd de beneficiis, de quibus providet Pontifex, judicare non debeat Conſervator, & ejus juriſdictio non extendatur adversùs auctoritatem Auditoris Cameræ, vel Executorum Apoſtolicorum: utrumque etiam evincitur ex aliis ejuſdem Facultatis litteris, datis anno ſequenti, ſeu anno 1605. ad Petrum Lombardum, tunc Archiepiſcopum Armachanum, *relatis ad calcem hujus quæſtionis litt. V.*

165. Idem conſtat ex aliis litteris ad Pontificem ſcriptis paulò poſt, *hìc exhibitis ad calcem ſub litt.*X. Item ad Cardinalem Burgheſium *litt.Y.* ad Cardinalem Blanchettum *litt.*Z. & ad Cardinalem Arig.*litt.A.A.*

166. Et quamquam, ut dictum eſt parum ante, videretur res confecta per Lombardum, tamen etiam hic abuſus rursùm remoram injecerunt.

167. Sub finem anni 1606. *Archiduci ſuggeſtum eſt in Univerſitatem Lovanienſem nonnulla irrepſiſſe, quæ meritò emendari deberent*, inquit Auctor Chronologiæ Parcenſis pag. 400. quapropter *Albertus pro ea, qua in Deum erat pietate, ac in publicum bonum zelo, Viſitationem dictæ Univerſitatis decrevit: verùm cum Univerſitatem prædictam*, inquit ibidem, *uti* Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubjectam, *à ſola laica, aut ſeculari poteſtate non poſſe viſitari multi aſſererent, Sereniſſ. Archidux ad exequendum mentis ſuæ conſilium, Druſum Abbatem Parcenſem deſtinavit, eique Dominum Stephanum Graesbeck adjunxit, & una cum Illuſtriſſimo D.Decio Carraffa Nuncio Apoſtolico commiſſionem cum ampliſſima inſtructione viſitandi Univerſitatem dedit.*

168. Circa eadem tempora fecerunt Academici ad tollendos abuſus regulas aliquas, de quibus dictum eſt quæſtione tertia, ac ceſſavit tantiſper proſecutio negotii tractus; ſed cum non ſatis dictis abuſibus obviaretur, denuò diverſi ſuper beneficiis extra Univer-

Digitized by Google

verſitatem citati ſunt;ut patet ex litteris Roma datis anno 1609. *ad calcem ſub litt.B B.*

169. Igitur eodem anno 1609.ſtatuerunt reſumere denuò materiam privilegii tractus, & evocationem, ſcriptis ad Lombardum (tunc ut dictum eſt Archiepiſcopum Armachanum) litteris, quibus ipſe aliquantò poſt reſpondit in hunc modum.

170. *Quod aliàs monui, nunc iterum commoneſacio quàm maximè ſeriò, ut diligentiſſimè diſpiciatis, ne quempiam aliter nominetis, quàm in quo perſpectum habetis, & quoad perſonam; & quoad beneficium reperiri conditiones omnes in privilegio requiſitas: nullum autem ex hoc præſuppoſito, ut ſit ſuo periculo. Nam hæc Curia tota ſic intelligit privilegium, ut ſicut obligat nominatos ad habendum conditiones in ipſo requiſitas, ſic & nominantes ad non nominandum aliquem, niſi in quo, & quando ſciunt haberi iſtas conditiones. Alioqui, ſi hìc demonſtrari poſſit aliquem aliter nominari, video quod obfuturum ſit privilegio, &c.*

171. Ea propter ſibi iterum metuentes, ſcripſerunt ad Paulum V.anno 1611. litteras excuſatorias ſuper abuſibus, in quibus dixerunt inter cætera non eſſe fundatas querelas: *Eo quod,*inquiunt, *majores noſtri, & nos plurimis cautionibus adhibitis obviam ſemper iverimus omnibus abuſibus, qui per humanam malitiam, & per obreptiones evenire poſſent, ut nunquam nominetur quiſpiam à nobis, niſi quem inquiſitione diligenti habita, & Sacramento etiam de modo Facultatum exacto credamus idoneum, & qualificatum, qui ſecundùm Apoſtolica indulta nominari poſſit,neque ſanè conſtabit unquam notabiles abuſus eveniſſe.*

172. Sed Pontifex nimis de rei veritate informatus, reſpondit Agenti Principis Alberti (quem etiam apud Suam Sanctitatem interpoſuerant) *ſe uti Eccleſiæ Caput teneri tueri, & conſervare Iura,& auctoritatem Eccleſiæ.*

173. Itaque ſupplicarunt dari Illuſtriſſimo Nuncio commiſſionem cognoſcendi, & corrigendi abuſus, promittuntque ſe futuros morigeros, ut patet ex Epiſtola ad Paulum V. relata quæſtione tertia littera Z. pagina 71. ac tandem inſtituta ſpecialiter viſitatione ſuper nominationibus, & conceptis, ſtatutiſque adverſùs abuſus legibus, ſecuta eſt Bulla Pauli V. quam nunc examinabimus.

Examinatur Bulla Pauli V.quoad juriſdictionem Conſervatoris, & oſtenditur primò eam malè ab Academicis vocari Concordatum. *Secundò, Conſervatorem non poſſe vigore illius cognoſcere de ullis beneficiis reſervatis,*quotieſcumque reſervatio aliter contingit, quàm ratione mēſis.

rotat Bartol.in l. quando, Cod. de bon. vacan. libr.x.

100. Item Menoch.de præſumpt.lib.2.præſumpt.18. *In conceſſione juriſdictionum ſemper auctoritas concedentis cenſetur præſervata illaſa, & extat ratio,* inquit, *quòd in ſermone generali non comprehenditur perſona loquentis, & hoc maximè procedit in perſona Principis, quæ dicitur excepta, ne ſibi legem imponere videatur.*

101. Convenit Cephalus lib.4.conſil 439 n.7.uſque ad 13.juncto num.49.& tribus ſequentibus, ubi ſimiliter oſtendit,& pluribus probat, *quòd conceſſa alicui per Pontificem juriſdictione, non cenſeatur ipſe illa ſe exuiſſe.*

102. Eandem rem latiſſimè tractat Rolandus à Valle volum. 2.conſil.1.n.135.& ſeq. *Principes* inquit, *non poſſunt dare alteri juriſdictionem,ſeu poteſtatem, quin eis remaneat major juriſdictio,& poteſtas, quàm fuerit translata, ut eſt tex.clarus in c.dudum,§.nos igitur,de præbend.in 6.ubi ſic inquit Papa: Et ſi Cardinalibus noſtris, vel alteri dederimus poteſtatem conferendi beneficia, apud nos tamen eadem, immò major poteſtas remanſit. quem tex.dicit pulchrum Afflict. in cap.1.§.ad hæc.n.15.de pac.jur.fir.* Et parum infra: *Licèt Rex Ferdinandus conceſſerit quaſi omnibus Baronibus Regni privilegium de primis cauſis, ut pro ipſis non poſſint conveniri eorum vaſſalli in magna Curia Vicaria, nec in Sacro Concilio, ac coram aliquo Legato Regiæ Majeſtatis, tamen hoc non obſtante, ſi Princeps ex certa ſcientia committat cauſam alicui contra ipſos vaſallos, quod non poterint ſe tueri dicto privilegio, nec per hoc dicitur fieri privilegio Baronum præjudicium, quia intelligitur poteſtas Regis reſervata,cum non poſſit dare tantam juriſdictionem,quin ſibi major remaneat, quia privilegio quis non utitur contra eum, à quo illud obtinuit,nec etiam propter eum,propter quem obtentum fuit,ut per Luc.de pen. in l.2.Cod.de privil.dom. Aug.lib.11.quę etiam notanda dicit, quia utilia.*

103. Rurſus Grammaticus voto 28. eandem doctrinam poſt Ancharanum, Felin.Calderin. & alios, pluribus comprobat, uti etiam Camillus Borellus de Magiſtrat.Edict. lib.1.n.113. *Princeps,* inquit, *Magiſtratui juriſdictionem concedens, ſibi ſemper cenſetur reſervaſſe majorem,* citatque Albertum Brunum, Campegium, Corſetum, & iterum Grammmaticum conſilio civili 8. dicentem: *Nunquam præſumitur, quod Princeps voluerit ſibi præjudicare, niſi quatenus fuerit expreſſum; & in generali ſermone ſemper cenſetur exceptus, ne ſibi legem imponere videatur. cap.1.in fine de alienatione prohibita per Federicum, aut dignitati ſuæ præjudicare. Anton.de Butrio in cap.ut debitus, de appell.*

104. Idem cenſuerunt plurimi alii, quos refert, & ſequitur *Camillus Borellus lib.4. de Magiſtrat. Edict. cap.8.* Chopin. *de Domanio lib.3.tit.20.* ubi ait: *Regia feudorum conceſſione generatim concepta, ſublimem Regiam juriſdictionem non comprehendi.* Quibus aſſentitur Wameſius Vniverſitatis Advocatus conſil.9.num.2. ſcribens: *Non abdicat à ſe poteſtatem Pontifex in ea Provincia, ad quam Legatum mittit cum ampliſſimis*

mis mandatis, ſed maiorem ſemper, quàm Legato concedit, apud ſe retinet.

105. Multò minùs cenſendus eſt Pontifex Conſervatori delegaſſe privatiuè cognitionem Iurium ad S.Sedem pertinentium, & eandem alicui Decano, vel Abbati, quem ex nominatis ſibi maximè faventem, & placentem Vniverſitas, etiam ex ſuo Corpore eligeret, cui inſuper conditiones apponeret tales, quas videbimus infrà, quarum una hæc eſt, *quod ſignare debeat Conſervator citatoriales, & inhibitoriales litteras, quas ſignaverit Rector.*

106. *Item quod non poſſit uti Aſſeſſoribus, niſi quos probaret Vniverſitas. Faſti Academici* pag.72. qui Aſſeſſores, Conſervatore ſæpè vel abſente, vel aliàs impedito, in effectu omnem poteſtatem, & juriſdictionem exercent, & plurimas ſententias ferunt in cauſis, de quibus non cognovit Conſervator.

107. Et quod notandum eſt, ipſimet Aſſeſſores ſunt de Vniverſitatis gremio, & adhuc modò Aſſeſſorum vnus eſt Syndicus, ſeu, ut alii vocant, Fiſcalis Vniverſitatis, & ſic idem foret Actor adversùs S.Sedem (quatenùs prætendit vi officii ſe debere tueri privilegia) & Iudex ejuſdem.

108. Syndicum enim, vel Fiſcalem Vniverſitatis agere adversùs S.Sedem, aut ejus jura, exemplis pluribus poſſet probari: unum hic ex ipſius Vniverſitatis Actis tãtummodo ſubjungemus, in quo cum Illuſtriſs: Apoſtolicus Nuncius Bruxellis degens tuliſſet decretum aliquod contra D.vanden Velde nominatum ex parte Facultatis Artium: *Concluſit Magnificus Dominus* (anno 1531. in Iunio) *habitis Facultatum deliberationibus, expediendas eſſe litteras caſſatoriales ex parte R.D. Conſervatoris ad inſtantiam dicti Domini vanden Velde, adjuncto officio Fiſcali, ita tamen, ut hæc non fiant ſub nomine Vniverſitatis.*

109. Quis credat ejuſmodi Tribunali Summos Pontifices ſe, S.Sedem, & ejus Iura, & collationes ſubmiſiſſe, cùm ne quidem Principes ſæculares velint de juribus ſuis per ejuſmodi inferiores judicari, ſed per ſe, vel ſuprema Concilia. *Chòpin de Domanio Franciæ lib.2. tit.6.* à quibus tamen ſæpè, & pro arbitrio cauſam avocant, nec illis privatiuè, ſed cumulatiuè ad ſummum, juriſdictionẽ concedunt, ut conſtat ex iis, quæ tradunt Borellus, Burſatus, Menochius, & alii ſupra citati.

110. Sed non eſt hìc neceſſe immorari pluribus ad probandũ Ius S.Sedis, cùm ipſa habeat fundatam intentionem vi generalis juriſdictionis in Orbem vniverſum, & maximè ſi quæſtio eſt de beneficiis, quorum, inquit Wameſius, *omnium Dominus eſt Papa*, ſeu, ut illius verbis utar: *Pontificia proviſio, ſeu collatio fundatam habet intentionem, eò quod Pontifex omnium beneficiorum Eccleſiaſticorum indubitatus ſit Dominus, & diſpenſator, & ad eum illorum plena, & libera diſpoſitio ex ſua poteſtatis plenitudine pertineat, &c.* conſil. 246.n.1.

Sed

111. Sed probare deberet Conſervator, prætenſam juriſdictionem, ſeu poteſtatem cognoſcendi de collationibus S. Sedis, & de juribus ejuſdem, ſibi eſſe conceſſam, & quidem privativè, ac ſub nomine *Epiſcoporum, aliarumque perſonarum Eccleſiaſticarum*, de quibus ſit mentio in Conſervatorialibus Bullis Martini V. Pauli II. & Adriani VI. confirmatis per Gregoriū XIII. cum clauſula *prout jacent*, comprehendi Pontificem, ejuſque actiones, & facta.

112. Generatim enim delegatus Iudex, qualis eſt Conſervator, *cap. 1. & ult. de offic. Iud. deleg. in 6. & ibi latiùs Doctores*, docere debet de commiſſione, & auctoritate ſua, ut latè docet poſt plurimos, quos citat, *Borellus de Magiſtrat. Edict. lib. 1. cap. 1. à num. 32. usque ad num. 43.* & Menochius de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 14. *Qui*, inquit, *à Principe juriſdictionem ſibi tributam aſſerit, ob id, quod facti eſt probare tenetur, cùm facta ipſa non præſumantur.*

113. Multò magis probari debet, ſi aſſeritur facta delegatio earum rerum, & cauſarum, quæ alioquin reſervatæ ſunt ipſi Pontifici, aut principi; nam tunc manifeſta probatione opus eſt, ut traditur à Ioanne Andrea, Geminiano, Franco, Probo, & aliis ſuper cap. 1. de offic. deleg. in 6. & ſi quæ foret in verbis privilegiorum dubietas, ad Sanctam Sedem referendum eſſet; quòd latiùs oſtendemus infrà, ubi prius viderimus ea, quæ facti ſunt, & dictarum Bullarum Martini V. Pauli II. Adriani VI. Gregorii XIII. uſum concernunt.

Diſcutitur pleniùs Iuriſdictio Conſervatoris, & ejus uſus, ex ipſis Facultatis, & Univerſitatis Actis uſq; ad an. 1616. ſeu uſque ad Indultum Paulinum; & oſtenditur, quod non potuerit ſe immiſcere D. Conſervator cognitioni Controverſiarum ſuper beneficiis à Sancta Sede collatis, quodque in dubiis Privilegii Univerſitas agnoverit Sanctam Sedem uti Iudicem competentem.

114. EXaminavimus hactenùs Bullas Conſervatoriales conceſſas à Pontificibus, qui Paulum V. præceſſerunt: hìc perpendemus Acta, & videbimus quid ex illis reſultet ſuper prætenſa per Academicos in favorem ſui Conſervatoris, ſeu ſuum potius, adversùs S Sedis auctoritatem, juriſdictione.

115. Ex illis conſtat primò Bullas Conſervatoriales ſic ſucceſſivè intellectas, ut ante Bullam Adriani VI. nulla competeret Conſervatori juriſdictio in cauſis beneficiorum vigore nominationis

acce-

acceptatorum : in Actis enim Vniverſitatis anni 1516. legitur: *Controverſias fuiſse ortas ſuper beneficiis ejuſmodi, & ſuper illis nominatos fuiſſe tractos coram diverſis Iudicibus*. Idem repetitur in Actis an. 1517.

116. Nec tantùm iſti prætenſæ Conſervatoris juriſdictioni oppoſuerunt ſe externi, ſed etiam ipſius Cæſareæ Majeſtatis ſubditi, ut Atrebatenſes, & Trajectenſes, quorum Conſervator Albertum de Campis (qui beneficium ad Præpoſiti Trajectenſis collationem acceptaverat) coram ſe traxit, ut refertur in Actis Facultatis Artium ad dictum annum 1517.

117. Similiter reſtiterunt Hannones, & Flandri, de quibus in antiquis Actis Vniverſitatis circa annum 1522. legitur: *Dominum Rectorem narraſſe qualiter ex Hannonia venerint litteræ ad D. Conſervatorē, quibus ſignificabatur, quod nulli ſubditorum Provinciæ Hannoniæ citati comparebunt coram dicto Conſervatore, nec ſe ejus juriſdictioni ſubmittent, & idem introducunt* Flandrenſes, *& plures alii. Quare poſuit in deliberatione* Dominorum, *quid in præmiſſis faciendum erit, cùm idem caſus acciderit Magiſtro Oliverio Ronſt, qui in Curia* Flandriæ *ſuccubuit in quadam cauſa beneficiali* &c.

118. Hinc anno 1522. receptis litteris de electione Adriani VI. poſt diverſas deliberationes cenſuerunt petendam eſse ab Adriano extenſionem privilegiorum, *patet ex Extractis ad calcem hujus quæſtionis litt. A. & B.*

119. Prætendebant autem extenſionem duplicem, videlicet nominationum in fauorem Vniverſitatis, *litt. C. & D.* & Conſervatoriæ, *litt. D. & E.*

120. Inter Conſultationes ſingularum Facultatum ſuper prædicta extenſione impetranda, legatione, & ſumptibus, orta eſt diſſenſio, ut patet *ſub litt. D. & F.* interim autem Facultas Artium, cui maximè antea faverat Adrianus, ut patet *ſub litt. B,* privatim, & ſecretè pro extenſione ſuarum nominationum, & Conſervatoriæ egit, & obtinuit ut extenſio illa adhuc vivo Adriano ſignaretur, *ut refertur in Actis Facultatis de menſe Auguſti* 1523. *litt. G.*

121. Sed præmortuo Adriano priuſquàm legatos ſuos miſiſset Vniverſitas, & antequàm expedirentur litteræ extenſivæ privilegii Facultatis; ſtatuit dicta Vniverſitas legatos ſuos mittere ad Clementem Adriani ſucceſsorem; & denuò Facultas inſtitit apud eundem pro obtinenda extenſione litterarum conceſſionis factæ per Adrianum, necnon pro gratia ulteriori obtinenda, *litt. G.*

122. Verū importunā tot privilegiorū ſollicitationē improbavit Margareta Archiduciſsa Belgii Gubernatrix litt. H. & expeditioni litterarū cōſentire differebat Clemens VII. Adversùs has difficultates variis artibus uſa eſt Facultas, *prout refertur in Actis ſub lit. I.* & tādem obtinuit, ut extenſio per Adrianum conceſsa expediretur.

Conti-

123. Continet autem hæc extenſio duo capita; nam vigore Bullæ Leonis non poterant acceptare Canonicatus Eccleſiarum Cathedralium, ſed tantùm beneficia expreſſa in litteris Sixti, *ut habetur in privilegiis pag.*74. Adrianus autem etiam extendit ad Cathedrales, & Metropolitanas Eccleſias; *privilegia pag.* 88. & ut dictum eſt, Conſervatoriam extendit etiam ad beneficia vigore nominationum ex parte Facultatis acceptata; *privilegia pag.*89.*propè finem.*

124. Ex his omnibus patet quàm verum ſit, quod dictum eſt hac quæſtione num.83.& ſeqq. *Iuriſdictionem Conſervatoris ſe non extendiſſe ad beneficia vigore nominationum acceptata*; ſed multiplici ad hoc fuiſſe opus ſollicitatione,& tandem ſpeciali conceſſione per Adrianum, ex cujus unica Bulla æſtimanda venit tota juriſdictio, quam habuit Conſervator ante tempora Pauli V. ſuper beneficiis acceptatis vigore nominationum Facultati conceſſarum.

125. In hac Bulla dicitur: *quod ſuper beneficiis vigore nominationum acceptatis, per quaſcumque perſonas, cujuſcumque dignitatis, gradus, ordinis, etiamſi Abbatiali, Epiſcopali, & alia majori dignitate, etiam Cardinalatus honore præfulgeant, &c. extra dictam Vniverſitatem ad judicium trahi non poſſint, ipſi tamen nominati poſſint quoſcumque adverſarios, coram aliquo ex Conſervatoribus trahere. privilegia pag.*89.

126. Sed ut jam aliquoties dictum eſt, totum dirigitur adversùs inferiores Prælatos, caſu quo de beneficiis per nominatos acceptatis diſponant; non adversùs S.Sedem, ſi provideat de beneficio acceptato per nominatum, qui vel nominabilis non erat, vel nominatione abuſus eſt, v.g.acceptando incompatibilia, excedentia taxam, reſervata, vel aliàs ſub nominatione non cadentia.

127. De his enim Rota, vel Executor Apoſtolicus, & præcipuè Auditor Cameræ cognoſcit, & à tempore immemoriali cognouit, inter cujus Facultates refertur: *quod quaſcumque litteras, generales,& particulares, tàm ſub plumbo, etiam per officium Audientiæ noſtrarum litterarum contradictarum, ac per officium minoris gratiæ, quàm in forma Brevis expeditas, & quarum ſolam ſignaturam ſufficere conceſſum fuerit, ſupplicationes per nos, & pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem, aut in ejuſdem Pontificis, ſeu noſtra præſentia ſignatas, nec non litteras pro tempore exiſtentium Camerarii,& Pœnitentiarii majoris noſtrorum, dummodo in illis, & litteris Apoſtolicis prædictis alii Executores deputati non fuerint, ſolus; in quibus verò deputati erunt, cumulativè cum illis exequi, & ſuper illis proceſſus debitos in forma ſolita, etiam cum promulgatione cenſurarum in ſimilibus promulgari ſolitarum, decernere.* Vide Conſtitutionem Pii IV. datam Kal. Maii 1561.& Pauli V. datam 17.Kal.Octob.1606.

128. Et hoc ſemper uſque ad tempora Pauli V. fuit obſervatum, ut conſtat partim ex Bulla ejuſdem Pauli, *privilegia pag.* 124. partim ex ipſius Vniverſitatis, & Facultatis Actis, ex quibus etiam conſtat

Digitized by Google

conſtat, quod ſi dubium de privilegii ſenſu oriatur, ad S. Sedem ſpectet mentis ſuæ interpretatio.

129. Nam circa annum 1544. controverſia ſuper nominatione Servatii Hausbergh, an ſcilicet *per privilegia ſufficienter derogatum fuiſſet Germaniæ Concordatis*; ſeu, *an Aquenſe Capitulum poſſet in menſibus ordinariis gravari*, tractata eſt apud S.Sedem, *litt.* K.

130. Anno 1547. alia ſuper Canonicatibus S. Lamberti Leodii, ratione taxæ, mota eſt inter Proviſum Apoſtolicum, & N.Dervillers nominatum, ac Romæ eodem Dervillers condemnato, ut patet ſub *litt.L. & M.* non fuere amplius obtenti vigore privilegii Canonicatus ejuſmodi uſque ad Paulum V. qui taxam auxit, & indulſit, ut Canonicatus S.Lamberti poſſent acceptare.

131. Paulò poſt quæſitum, *An per nominationes gravari poſſent Collatores, qui non habent diſponere de plus quàm ſex beneficiis*; & iterum apud S.Sedem cauſa agitata, Ioannes Iudocus à Facultate nominatus, fuit condemnatus; ſicuti etiam ob rationem eamdem varii condemnati ſunt per Concilia Regia, *ut dictum eſt ſupra quæſtione 2. pag.* 36.

132. Sed ubi nominatio inventa eſt legitima, S.Sedes, quæ in concedendo fuerat liberalis, etiam in fovendo nominatos non minus fuit juſta. Nam penè eodem tempore, quo condemnavit Ioannem Iudocum, Ioanni Iupilio Canonicatum S.Dionyſii Leodii adjudicavit; ut habetur in Actis Facultatis ad annum 1551.

133. Anno 1555. mota nova contraverſia, *ſcilicet an beneficia, quæ tempore conceſſi privilegii taxā non excedebant, ſed modò excedebant propter augmentum fructuum, caderent ſub nominationibus*, actum fuit de petenda declaratione à S.Sede ſuper mente privilegii, & à Cæſarea Majeſtate ſuper mente Placeti ſui: *vide ad calcem, litt.N.*

134. Sed quia gravis tunc erat quæſtio de abuſibus, quos etiā ipſa Cæſaris Aula ferebat ægerrimè, ut propterea paulò poſt Viglius Præſes comminatus fuerit, *videatur Extractum ad calcem quæſtionis ſub litt. A. pag.* 57. fuit petitioni ſuperſeſſum.

135. Circa annum 1558. N. Duras, & Ioannes Doye coram Apoſtolico Iudice ſuper beneficiis ſuis ſimiliter vigore nominationum acceptatis, ſed ob cauſam à S.Sede alteri collatis, litem coram Apoſtolico Iudice conteſtati ſunt.

136. Et examinatis circa annum 1575. privilegiis tractus, Signatura Iuſtitiæ cenſuit illa non habere locum, *ſi lis oriatur ſuper beneficiis, ſive per Regulas Cancellariæ, ſive quocunque alio modo reſervatis*, ut latiùs refertur ad calcem hujus quæſtionis *litt O.*

137. Et quod notandum eſt, id cenſuit Signatura paulò poſt datam à Gregorio XIII. confirmationem Bullæ Adriani, concedentis, ut de beneficiis vigore nominationum ex parte Facultatis

Digitized by Google

acceptatis poſſet cognoſcere Conſervator, & Academici non poſſent ſuper illis evocari. *Bulla hæc data eſt anno 1573. ſeu ſtylo Curiæ* Kal. *Mart.1572. privilegia pag.98.*

138. Argumentum profectò evidens indè colligitur, quòd nec Adrianus concedendò, nec Gregorius confirmando, quidquam auctoritatis Conſervatori dederit cognoſcendi de Collationibus S.Sedis, & quòd Sanctiſſimus D.N. Clemens IX. non de diminuendis privilegiis, ſed de illis intra conceſſionis terminos contra abuſus conſervandis agit, improbando uſurpationem Conſervatoris prætendentis cognoſcere de reſervatis.

139. Scripſit dicto anno 1575. Romam Vniverſitas, miſit privilegiorum ſuorum copias authenticas, cum explicatione difficultatum, petiit confirmationem Bullarum Martini V. & Pauli II. Conſervatoriam concernentium, *ut patet ſub dicta litt O.* confirmavit dictus Gregorius XIII. anno 1578. adjectis ampliſſimis clauſulis, quòd *Doctores, Scholares, &c. non poſſent quovis quæſito colore moleſtari, perturbari, & quod ſuis litteris per quaſcumque alias, etiam in forma Brevis, & ſub nomine Cameræ Apoſtolicæ à ſe, vel Romanis* Pontificibus *ſucceſſoribus, emanatas litteras, non cenſeretur derogatum, &c. privilegia pag.*175.

140. Verùm in illa confirmatione addita ſunt duo, quæ penitùs intentionem Lovanienſium, & uſurpationem juriſdictionis ſuper beneficiis ſpectantibus ad Collationem S.Sedis, jugulant.

141. Primò enim Confirmatio illa anni 1578. non concernit cauſas beneficiales, ſed tantùm civiles, criminales, & ex his mixtas: multò minùs concernit cauſas beneficiorum à S.Sede collatorum. Confirmatio enim fuit petita ea ratione, quòd externi ad Tribunal Conſervatoris evocati agnoſcerent quidē ejus juriſdictionē quoad quaſdam cauſas beneficiales, in quibus erat quæſtio de jure, & collatione Prælatorum inferiorum conformiter ad Bullam Adriani, quam anno 1573. Gregorius confirmaverat.

142. Nolebant autem juriſdictionem agnoſcere in cauſis beneficialibus, eò quod in confirmatione prædicta anni 1573. facta per Gregorium, non eſſet confirmata Bulla Conſervatorialis Martini V. nec Pauli II. *id patet expreſsè ex privilegiis pag.*174. petiit ergo Vniverſitas confirmationem dictarum Bullarum Martini, & Pauli, ut poſſet ſe adversùs ejuſmodi declinatorias exceptiones tueri.

143. Sic enim habent verba Bullæ: *Dilecti Filii, Rector, Doctores, Magiſtri, & Scholares Vniverſitatis hujuſmodi nobis nuper exponi fecerunt pro eo, quod in dictis noſtris litteris de Adriani tantùm, non autem Martini, neque Pauli Prædeceſſorum ſtatutis, ordinationibus, & decretis hujuſmodi mētio facta extitit, nonnulli ſumpta indè cavillandi occaſione, ſtatuta, ordinationes, & Decreta Martini, & Pauli Prædeceſſorum, hujuſmodi uſu, & effectu carere, neque amplius attendi debere, ac Rectorem, Doctores, Magiſtros, Scholares, & per-*

& perſonas Vniverſitatis hujuſmodi in quibuſcumque cauſis, aliàs quàm occaſione beneficiorum in vim nominationum hujuſmodi acceptatorum, extra muros dicti Oppidi ad judicium evocari poſſe præſumunt. Quare iidem Rector, Doctores*, Magiſtri, Scholares, & perſonæ nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus ſtatutis, ordinationibus, & Decretis Martini, & Pauli Prædeceſſorum hujuſmodi pro illorum ſubſiſtentia firmiori etiam robur noſtræ confirmationis adjicere, ac aliàs in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.*

144. Ex quibus clarè patet, quòd confirmatio illa ad cauſas beneficiales (de quibus etiam Pontifex nullam fecit mentionem in diſpoſitivo Bullæ) minimè pertineat. Itaque verba ejus ad civiles, & criminales, ac ex his mixtas cauſas referenda ſunt; per tradita à Cardinali Tuſco *litt. R. concluſ.* 273, Romano *conſil.* 132. Aretino *conſil.* 94. *&c.* ubi docent, interpretationem, & ſenſum gratiæ accipiendum eſſe ex precibus, nec aliud cenſeri conceſſum, quàm quod eſt petitum.

145. Secundò, Pontifex non confirmat ſimpliciter Bullas Martini, & Pauli, ſed expreſsè addit particulam, *quatenus ſunt in uſu*, privilegia *pag.* 175. non fuerunt autem dictæ Bullæ Martini, & Pauli in uſu quoad cauſas beneficiales, *ut oſtenſum eſt ſupra num* 115. *& ſeqq.* nec poſtea unquam ante Gregorium ad uſum redactæ ſunt; tantùm abeſt, ut Conſervator foret in uſu cognoſcendi de Collationibus Pontificiis, obſtante in contrarium S. Sede, *uti vidimus paulò ante*.

146. Nec poſt Gregorium uſque ad Paulum V. alius ſubſecutus eſt uſus, quàm qui ante eundem fuerat quoad cognitionem de Collationibus Pontificiis.

147. Nam circa annum 1588. Giſbertus Danielis citatus eſt ad Curiam ratione Canonicatus Tungrenſis vigore nominationis ex parte Facultatis Artium acceptati, quo tempore prætendit Vniverſitas ſe, & ſua ſuppoſita non poſſe Romam trahi; deditque ſuper hoc litteras ad Cardinalem Montaltum, quibus reſcripſit ille.

148. *Quod attinet ad privilegia, de quibus mihi ſcribitis, ne ad Romanam Curiam trahamini, hortatur vos ſua Sanctitas, ut curetis illa ad Vrbem transferri; neque enim recuſabit ubi fuerint recognita, compertaque cum Romanorum Pontificum ſententia, & voluntate, atque cum ipſa æquitate conſentire, illa rata, grataque habere, & ſi opus eſſe intellexerit, etiam ſua authoritate confirmare.*

149. Non renuit S. Sedis judicium tunc Vniverſitas, vel Facultas; non conſtituit ſe privative privilegiorum ſuorum proprium interpretem; ſed, *ut habetur in ejus Actis ſub initium anni* 1589. miſit Romam copias authenticas privilegiorum tractus, quibus viſis perſtitit S. Sedes.

150. Hinc cùm rursùs Godefridus Chineii à Facultate Artium

 nomi-

Digitized by Google

nominatus ſimiliter Canonicatum Tungrenſem in menſe Apoſtolico vacantem acceptaſſet,eum alteri ratione incompatibilitatis Sua Sanctitas contulit, ipſeque coram Auditore Rotæ eſt citatus, & pluralitas incompatibilium beneficiorum objecta eſt, *ut conſtat ex Wameſio conſil.* 243. itaque ad Sixtum V. ſcripſit Vniverſitas, & ad Procuratores ſuos, qui in Iudicem poſtularunt Card. Pinellum.

151. Qua de re ita ſcribit iterũ Cardinalis Montaltus: *Eruditiſſimi viri.* *Permotus* S.D.*Sixtus V.Papa max.litteris veſtris Lovanii* 12.Feb. *datis, nihil prius habuit, quàm ut vota, poſtulataque veſtra benignè audiret, illiſque humaniter cederet: itaque cauſam, quæ in Sacro Rotæ Auditorio ſuper Canonicatu, & Prabenda Tungrenſi inter Godefridum Chineti ab iſta Vniverſitate nominatum ex una, & quendam Matthæum familiarem Orani ejuſdem Rotæ Auditoris, partibus altera, agitabatur, ad ſe continuò à Rota avocavit, & Cardinali Pinello, quem quidem procuratores veſtri poſtulabant, audiendam, cognoſcendam, & debito fine terminandam delegavit;erunt igitur partes veſtræ cùm firmamenta,rationeſque, quibus jus veſtri Collegii innititur, judicio probare, tum aſſiduis precibus ab immortali Deo contendere, ut Sanctitatem ſuam, quæ vos tantoperè diligit, diu incolumem ſervet.* Datum 20.Feb. 1590.

152. Examinatæ ſunt denuò rationes, & privilegia, ac præfatus Gisbertus Danielis, qui ante acceptationem Canonicatus Tungrẽſis acceptaverat *aliud incompatibile,* videlicet Canonicatum Viſetenſem, condemnatus eſt, & cum executioni ſententiæ differret parere, excommunicatus eſt, *ut habent Acta Vniverſitatis allegata etiam quæſtione* 3.*hic reproducta ad calcem litt.P.*

153. Rursùs anno 1597. ſimili controverſia Romæ agitata,habita eſt Congregatio Magiſtrorum Facultatis Artium, in qua propoſuit Decanus quod ſequitur: *Quia, ut apparet, paſſim Romæ privilegia noſtra vocantur in dubium, an non videatur expedire Dominis de Facultate, ut aliqua Privilegia Facultatis noſtræ imprimantur, & mittantur Romã ad Exim.D.M.N.Gerardum Voſsium, qui ea, & ſuæ Sanctitati, & aliis exhibeat, quo pateant omnibus.*

154. *Ad ſecundum Articulum placuit Facultati, ut Receptor Dominus Licentiatus à Mechlinia, & Dominus Notarius Silvius diligenter omnia privilegia perlegant, ac examinent, diſpiciantq;quæ neceſſaria ſunt, ut imprimantur, & quæ non, eaque quæ impreſſione digna judicaverint, curet Receptor imprimi minore, & tenuiore charta, quantùm id fieri poterit minoribus ſumptibus.*

155. Agnovit hic iterùm Facultas S.Sedem uti Iudicem, & interpretem privilegiorum à ſe conceſſorum; quibus examinatis, cenſuit dicta Sedes exceptiones prætenſas in favorem Conſervatoris, & adversùs evocationes non videri fundatas; obſtat enim abuſus, & incompatibilitas, propter quam beneficium S. Sedi manebat reſervatum.

Ideo-

Digitized by Google

156. Ideoque circa finem anni 1598. decreverunt Vniverſitas, & eadem Facultas, tam ob cauſas prædictas, quàm ob aliam cum Antverpienſibus, inſtituere legationem ad Vrbem, ad quam deſtinarunt Petrum Lombardum, quo agente ſperabatur propè diem res conficienda; jamque de idoneis clauſulis Bullæ confirmationis inſerendis eadem Facultas ſatagebat, *ut patet ex Extracto ſub litt. Q.*

157. Sed nihil quoad jus tractus eſt ſubſecutum; nam ſub initium anni 1600. extra Vniverſitatem ſuper beneficiis citati ſunt N. Feckius, & Ioannes Audax, *de quibus latiùs in Actis ſub litt. R.*

158. Interim verò agitabatur prædicta controverſia cum Antverpienſibus, prætendentibus nominationes ex parte Vniverſitatis non extendere ſe ad Eccleſias Cathedrales; eò quod in ejus privilegio tantùm fiat mentio *Eccleſiarum Parochialium, & Collegiatarum*, ſeu ut clariùs explicemus, *prætendentibus, quòd in Eccleſia ſua, quæ tempore conceſſi indulti erat Collegiata, ſed per erectionem novorum Epiſcopatuum facta erat Cathedralis, extinctum eſſet ius nominationis ex parte Vniverſitatis, propter mutatum dictæ Eccleſiæ ſtatum*: hac de re mentio fit in Litteris Lombardi exhibitis ad calcē quæſtionis tertiæ pag. 58. lit. C. in principio, & propè finem.

159. Cauſa diſcuſſa, cenſuit S. Sedes immutationem illam Eccleſiarum, ſeu acquiſitionem ſtatus dignioris, nihil derogaſſe antecedentibus privilegiis, emanavitq; in eam rem deciſio relata apud Seraphinum *deciſ.* 1444. de cujus robore non dubitant Academici, qui propterea nominant ad cæteras Cathedrales Eccleſias, quæ prius erant Collegiatæ, ut Mechlinienſem, Iprenſem, Brugenſem, Gandenſem, Audomarenſem. Ecce quanti fieri velint deciſionem Sanctæ Sedis, dum in ipſorum favorem lata eſt, ut etiam ad eas Eccleſias, quæ tunc non erant in lite, extendi velint, & extendant.

160. Eo autem tempore, quo cauſa illa nominationum ad Cathedrales ferventiùs agitabatur, ceſſavit tantiſper controverſia tractus, & evocationum extra Vniverſitatem, quæ tamen brevi, ſeu anno 1601. fuit per Lombardum reſumpta, & ut credebatur, ferè perducta ad finem: ſed nimis multa (ut apparet) prætendebat Vniverſitas, & Facultas, perpetuò ſollicita de variis clauſulis in Bulla inſerendis. *Videatur ad calcem litt. Q. R S.*

161. Propterea nihil eſt deſuper ſecutum, accedentibus præſertim novis abuſibus, ſeu acceptationibus beneficiorum incompatibilium, de quibus actum eſt quæſtione tertia, & de quibus longo tempore conqueſti ſunt Sixtus V. Clemens VIII. Paulus V. uti oſtenſum eſt ad calcem dictæ quæſtionis *litt. C. D. E. F. T.*

162. Indeque factum, ut anno 1604. N. Strecheus citatus fuerit ad Tribunal Auditoris Cameræ, ſuper beneficio in Eccleſia Leo-

Digitized by Google

Leodienſi vigore nominationis acceptato, & à Sua Sanctitate collato Petro Verlaye, cujus Auditoris mandato non deferens, prout debuerat Conſervator, excommunicatus eſt.

163. Cujus factum conata eſt excuſare Facultas Artium ea ratione, quòd non aliud egiſſet, nec agere intendiſſet, quàm officio fungi in cura, & tuitione Conſervatorialis ſuæ juriſdictionis ſibi à S.Sede commiſſæ: *Vel ſi id porrò dubium videtur*, inquit, *ejus exactiorem indaginem committere dignetur Illuſtriſs. Epiſcopo Tricaricenſi in his partibus S.Sedis Legato, ut ex rei veritate cognito negotio, deinde veſtra Sanctitas ſtatuat, quod jus, & ratio poſtulat*; ita habent litteræ ad Summum Pontificem datæ ab eadem Facultate anno 1604. *quarum extractum latiùs refertur ad calcem hujus quæſtionis litt.T.*

164. Ex his iterum conſtat, quòd cenſuerint ad S. Sedem ſpectare interpretationem privilegii, & Romanam Curiam conſtanter perſtitiſſe in ea ſententia, quòd de beneficiis, de quibus providet Pontifex, judicare non debeat Conſervator, & ejus juriſdictio non extendatur adversùs auctoritatem Auditoris Cameræ, vel Executorum Apoſtolicorum: utrumque etiam evincitur ex aliis ejuſdem Facultatis litteris, datis anno ſequenti, ſeu anno 1605. ad Petrum Lombardum, tunc Archiepiſcopum Armachanum, *relatis ad calcem hujus quæſtionis litt. V.*

165. Idem conſtat ex aliis litteris ad Pontificem ſcriptis paulò poſt, *hic exhibitis ad calcem ſub litt.*X. Item ad Cardinalem Burgheſium *litt.T.* ad Cardinalem Blanchettum *litt.*Z. & ad Cardinalem Arig. *litt.A.A.*

166. Et quamquam, ut dictum eſt parum ante, videretur res confecta per Lombardum, tamen etiam hic abuſus rursùm remoram injecerunt.

167. Sub finem anni 1606. *Archiduci ſuggeſtum eſt in Univerſitatem Lovanienſem nonnulla irrepſiſſe, quæ meritò emendari deberent*, inquit Auctor Chronologiæ Parcenſis pag. 400. quapropter *Albertus pro ea, qua in Deum erat pietate, ac in publicum bonum zelo, Viſitationem dictæ Univerſitatis decrevit: verùm cum Univerſitatem prædictam*, inquit ibidem, *uti* Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubjectam, *à ſola laica, aut ſæculari poteſtate non poſſe viſitari multi aſſererent, Sereniſſ. Archidux ad exequendum mentis ſuę conſilium, Druſum Abbatem Parcenſem deſtinavit, eique Dominum Stephanum Graesbeck adjunxit, & una cum Illuſtriſſimo D.Decio Carraffa Nuncio Apoſtolico commiſſionem cum ampliſſima inſtructione viſitandi Univerſitatem dedit.*

168. Circa eadem tempora fecerunt Academici ad tollendos abuſus regulas aliquas, de quibus dictum eſt quæſtione tertia, ac ceſſavit tantiſper proſecutio negotii tractus; ſed cum non ſatis dictis abuſibus obviaretur, denuò diverſi ſuper beneficiis extra Univer-

ver-

Digitized by Google

verſitatem citati ſunt;ut patet ex litteris Romæ datis anno 1609. *ad calcem ſub lit.BB.*

169. Igitur eodem anno 1609.ſtatuerunt reſumere denuò materiam privilegii tractus, & evocationem, ſcriptis ad Lombardum (tunc ut dictum eſt Archiepiſcopum Armachanum) litteris, quibus ipſe aliquantò poſt reſpondit in hunc modum.

170. *Quod aliàs monui, nunc iterum commonefacio quàm maximè ſeriò, ut diligentiſſimè diſpiciatis, ne quempiam aliter nominetis, quàm in quo perſpectum habetis, & quoad perſonam,& quoad beneficium reperiri conditiones omnes in privilegio requiſitas: nullum autem ex hoc præſuppoſito, ut ſit ſuo periculo. Nam hæc Curia tota ſic intelligit privilegium, ut ſicut obligat nominatos ad habendum conditiones in ipſo requiſitas, ſic & nominantes ad non nominandum aliquem, niſi in quo, & quando ſciunt haberi iſtas conditiones. Alioqui, ſi hìc demonſtrari poſſit aliquem aliter nominari, video quod obfuturum ſit privilegio, &c.*

171. Ea propter ſibi iterum metuentes, ſcripſerunt ad Paulum V.anno 1611. litteras excuſatorias ſuper abuſibus, in quibus dixerunt inter cætera non eſſe fundatas querelas: *Eo quod,*inquiunt, *maiores noſtri, & nos plurimis cautionibus adhibitis obviam ſemper iverimus omnibus abuſibus, qui per humanam malitiam, & per obreptiones evenire poſſent, ut nunquam nominetur quiſpiam à nobis, niſi quem inquiſitione diligenti habita, & Sacramento etiam de modo Facultatum exacto credamus idoneum, & qualificatum, qui ſecundùm Apoſtolica indulta nominari poſſit,neque ſanè conſtabit unquam notabiles abuſus eveniſſe.*

172. Sed Pontifex nimis de rei veritate informatus, reſpondit Agenti Principis Alberti (quem etiam apud Suam Sanctitatem interpoſuerant) *ſe uti Eccleſiæ Caput teneri tueri, & conſervare Iura,& auctoritatem Eccleſiæ.*

173. Itaque ſupplicarunt dari Illuſtriſſimo Nuncio commiſſionem cognoſcendi, & corrigendi abuſus, promittuntque ſe futuros morigeros, ut patet ex Epiſtola ad Paulum V. relata quæſtione tertia littera Z. pagina 71. ac tandem inſtituta ſpecialiter viſitatione ſuper nominationibus, & conceptis, ſtatutiſque adverſùs abuſus legibus, ſecuta eſt Bulla Pauli V. quam nunc examinabimus.

Examinatur Bulla Pauli V.quoad juriſdictionem Conſervatoris, & oſtenditur primò eam malè ab Academicis vocari Concordatum. *Secundò, Conſervatorem non poſſe vigore illius cognoſcere de ullis beneficiis reſervatis,*quotieſcumque reſervatio aliter contingit, quàm ratione mēſis.

ſis. *Tertiò, quæſtionem,* An beneficium ſit reſervatum, necne, *ſpectare vi dictæ Bullæ ad S.Sedem, aut Iudices ab ea deputatos. Quartò, ſpecialiter oſtenditur quàm juſtè Nicolaus Meys, & Petrus Mercelis ſint excommunicati, & denunciati, adeoque vitandi quamdiu non obtinuerunt abſolutionem. Quintò, ſolvuntur objectiones, quas Academici in nonnullis libellis, & ſcriptis pro eorum defenſione allegant ex privilegiis patriæ, & in aliis ſimilibus caſibus allegarunt.*

274. EX dictis patet, quòd antè Paulum V.Legislator, ſeu auctor privilegii S. Sedes, ſic ſemper illud intellexerit, *ut Conſervator non poſſet cognoſcere de beneficiis, quæ Pontifex contuliſſet tanquam reſervata,* quacumque tandem ratione contingeret reſervatio, ſive ratione menſium, Regularum Cancellariæ, incompatibilitatis, ſive alia ratione quavis.

175. Conſtat etiam, quod quæſtio de ſenſu, & mente privilegii, v g *an poſſint nominationes fieri ad Collatores, qui non poſſunt diſponere pluſquam de ſex beneficiis:* item. *an in Paſtoratibus ſublata ſit taxa, per hoc, quod requirant reſidentiam, aut quę reſervatio dicatur clauſa in corpore Iuris,* & aliæ plures ſupratactæ, quibus non de facto particularis perſonæ, ſed de generali juris controverſia circa mētem privilegii agitatur, ſpectaſſe ad privilegii Auctorem, & legislatorem, ejuſque deciſioni eſſe ſtandum.

276. Sic enim fieri debere docent etiam Canones, leges Civiles, & Edicta Sereniſſ. Principum Belgii. Quoad Canones textus eſt expreſſus in cap. 12. ⁝ *de judiciis* cap. 31. ⁝ *de ſent. excommun.* Can. *Clericum,* §. *ex his omnibus* 11. *quæſt.* 1. Quoad leges textus ſunt in *l.* 1. *& ult. Cod. de legib. l.* 19. *ff. de reg. juris*; & quoad Principum Edicta, textus eorundem ſunt in ipſomet libro privilegiorum Academiæ Lovanienſis.

177. In quo *pag.* 96. reſervat ſibi Carolus V. & Concilio ſuo interpretationem dubiorum Iuris, ſuper litteris Placeti Bullarum Leonis & Adriani: *Reſervant à nous, & aux gens de noſtre Conſeil Privè l'interpretation des articles cy deſſus declarez, ſi apres y eſtoit quelque obſcuritè, ou difficultè,* & pag. 136. Albertus Placetum Bullæ Paulinæ non concedit, niſi ſub modificationibus expreſſis in prioribus placetis: quarum jam unam ex placeto Caroli excripſimus.

178. Pagina 142. Maximilianus vetat ſub juriſdictione Conſervato-

Digitized by Google

ſervatoris comprehendi beneficia ſuæ Collationis, *le Conſervateur en pourra prendre connoiſſance, ſi avant que les beneficez ne ſeront à la collation ou preſentation de nous, ou de nos ſucceſſeurs.*

179. Ibidem Princeps ſibi, vel Concilio ſuo reſervat cognitionē Controverſiarum, in quibus de ipſius jure quæſtio eſt, uti & abuſuum ſi qui committatur in actionum ceſſionibus, quæ à parentibus in filios Lovanii ſtudentes fiunt. *pag.* 143.

180. Hæc Maximiliani Decreta renovavit Carolus V. anno 1515. cujus renovationis tenor refertur *pag.* 157. & anno. 1518. *privilegia pag.* 161.

181. Vnde illa reſervatio, qua Pontifex reſervat ſibi, aut Concilio ſuo, ſeu Rotæ, vel Auditori ſuo cognitionem cauſarum, in quibus de ipſius, vel S. Sedis juribus quæſtio eſt, per omnia conformis eſt praxi quorumcumque aliorum Principum; & legi ultimæ *Cod. ubi Fiſcales cauſæ*, in qua Imperatores Theodoſius, & Valentinianus ajunt: *Hac lege ſancimus, ut ſive agat domorum noſtrarum colonus, inquilinuſve, aut ſervus, ſive pulſetur ab aliquo ſuper criminali, ſeu civili negotio: non alterius, quàm tui Culminis, ac viri ſpectabilis Comitis domorum petatur examen: nullius allegatione ſuper fori præſcriptione admittenda.*

182. Proindè docere debet Vniverſitas, quòd cauſarum ſic reſervatarum, ſeu ſuper beneficiis aliàs ad S. Sedis collationem ſpectantibus, ſeu in quibus de valore collationis Pontificiæ quæritur, cognitio ſit ipſi demandata, aut delegata. Et quandoquidem per anteriores Bullas delegata non oſtendatur, reſtat ut diſpiciamus, quid Paulus V. conceſſerit.

183. Hoc quidem breviter præſtitimus in prima parte hujus quæſtionis, ſeu n. 1. & ſequentibus uſque ad num. 68. tamen operæ pretium eſt, vt iſtam Bullam paulò latiùs diſcutiamus.

184. In cujus principio ſtatim peccant Lovanienſes, dum pag. 126. præfigunt ipſi hunc titulum, *Indultum, ſeu Concordatum Paulinum*; non enim continet concordatum, aut pactum, ſed meram gratiam Pontificis, conceſſam poſtquam facta fuiſſet certa, & tot promiſſionibus confirmata ſpes corrigendorum abuſuum, & obſervandorum Decretorum Viſitationis, de quibus ſæpiùs actum eſt in anterioribus.

185. Quòd meram gratiam contineat, patet ex *pag.* 125. in verbis: *Motu proprio, ex noſtraque mera liberalitate, tenore præſentium decernimus, & ordinamus.*

186. Ex eadem mera liberalitate procedit, quòd deindè pag. 126. ſubſequitur: *In prædictis beneficiis, & vacationibus tantùm, gaudeat Facultas Artium Concordatis inter Sedem Apoſtolicam, & Nationem Germanicam antea initis.* Item quod de Conſervatoris juriſdictione ſtatuitur *pag.* 127. & de taxa *pag.* 129.

187. Quod ergo pag. 153. refertur, in dorſo litterarum Pauli ſcriptum eſſe: *Facultas, & Univerſitas per Carolum Robaulx ordinationi, ſtatuto, abrogationi, confirmationi, &c. conſenſerunt*, non inducit pactum, vel contractum, non immutat naturam gratiæ, ſed hoc ideò additur, quia, ut quis gratia ſibi conceſſa, aut donatione, vel privilegio utatur, acceptatio requiritur. *l. 10. ff. de donat. l. 2. §. ſed quis donaturus, ibidem. cap. 17. de præbendis in 6.*

188. Imò per hoc, quod ibidem dicunt ſe litterarum expeditioni, *aliiſque introſcriptis* conſenſiſſe, notoriè ſequitur, quod conſenſerint introſcriptæ, & ſupra relatæ clauſulæ, *motu proprio, ex meraque liberalitate*, quæ certè clauſula, & in illam conſenſus ita ipſorum intentioni adverſantur, ut ne vel minima remanere poſſit Concordati apparentia.

189. A titulo, quem Bullæ præfixerunt, tranſeamus ad illa Pontificis verba, in quibus de Conſervatoris juriſdictione agit. Agit verò duobus in locis, nempè in §. *& ad tollendas*, *pag.* 127. Item in *§. & quatenus pag.* 129.

190. In priori dicitur: *Decernimus, & declaramus, cognitionem, & deciſionem cauſarum ſuper beneficiis in menſibus Facultati Artium, ut præmittitur, aſſignatis, per obitum tantùm vacantibus, non tamen ut præfertur, exceptis, Sedique Apoſtolicæ reſervatis, de cætero movendarum, ſpectare, & pertinere ad Conſervatorem, vel Conſervatores prædictæ Univerſitatis.*

191. Nulla hic tribuitur ipſi juriſdictio ſuper beneficiis aliter quàm per obitum vacantibus, nulla ſuper beneficiis exceptis, aut Sedi Apoſtolicæ reſervatis, ſed potius adimitur expreſsè per particulam, *non tamen ut præfertur, exceptis, Sedique Apoſtolicæ reſervatis.*

192. In ſecundo *§.* dicitur, quod ſi controverſia ſit quo menſe vacaverit beneficium, uno caſu ſpectet ad Conſervatorem cognitio, ſcilicet quando controvertitur: *An in menſe Facultati aſſignato, an verò in menſe ordinario vacaverit. Et quatenus*, inquit Pontifex, *oriretur controverſia, an eadem beneficia prædicta Civitatis, Patriæ, Diæceſis Leodienſis, ſeu eorum aliquod, vacaverit in aliquo ex duobus, vel uno menſibus ſucceſſivè, eidem Facultati Artium, ut ſupra, aſſignatis, vel potiùs in aliquo ex menſibus cuilibet ordinario Collatori, juxta Concordata inter Sedem Apoſtolicam, & Nationem Germanicam aliàs inita, aſſignatis, tunc cognitio ſpectabit, prout antea ſpectavit, ad Conſervatorem, ſeu Conſervatores prædictæ Univerſitatis.*

193. Per hæc verba, *prout antea ſpectavit*, iterũ oſtenditur antecedentia indulta (quatenus per illa juriſdictio Conſervatori data eſt ſuper controverſiis beneficiorum vigore privilegii acceptatorum) ſpectaſſe ad illas controverſias, quæ inferiorum Collationes concernebant.

194. Nihil præterea novæ juriſdictionis concedit Paulus, ſed

tan-

Digitized by Google

tantũ pag. 130. confirmat priores Bullas Conſervatoriales Martini, Pauli, Adriani, Gregorii, & ſingula inquit in eis contenta, *quę præſenti ordinationi non repugnant*.

195. At verò Bullas Martini, & Pauli, & Gregorii datam anno 1578. non pertinuiſſe ad beneficia vigore privilegiorum acceptata oſtendimus ſupra; Bulla autem Adriani, & huius confirmatio data per Gregorium anno 1573. non pertinet ad controverſias, in quibus quæſtio eſt de Collatione S. Sedis, ut fusè ex jure, & Actis Facultatis, & Vniverſitatis oſtendimus in duobus præcedentibus hujus quæſtionis articulis, nec Adrianus derogavit Facultatibus Rotæ, Auditoris Cameræ, aliorumque Executorum à Sancta Sede ſuper eius proviſionibus ſpecialiter datorum, vel dandorum.

196. Et quod etiam hic notandum eſt, ipſe Gregorius in confirmatione Bullæ Adriani expreſſiſſimè ſe refert ad inferiores Collatores, & ait: *Diſtrictiùs inhibentes tàm locorum Ordinariis, quàm quibuſvis Collegiis, Capitulis, Conventibus, Prælatis, Collatoribus, Collatricibus, & aliis ſingularibus perſonis prædictis, in virtute Sanctæ obedientię; ne eoſdem ſic nominatos perpetuis futuris temporibus, quovis quæſito colore, & ingenio, impedire, moleſtare, vel perturbare audeant, ſeu etiam præſumant*. Privileg. pag. 107.

197. Deinde Paulus V. in ſua Bulla nequidem concedit Conſervatori facultatem cognoſcendi de omni controverſia inter collatorem inferiorem, ſeu proviſum ab eo, & proviſum à Facultate; ſed in dicto §. *& quatenus*, addit exceptionem hiſce verbis: *Excepto tamen caſu, quando collatio, vel diſpoſitio beneficii, ſeu beneficiorum prædictorum vacantium, erit Sedi Apoſtolicæ aliàs, quàm ratione menſis reſervata: tunc enim cognitio, & deciſio cauſarum deſuper movendarum ſpectet ad Executorem, vel Executores, ac Iudices Apoſtolicos, ut præfertur, ubilibet deputandos. Ita ut Conſervator, vel Conſervatores Vniverſitatis non poſſint in eis aliquo modo, nec cognoſcendo, nec impediendo, ut præfertur, ſe ingerere, ſub eadem pœna nullitatis Actorum quorumcumque, ac cenſurarum, amiſſionis officiorum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum per eos obtentorum, ipſo facto, ut præfertur, incurrenda*.

198. Hæc particula Bullæ debet omninò pertinere ad caſum, quo cum controverſia de mẽſe concurrit controverſia de reſervatione; nam de caſu quo reſervatio eſt clara, & in confeſſo, collatio non poſſet ſpectare ad Decanum Facultatis, & ſic ex alio capite prohibetur ſe immiſcere Conſervator, ſcilicet eo quod Iuriſdictio ipſius limitata eſt ad beneficia ſpectantia ad collationem Facultatis, §. *& ad tollendas, &* §. *cauſarum vero*.

199. Ac præterea, notandum in citata jam clauſula, *excepta tamen caſu quando, &c.* reſervatio non reſtringitur ad eam, quæ eſt clauſa in corpore Iuris, ſed generaliſſimè dicitur, *quod non poſſit ſe immi-*

Digitized by Google

ſcere Conſervator, quando collatio, vel diſpoſitio erit Sedi Apoſtolicæ aliter, quàm ratione menſis reſervata.

200. Quacumque ergo ratione alia, quàm menſis, beneficium ſit reſervatum, ſivè per Extravagantes, *Ad Romani, Execrabilis, Ad Regimen,* ſive per Clementinam, *Gratiæ,* ſi fuerit collatum à Sancta Sede, non poteſt cognitioni ſe ingerere Conſervator.

201. Et hanc eſſe mentem Bullæ Paulinæ probat generalitas exceptionis, & inſuper conſtantiſſima ſententia omnium Pontificum, qui à tempore conceſſorum privilegiorum uſq; ad Paulũ V. incluſivè ſucceſſerunt, & cenſuerunt, nullatenus Conſervatorem poſſe immiſcere ſe cognitioni Iurium, & Collationum ſuorum, quorum ſpeciales habet Iudices; prout habent omnes ſæculares Principes, ubi ipſorum cauſa agitur, ut latiùs probatum eſt ſuperiùs.

202. Atque ita licet Decanus Facultatis Artium poſſit conferre beneficia vacantia per obitum in menſe Ianuarii alternis, & Novembri ſingulis annis, modò non ſint excepta, vel reſervata reſervatione, vel affectione in corpore Iuris clauſa; non tamen ſequitur, quòd de omnibus ſic collatis poſſit cognoſcere Conſervator: generalior enim additur exceptio, ubi de juriſdictione agitur, quã ubi de collatione.

203. Seu, ut dixi, dum de juriſdictione Conſervatoris agitur, abſolutè additur: *Excepto caſu, quando aliter, quàm ratione menſis erunt reſervata;* dum autem de collatione tractatur, reſtringitur reſervatio, & affectio ad illam, *quæ clauſa eſt in corpore Iuris.*

204. Quod ſi Academici dicant in dicto §. *& quatenus,* reſervationem debere reſtringi ad clauſam in corpore Iuris, probare efficaciter debuiſſent, priuſquàm cognitioni eorum, quæ ſub generaliori reſervatione continentur, ſe Conſervator ingereret, quia Iudex delegatus debet eſſe certus de juriſdictione.

205. Ita tradit gloſſa, quam Doctores ſequuntur in cap. 31. verbo *ſuper mandato* ✠ *de officio Iudicis delegati,* cujus hæc ſunt verba: *Hoc valdè notabile eſt, quòd licèt exhibeatur ſententia delegati, ei tamen non creditur, nec præſumitur pro ſententia, niſi oſtendatur commiſſio: nec creditur Iudici ſi ſe delegatum dicat ar. 1. de teſt. cùm à nobis. Et idem dicit l. in arbitrio, quia non ſtatur verbo ejus, ſi dicit Sacramentum à partibus interpoſitum Cod. de arbit. l. 4. §. Sin autem, Cod. de man. prin. l. unica. Caveat ergo quicumque impetrat à Principe cauſam committi alicui, vel delegari, ut ſi ſententia lata fuerit pro eo à delegato, ita benè cuſtodiat commiſſionem, ſicut ipſam ſententiam: lapſu enim temporis ſi conveniretur, & oſtenderet ſententiã ſine commiſſione, non valeret ei, niſi probaret de commiſſione.*

206. Et tantò efficacior deberet eſſe, ut ſupra oſtenſum eſt, probatio, quantò vehementior eſt in contrarium præſumptio fundata in conſtanti ſententia Sanctæ Sedis, nolentis cognitioni Con-

ſer-

ſervatoris ſubmittere collationem à ſe factam de beneficio uti reſervato . .

207. A qua voluntate, & ſententia ſi ſentiant receſſiſſe Paulum V. probare rursùs deberent, quia deciditur in *l.22. ff de probat. eum qui voluntatem dicit mutatam, probare debere.*

208. Quòd ſi id efficaciter ex ſuis privilegiis probare nequeant (uti revera hactenus nihil probaverunt) qua tandem Theologiæ, aut Iuris regula audent à Conſervatore ſuo petere, & obtinere caſſationes ſententiarum S.Sedis; & adversùs ejus auctoritatem talia committere, quæ ne vel minimus Magiſtratus civilis permitteret fieri impune adverſùs ſuam Iuriſdictionem.

109. Si autem probabilem aliquam rationem credant ſe habere, certè non minoribus, ſed longè majoribus tota hac quæſt.7. relatis fulcitur prætenſio proviſorum Apoſtolicorum, & ut minimũ ad S.Sedem, ſeu privilegii, legiſque Auctorem, deberent pro interpretatione recurrere, ſi amarent ſequi viam tutiorem, ac tot probatam Canonibus, legibuſque, praxique etiam Belgii, ut patet ex iis, quæ refert Anſelmus ad Edictum perpetuum Belgii pag. 53

210. Ex quibus colligitur cum quanta laxitate proceſſerint in cauſis Nicolai Meys, Petri Marcelis, Ioannis Danielis, à quibus acceptata beneficia fuerant prius affectata affectione clauſa in corpore Iuris, uti oſtenſum eſt quæſt.6.num.38.& ſeqq.

211. Nec enim, ut dictũ eſt, oſtenditur, quòd Paulus V. aliud nomine *Corpore Iuris* intellexerit, quàm quod intellexit Gregorius XIII. quando expreſsè in ipſo incluſit extravagantes, dum dixit: *Reliquum verò ejuſdem Decreti una cum annotationibus prædictis, tàm abſque gloſſis, quàm ipſum totum cum gloſſis, ſextumque, & Clementinas ſimul,* ET EXTRAVAGANTES *à dilecto filio Sixto Fabri ejuſdem Palatii noſtri Apoſtolici Magiſtro recognoſcenda omnia, & approbanda in officina Populi Romani, quæ ad hoc potiſſimum, ut libri Sacri in ea fideliter, & incorruptè imprimantur, erecta fuit, imprimi, & impreſſa divulgari juſſerimus, ac ut ad majorem Chriſti fidelium ubique tàm intra, quàm extra Italiam, citra, & ultra montes commorantium commoditatem,* HOC IVRIS CANONICI CORPVS *fideliter, & incorruptè juxta Exemplar hic Romæ impreſſum à Catholicis Typographis a Romano populo, ſive ab eo deputatis, vel pro tempore deputandis electis imprimi poſſit..*

212. Præterea tàm Canonicatus Tungrenſis, quàm Archidiaconatus Haſbaniæ controverſus, non tantùm per affectionem, ſeu appoſitionem manus, ſed ex alio capite, ſeu ratione multiplicitatis fuerunt reſervati.

213. Nam, ut dictũ eſt quæſt.4.n.4.& ſeqq. Petrus Marcelis factus erat incapax conſequendi præfatum Canonicatum vigore privilegii, eò quod prius acceptaſſet duo beneficia eodem anno.

214. Et Nicolaus Meys ante acceptationem Archidiaconatus controverſi, prius acceptaverat quatuor ut minimùm alia beneficia, videlicet unum ad Abbatem Flonenſem; alterum in Cathedrali Eccleſia Brugenſi, tertium in Lens ſupra Iecoram, & quarto loco Canonicatum Cathedralis Eccleſiæ Leodienſis.

215. Primum ex præfatis beneficiis ad Collationem Abbatis Flonenſis pertinens acceptaverat vigore nominationis, quod tamen fieri non poterat, eò quod eſſet ſitum in Patria Leodienſi, ubi nominationes non habent locum. *privileg. pag.* 125. §. *videlicet*; ſed nihilominus proprius error, & culpa non fuit ei ſine lucro.

216. Nam de eo ſic habent Acta Facultatis ad annum 1646. in Decembri: *Habita eſt Congregatio extraordinaria ſub juramento, in qua Decanus propoſuit, an placeat Dominum Meys ſubregentem Falconis convenire cum ſuo adverſario? idque quia veriſimilius eſt beneficium, quod acceptavit in vim ſuæ nominationis ad collationem Abbatis Flonenſis, non eſſe ſubjectum nominationibus, quia ſitum eſt in Patria Leodienſi, permiſſum eſt D. Meys convenire cum ſuo adverſario.*

217. Verùm facta conventione, rursùs peccavit in leges ſtatutas, & Roma Academicis præſcriptas, quando à Gregorio XIII. data eſt confirmatio, ſeu renovatio privilegiorum, quæ per Concilium Tridentinum fuerant ſublata, inter quas dicitur: *Iurabis ſi acceptes per hanc nominationem unum beneficium, & iſtud poſt, vel jus ejus mediante aliqua penſione alteri cedas, quod infra menſem referes ad librum Vniverſitatis, vel Facultatis quantum penſionis ex eo beneficio recipias.* Nihil autem retulit nec in librum Vniverſitatis, vel Facultatis.

218. Et inſuper ad cavendas fraudes, & impediendum, ne quis involet in multa beneficia, dicendo ſe non fuiſſe conſecutum illud, vel illa, quæ prius acceptaverat, Carolus V. decrevit: *Quand quelqu'un en vertu de quelque nomination aura traitté, ſoit qu'il ait penſion ou quelques deniers accordez pour raiſon d'aucune deſpenſe ſupportée, ſa nomination ſera tenue pour furnie, comme ayant ſorty ſon effect.*

219. Ratione ergo hujus multiplicitatis (quæ per ſtatuta inducit incompatibilitatem, ſeu inhabilitatem ad ulteriora beneficia vigore privilegii acceptanda) Archidiaconatus prædictus erat devolutus ad S. Sedem, etiamſi fuiſſet (quod non) defectus in appoſitione prævia manus, ſeu in Coadjutoria.

220. Per hæc ſatis oſtenditur, quod dictus Archidiaconatus fuit reſervatus alitèr quàm ratione menſis, & quod virtute Bullæ Paulinæ in dicto §. *& quatenus*, cognitio ſpectavit ad Executorē, vel Executores, ac Iudices Apoſtolicos, *ut præfertur ubilibet deputandos*: *Ita ut Conſervator, vel Conſervatores Vniverſitatis non poſſint in eis aliquo modo, nec cognoſcendo, nec impediendo, ut præfertur, ſe ingerere ſub eadem pœna nullitatis actorum quorumcumque, ac cenſurarum, amiſſionis officiorum*

ciorum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum per eos obtentorum, ipſo facto, ut præfertur, incurrenda.

221. Itaque fuere ſine dubio juſtiſſimæ S. Sedis ſententiæ, & decreta, quibus ſuper dicto Archidiaconatu eſt condemnatus; quibus cum non pareret, meritò eſt excommunicatus, & denunciatus; nec cum eo communicatio haberi poteſt ſine peccato, & qui eundem fovent, incurrunt excommunicationem ſimilem, quæ à jure fertur in eos, qui cum crimnoſo communicant in crimine, *cap. 29. ubi latiùs Doctores & de ſententia excommunicationis.*

222. Hanc Canonum doctrinam laxant iterùm Academici mirum in modùm, quando non tantùm fovent, ſed etiam præſumunt eum ad officia Academica, etiam juriſdictionalia admittere, cùm tamen ſcire deberent omnes actus per ejuſmodi homines geſtos, eſſe peccaminoſos, irritos, & nullos.

223. Hæc eadem locum habent in Petro Marcelis, qui non obſtante excommunicatione ob ſimiles cauſas juſtiſſimè lata, præſumit damnabiliter exercere functiones paſtorales, & adminiſtrare Sacramenta, & hoc impunè.

224. Calvam adferunt excuſationem dicendo primò, quòd ſententiæ Rotæ ſint caſſatæ per Conſervatorem ſuum; nam nec umbram juriſdictionis, vel auctoritatis eidem hac in parte competere comprobavimus.

225. Dicunt ſecundò; Martinum V. Paulum II. & alios Pontifices indulſiſſe, ne in prima inſtantia extra muros Lovanienſes evocentur etiam virtute litterarum Apoſtolicarum, &c. Reſpondetur; hanc objectionem ſæpiùs fuiſſe ſolutam, dum oſtendimus in illo *non evocationis Privilegio*, non comprehendi cauſas concernentes Ius S. Sedis. Item per Bullam Paulinam ab ejus Iuriſdictione excipi beneficia omnia *reſervata, aliter quàm ratione menſis*, ac tertiò privilegium non ceſſare dato abuſu; quòd etiam ſatis innuit Carolus V. in ſuo Placeto ſuper Adriani Privilegio in verbis: *Et en petitoire ſelon leurs Privileges, ſi avant qu'ils en ayent deüment jouy & usé.* privileg. pag. 96.

226. Quæ verba notoriè conditionem important, ſcilicet *recti uſus Privilegii*, ſeu, *ut illo non abutantur* Lovanienſes, qua conditione deficiente, ut apparet ex abuſibus toto hoc opuſculo deductis, deficit quoque, ſeu inutile redditur Placetum Principis conditionaliter conceſſum, per tradita à Vallenſi de benef. lib. 3. tit. 27. num. 3. ubi plurima in hanc rem producit jura, & auctoritates, ac proindè ex hoc etiam capite corruit ipſorum intentio, ſibique adverſantem habent Principem, quem clarum eſt per Placeti ſui ſubſtractionem abuſibus obviare voluiſſe,

227. Dicunt tertiò, Privilegia Brabantica obſtare evocationibus

Digitized by Google

bus extra Belgium. Reſpondetur, Academicos peſſima fide illis abuti ad præſentem controverſiam, ſicuti iiſdem ſæpiùs ſunt abuſi, proindè, ut oculos aperiant, potiora breviter percurrimus.

228. Inter antiquiſſima Iura evocationes concernentia exſtat Pactum Henrici Brabantiæ Ducis cum Colonienſi Præſule factum anno 1251. 13. Decemb. ſed reſpondeo illud Paciſcentium perſonas non egredi.

229. Extant ſecundò litteræ, quas vocant, *landtchartres*, anni 1312. quibus promittit ſubditis Princeps, *unumquemque in foro ſuo fore judicandum per Scabinos, aut eos, quibus judicare incumbit*. Reſpondetur, hoc clarè ſpectare ad cauſas laicas, & ut ſpectaret ad beneficiales, ſolùm concerneret beneficia ſita ſub Dominio Principis. Quod evidenter probatur non tantùm ex Iure communi tam canonico, quàm civili ſupra relatis, ſed ex ipſamet praxi Brabantinorum, qui ſi jus prætendant reale in rebus alibi ſitis, coram Iudice glebæ agere debent. Conſequenter quæſtio de Iure beneficii ſiti in Patria Leodienſi, non Lovanii, ſed coram Officiali loci veniret retractanda, ſepoſitis Privilegiis Pontificiis.

230. Extat tertiò Bulla Aurea Caroli IV. ſed hæc agit de evocationibus factis auctoritate inferiorum Prælatorum: *Statuit*, inquit, *ne ullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Princeps, Baro extra limites diſtrictus evocare præſumat*. Deindè non loquitur de judicio proprietatis, aut poſſeſſorio rei alibi ſitæ, ut conſtat ex evidenti praxi, & ex dictæ Bullæ confirmatione data per Sigiſmundum Imperatorem anno 1424.

231. Extant quartò litteræ Archiducis Maximiliani datæ 23. Novembris 1478. ad Sixtum IV. Pontificem, quibus declarat ſe non conſenſurum, ut evocetur extra Brabantiam Abbas Parcenſis. Ad quas reſpondetur, quod illæ non agant de cauſa vertente ſuper re, aut beneficio alibi ſito, ſed de perſonali, & criminali actione; quod conſtat ex aliis ſuper eadem cauſa litteris ejuſdem Maximiliani, quibus ait: *Si Abbas cujuſpiam delicti ſit reus, animadverſione qualibet dignus exiſtimetur, non adverſabor quin Apoſtolica Sedis ratio in hoc habeatur, dummodo Iudice in partibus dato*.

232. Rationes verò ſpeciales pro hoc caſu refert ipſe Princeps in litteris ad Pontificem datis 23. Septemb. 1478. his verbis: *Præterea eſt vir grandævus, & ætate propè confectus, ut Romam proficiſci non ſit ei abſque vitæ periculo, & ſi denique veſtra Sanctitas cauſam recognoſcere capit, eam ut committat alicui in his patriis, &c.*

233. Item in litteris ad Sacram Congregationem Cardinalium datis 12. Nov. 1478. *Reverendiſſimi in Chriſto Patres, amici noſtri ſingulariſſimi. Cum proximis diebus citaretur per litteras in forma Brevis, ad perſonaliter coram Sanctiſſimo Domino noſtro comparendum intra certum tempus, venera-*

nerabilis, dilectusque meus conſiliarius, & Orator Theodoricus Abbas Parchenſis, & ea res ad me plurimùm attineret, ob id, quod præfati Abbatis, his præſertim temporibus, opera non mediocriter indigeo; remq; ad Concilium meum proponerem, compertum eſt, id non publici boni cauſa fieri, ſed dumtaxat cauſa privata Reuerendi Epiſcopi Sibinienſis adnitentis ad commendam Sancti Michaelis Antverpienſis Oppidi mei Ducatus Brabantiæ, quoniam Abbas Parchenſis ex adverſo nititur ad conſervationem privilegiorum, & boni publici ordinis ſui. Quocirca ad Sanctitatem præfatam ſcribimus inſtantiſſimè petendo, quatenus præfatum Abbatem ab ejuſdem comparitione abſolvat; aut ſi libitum erit cauſam cognoſcere, eam ut bis in patriis ſpectato cuidam Prælato non partibus ſuſpecto, ut ſæpè fieri ſolet, committat, ſic & ſuæ Sanctitati, & noſtræ neceſſitati, atque partibus ſatisfaciet.

234. Item ad Cardinalem Mantuanum 22 ejſudem menſis *Nos verò, etſi jure meritoque Abbas ipſe citaretur, pati abſentiam non poſſumus, propter magnam utilitatem, quam ejus opera adipiſcimur, quoties res nobis cum tribus ſtatibus patriæ agenda eſt. Eſt enim ipſe in Deputatis trium ſtatuum ſæpè caput in ſtatu Eccleſiaſtico, id eſt, quod ejus auctoritate, atque ſtudio, ad ejus ſæpè ſententiam, idem ſtatus adducitur: quo audito, alii ut ſequantur facilè fit. Quapropter quantopere nobis tali viro ſit opus, probè intelligit Rev. Paternitas, quin ut nobis diligentius inſerviat noſtris officiis, & favoribus provocandus eſt. Præterea grandævus eſt, & ita ſenio jam confectus, non eſt putandum Romam poſſe proficiſci ſine vitæ periculo: igitur veſtram Reverendiſſimam Paternitatem ita inſtantiſſimè oramus, ut hæc in re agat, quo prorſus petita obtineamus, ut orare magis ex animo non poſſimus; ut pote pro ea re, quã neceſſe eſt impetrare.*

235. Agebatur ibi perſonalis cauſa delicti provenientis occaſione cujuſdam Commendæ ſuper beneficio in Brabantia ſito.

236. At cauſæ præſentes Canonicatuum Tungrenſis, S. Dionyſii, & Archidiaconatus Hasbaniæ, reales ſunt, non perſonales; & verſantur ſuper re; ut dictum eſt, alibi ſita, in quibus cum præfati Meys, Marcelis, Danielis condemnati non obedierunt, ab auctoritate legitima excommunicati ſunt; nam expreſſo Iuris titulo ſtatutum eſt, Iudicibus majoribus licere juriſdictionem ſuam pœnali judicio defendere, *l. unica; ff. ſi quis jus dicenti*. ac ſemper juriſdictioni cohæret poteſtas coercendi contumacem.

237. Extat quintò Bulla Leonis X. data 3. nonas Iulii 1515. vetantis Belgas evocari in prima inſtantia. Reſpondetur eodèm modo, quo reſponſum eſt ad Bullam auream Caroli IV. & ad litteras Maximiliani; dictam enim Bullam non agere de beneficio extra Belgium ſito luculenter probant ejus verba, quibus dicitur.

238. *Vt indemnitatibus, indebitis vexationibus Belgarum ſalubriter provideret, prout perſonarum, & locorum, ac aliis qualitatibus conſideratis conſpiciebat in Domino ſalubriter expedire, ſtatuit, & ordinavit, quod Vaſalli, & ſub-*

 diti

Digitized by Google

dicti Caroli Archiducis, tàm laici, quàm Clerici ſæculares, pro quibuſcumque litterarum Apoſtolicarum prætextu, extra loca Archiduci Carolo ſubjecta in prima inſtantia citari, aut quomodolibet ad judicium convocari non poſſint, ſed in partibus illis in prima inſtantia cognoſcatur.

239. Eadem ſolutio datur ad reſponſum Sacræ Congregationis, cui dicunt factam eſſe propoſitionem in hunc modum: *Quùm in Burgundia, Brabantia, Flandria, ac aliis Belgii partibus dominio Alberti Archiducis Auſtriæ ſubjectis, inter alia Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Synodalia ſtatuta ex immemorialibus conſuetudinibus, concordatis, & privilegiis notoriis earum partium hucuſque in viridi tentum, & obſervatum ſit, omnium incolarum coram exteris judicibus nullatenus evocabilium, cauſas præſertim appellatorias judicibus ſynodalibus Patriæ dumtaxat committi, & nihilominus inter alias Nunciorum Apoſtolicorum Belgii Facultates inſertum aſſeratur indultum; eaſdem cauſas generaliter committendi, & cognoſcendi; ideo per Philippum Maſium, pro eodem Alberto hìc reſidentem, quæritur, an per dictas Facultates Nunciorum Apoſtolicorum hìc annexas, poſſit dictis ſtatutis, & privilegiis aliquatenus derogatum cenſeri, juxtà cap. 20. ſeſſ. 24. de Reformatione.*

240. Huic propoſitioni reſponſum eſſe dicunt in hanc ſententiam: *Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, facto prius verbo cum Sanctiſſimo Paulo Papa V. Reſpondit, Sanctiſſimi, & Patrum dicti Concilii intentionem non fuiſſe, nec eſſe, ſtatutis, & privilegiis hujuſmodi derogare, firma tamen, ac aliàs in reliquis illæſa permanente dicti cap. 20. ſeſſ. 24. diſpoſitione. Romæ 22. Iunii 1615. ſignatum S. Cardinalis Lancellottus Congregationis Præfectus.*

241. Nihil hìc diſponitur de rebus extra Brabantiam ſituatis, ſuper quibus ſi quid juris habeant Brabanti, experiri debent, ut dictum eſt, coram Iudice rei, ſive illa ſit in Hannonia, Flandria, Germania, Leodienſi territorio, &c. non enim Academici tunc evocantur ad externum tribunal, ſed coram proprio, & competente ipſi vocant.

242. Inſuper notentur verba finalia reſponſionis Sacræ Cong. *Firma tamen, ac aliàs in reliquis illæſa permanēte dicti cap. 20. ſeſſ. 24. diſpoſitione.* In eo autem dicitur, *cauſæ beneficiales in prima inſtantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoſcantur: ab his excipiantur cauſæ, quæ juxta Canonicas Sanctiones apud Apoſtolicam Sedem ſunt tractandæ.*

243. Inter quas ſunt illæ, in quibus de juribus S. Sedis agitur, ut probatum eſt ſupra; & tangit Barboſa in collectaneis ad dictum cap. 20. n. 39. & ſeqq.

244. Cæterùm quidquid ſit de Privilegiis Patriæ, hìc non inquirimus ulterius, nec iis volumus derogatum, hoc ſaltem ex plurium practicorum fideli ratione habemus, Brabantos non poſſe evocare exteros ſuper rebus alibi ſitis, & conſequenter non poſſent

evo-

Digitized by Google

evocare ſuper beneficiis patriæ Leodienſis, niſi hoc Academicis conceſſum fuiſſet per ſpecialia privilegia Pontificum, qui illa non conceſſerunt adversùs ſe ipſos, & S. Sedis jura, ſed tantùm adverſùs inferiores.

245. Aliàs ubi de Iuribus, & collationibus S. Sedis agitur: *Cognitio*, inquit Paulus V. *& Deciſio cauſarum deſuper movendarum ſpectet ad Iudices, vel Executores Apoſtolicos, ut præfertur, ubilibet deputandos*, privileg pag. 129. prius autem, ſeu pag. 128. præmiſſum erat, *quod coram præfatis Executoribus citari Academici poſſent extra Oppidum Lovanienſe, etiam in Romana Curia, & alibi.*

246. His legibus conſenſerunt Brabantiæ Senatus, Vniverſitas, & Facultas, uti in dorſo Bullæ ſcriptum eſt, & impreſſum in privilegiis pag. 133. *Anno Incarnationis Dominicæ* M. DC. XVI. *die nona Martii, Vniverſitas Studii generalis Oppidi Lovanienſis, per Dominum Carolum Robaulx, Ordinum Ducatus Brabantiæ, & ejuſdem Vniverſitatis Agentem, ac Facultatis Artium ipſius Vniverſitatis, per eundem Carolum Procuratorem eorum, Ordinationi, Statuto, Abrogationi, Confirmationi, aliiſque introſcriptis, & litterarum expeditioni conſenſerunt.*

147. Nec aliter, quàm ſub præfatis legibus conceſſa eſt collatio beneficiorum Patriæ Leodienſis, vel aucta taxa quoad beneficia Patriæ Regiæ, vel privilegia confirmata *pag.* 130. §. *in reliquis*, & ſi verum eſt (quod prætendunt) Bullam Paulinam continere concordatum, nonnè manifeſtè Iuri naturæ, quod dictat pacta, & concordata ſervanda, contraveniunt.

248. Objiciunt denique, quòd ad ſolum Conſervatorem ſpectet interpretatio Bullæ, ac proindè ipſo ſic interpretante, & in favorem ipſorum ſic judicante, vel ſententias Rotæ, & Executorum Apoſtolicorum, aut S. Sedis ceſſante, poſſint ſe ipſius judicio conformare: verba autem, quæ ad hoc etiam verbo nuper allegavit quidam Academiæ ſuper negotio privilegiorum deputatus, ita habent: *Sicque per quoſcumque Iudices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Sacri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditores, ſeu Sanctæ Romanę Eccleſię Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere. Irritum quoque, & inane, quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.*

249. Sed quis ita cœcus, ut non videat, quod hoc illos condemnet, hæc enim clauſula prohibet æquè Conſervatori, ac aliis, aliter judicare, definire, interpretari, quàm Bulla contineat: continet autem, quod non poſſit cognoſcere de beneficio *reſervato aliter, quàm ratione menſis, pag.* 129. § *& quatenus.*

250. Ecce quibus tandem, & improbabiliſſimis privilegii umbris Nicolaus Meys, & P. Marcelis tueri ſe volunt ab excommunica-

Digitized by Google

nicatione, & fovere inſordeſcentiam in eadem per annos multos: qui etſi probabilem aliquam haberent rationem, aut etiam putarent ſe habere certam, vitandi ſunt, nec prædictus Marcelis exercere poteſt functionem Paſtoralem, nec alii ab ipſo Sacramenta recipere, quamdiu abſolutionem ad cautelam, quam S. Sedes dare conſuevit, non petierunt, & obtinuerunt. *cap.40. de ſententia excomm. cap.2. & 7. eodem in 6.* quam abſolutionem magis timorati olim in Vniverſitate petendam eſſe per ſuum Conſervatorem cenſuerunt: uti ex Actis relatum eſt num.79.

251. Hæc de Subſtantia Iuriſdictionis Conſervatoris breviter dicta ſint; nunc ad ejus exceſſus circa formam procedendi deſcendemus.

Examinantur exceſſus Curiæ Conſervatoris Lovanienſis circa formam procedendi etiam in noviſſima Viſitatione à Sereniſſimis Archiducibus præſcriptam: & alii abuſus referuntur.

252. PLurimi hìc poſſent congeri exceſſus, & laxitates, ſed paucis erimus contenti: in primis autem occurrit illa, qua duo S. Theologiæ Doctores, Iacobus Pontanus in qualitate Conſervatoris, & Henricus Scaille in qualitate litigantis, proceſſerunt contra Servatium des Martin proviſum à Sede Apoſtolica de Canonicatu Cynacenſi eidem S. Sedi aliter quàm ratione menſis reſervato, ſcilicet propter multiplicitatem, & incompatibilitatem diverſorum beneficiorum priùs per dictum Henricū acceptatorū.

253. Præfatus Servatius litteras proviſionis ſibi factæ præſentavit Apoſtolico Executori, ſed in limine executionis obſtitit dictus Henricus ſpecioſo titulo, ſcilicet, *quod proviſi in vim Indulti Paulini non poſſint extra muros Lovanienſes evocari*: quaſi verò per hoc, quod Decanus Facultatis Artium providerit, ſive benè, ſive malè, ac etiā de reſervato, vel affecto beneficio, eo ipſo omnis alia poteſtas ceſſare debeat.

254. Apoſtolicus Executor veritus difficultates ex nota ſibi Conſervatoris violentia, ſuperſedit tantiſper, & interim præfatus Servatius D. Pontanum acceſſit, eique multiplices illas acceptationes beneficiorum etiam incompatibilium expoſuit eo fine, ut non foveret præfatum Henricum, nec executionem impediret.

255. Sed rurſùs hìc obſtitit prædictus Henricus, primò petit cautionem de expenſis: Secundò, facta à Servatio allegata callidè diſſimulat: Tertiò, in excuſationem eorum, quæ nulla poterat tergi-

verſatione occultare, exhibet atteſtationem inſignem Iacobi Renſon Syndici Facultatis, quam retulimus ſupra quæſt. 3. ſub litt. BB. pagina 68.

256. Viſa reſponſione Servatius exigit die 16. Septemb. 1665. juramentum calumniæ, & pro parte ſua illud præſtat.

257. Notum eſt hoc juramentum, civili, & canonico Iure inductum eſſe juſtiſſimè ad abbreviandas lites, & compeſcendas fraudes temerè litigantium, ut qui timore mendacii non cohibētur ab allegandis falſis, & negandis veris, terreantur timore perjurii.

158. Illud ipſum in Curia Conſervatoris præſtari debere ſtatutum fuit anno 1617. tempore Viſitationis in ordinationibus Curiæ præfatæ articulo 14. his verbis: *Procurator tàm actoris, quàm Rei, primo die, & ſimulatque comparet, exhibuitque mandatum, vel cavit de rato, ut ſupra, juret de calumnia, ſub formula jurisjurandi accepta, qui Dominum quoque ſuum jurantem, ſui officii admoneat, & à calumnia deterreat, atque ita juret in animam ſuam, necnon in animam Domini ſui, niſi idem Dominus præſens fuerit, & ipſemet in animam ſuam juraverit.*

259. Eamque eſſe, & fuiſſe dictæ Curiæ praxim conſtat ex variis Conſervatorum decretis inſertis in diverſarum litium copiis authenticis.

260. Sic in caſu beneficiali Arnoldi Huſtin contra Franciſcum Vogelſang anno 1613. die 18. Maii hanc interlocutoriam tulit Conſervator.

261. *Sequendo ordinem terminorum hactenus in cauſis beneficialibus ſervari ſolitorum, ſtatuimus terminum jurandi de calumnia ad primam.*

262. In cauſa beneficiali Iacobi de Martignet 2. Decēb. 1633. *Decernimus per opponentem præſtari juramentum calumniæ.* Et antea, ſeu anno 1615. 12 Auguſti. *Quandoquidem clauſula juramenti de calumnia inſeri mandatis ſolita eſt, juramentum per N. Maes præſtitum, pro ſufficienti habendum declaramus.*

263. Anno 1643. 24. Febr. in cauſa Henrici Haulthomme Actoris contra Illuſtrem D. Præpoſitum Decanum, & Capitulum Nivellenſe, dicti Actoris Procurator exhibuit in rotula hunc terminum: *Viſo, & examinato toto proceſſu dicit, actorem non poſſe propter inutiles fortè probationes faciendas procedere juxta decreta noviſſima, niſi in primis & ante omnia per DD. Reos præſtitum fuerit juramentum calumniæ, quod præſtari petit per DD. Præpoſitum, Decanum, & Canonicos, &c.*

264. Non rejecit petitionem Conſervator, non attendit ad qualitates, & dignitatem Reorum, ſed proxima die juridica, ſeu 28. ejuſdem menſis decrevit in hunc modum: *Præſtent Rei juramentum calumniæ ſuper articulis ex parte Actoris deſignatis in termino noviſſimo ſub pœna ſecluſionis, & confeſſi.*

265. Verùm Iacobus Pontanus neglectis legibus, quæ habentur

tur

Digitized by Google

tur in *Cod.lib.3.tit.*59. neglecto Canone 1. *&* 2. *de juramento calumniæ in* 6. neglecta ordinatione Superiorum ſtatim allegata, noluit præfatum juramentum injungere dicto Henrico, ſed lato in favorem ejuſdem Decreto, licèt nulliter, & injuſtè, dicto cap. 2. remiſit cauſam ad Rotulam, & commiſit Aſſeſſori ſuo Hilario van Werme.

266. Coram quo rurſus per multos menſes coactus eſt Servatius ſuſtinere litem ſuper illo incidenti, *an Henricus Scalle præſtare deberet juramentum calumniæ*; prætendebat autem ſe ad illud poſtmodum non teneri, *quia ſua qualitas excluderet præſumptionem calumniæ*. Ita in termino exhibito 21. Iunii 1667.

267. Sed, ut diximus, injuſtiſſimè; nam per allegata jura ita præſtari jubetur, ut nec remitti expreſsè poſſit. *gloſſ. ad cap. 1. de juram. calumniæ in 6. l. 2. Cod. de jurejur. propter calumniam.* Nec valet conſuetudo ut non præſtetur, *gloſſ. in d. cap.* 1. eaque expreſsè reprobetur *in cap. cæterum* ✠ *de juram. calum.* ac denique nolentem jurare expreſsè leges haberi volunt pro confeſſo, adeo ut nec excuſet dignitas Epiſcopalis. *cap.* 7. ✠ *de juram. calum.*

268. Hinc apparet quàm ſit periculoſum coram ejuſmodi Tribunali litigare, niſi reformetur certis, & inviolabilibus legibus, & maximè periculum illud eluceſcet, ſi quis attendat ad ſequentia.

269. Primò, quòd Academici in favorem ſuum limitent Conſervatoriales Bullas, ſicuti in eumdem favorem extendunt Bullas nominationum.

270. Licèt enim plures ſint conſtituti Conſervatores, & illa plurium denominatio tribuat illi, qui unum ex Conſervatoribus habet ſuſpectum, jus adeundi alterum, *cap.* 4. *&* 8. *de offic. Iud. delegati in* 6. Sic tamen Namurcenſes, Mechlinienſes, aliarumq; Provinciarum homines Academici in jus trahunt, ut non niſi coram uno eorum, quem Vniverſitas elegit, cauſam dicere velint, aut coram Rectore, quem in aliorum Conſervatorum locum ipſimet ſubſtituerunt.

271. Hac de re ſic habent Faſti Academici pag. 66. *Verum poſtea, cum uſu, & experientia plurium Conſervatorum uſus Vniverſitati videretur inutilis, abrogatis reliquis, unum tantùm Conſervatorem retinere placuit: & poteſtas, juriſdictioque reliquis Conſervatoribus adempta, partim D. Rectori, partim D. Conſervatori, qui remanſit, attributa fuit.* Deinde pag. 67. *Poſt abrogationem illam reliquorum Conſervatorum, loco eorum nomen Rectoris poni conſuevit, hoc modo. Dummodo coram nobis, aut dictæ Vniverſitatis Rectore ſingulis de ſe querulantibus paratos exhibeant ſtare juri. Quæ quidem nova formula comprobatur per plurima exempla in actis cauſæ, & multo latiùs in certa informatione in hoc concepta, & Aſſeſſori D. Conſervatoris communicata, comprehenſa ſunt, longiſſimo rerum uſu, qui in ſpecie dubitabiliore, nempe quando Scholaris impetrando inhibitiones cœpit uti Conſervatoris auxi-*
lio,

Digitized by Google

lio, eſt indubitatus, & antiquo exemplari nuper reperto, in quo ex antiqua formula; deletis prioribus Verbis: Dummodò coram nobis, aut aliquo ex noſtris collegis, *nova formulæ verba, quæ nunc frequentantur*, aut dictæ Vniverſitatis Rectore, *&c. ſubſtituta inveniuntur*.

272. Secundò, Conſervatori ſuo præſcribunt certas leges, id conſtat ex iiſdem Faſtis in fine pag. 69. ubi electus refertur Theodoricus Brackel Prælatus S. Gertrudis, *ſub certis reformationibus in Curia ſua obſervandis*.

273. Et parum ante: *Quod non parebit Conſervator mandatis Superiorum*, ſeu ut verbis Faſtorum utamur, *quod non deſiſtet ab actuali exercitio juriſdictionis propter mandata Regalia, aut Ducalia, aut* QVODCVMQVE ALIVD MANDATVM EXEQVENDVM, *niſi prius conſulta Vniverſitate*.

274. Cumque quidam Marcus Sterck à Conſervatore condemnatus appellaſſet, & ſupplici libello Concilio Brabantiæ exhibito impetraſſet litteras clauſas ad Conſervatorem, quibus eidem D. Conſervatori abſolutè mandabatur, ut ab ulteriori progreſſu in lite ſuperſederet, & concederet dicto Sterck tempus quadrimeſtre ad Reſcriptum in Vrbe impetrandum, concluſit Rector Vniverſitatis, quòd Conſervator non obſtantibus litteris Cancellariæ, ad ulteriora procederet: *refertur id latiùs in Actis Vniverſitatis*.

275. Tertiò nolunt, quòd Conſervator Aſſeſſore, vel Aſſeſſoribus utatur, niſi quos probaverit Vniverſitas. *Faſti Academici pag.* 72. inter quos hodie officio Aſſeſſoris fungitur D. Hilarius van Werme Advocatus Fiſcalis, & Syndicus, eoque titulo eſt Actor in cauſis concernentibus privilegia, & Iudex, quia ferè omnia per Aſſeſſores expedit Conſervator.

276. Quartò, ſi aliquando ſubdeleget Conſervator, volunt ut ſubdelegatio fiat in perſonam Vniverſitatis placentem, eaque conditione aliàs Decano S. Gudulæ in Conſervatorem electo litteras Conſervatoriales præſentarunt.

277. Quintò, etiam volunt præſcribere tenorem ferendarum ſententiarum, unde anno 1627. concluſit Facultas Artiũ per Vniverſitatem rogandum Conſervatorem, ut ferat ſententias proviſionales pro proviſis per novum privilegium.

278. Hoc autem manifeſtè tendit ad impediendum curſum Iuſtitiæ; nam à proviſione non appellatur, & Academicus obtenta proviſione tergiverſatur ſuper incidentibus, & aliis, uti fecit dictus Henricus Scaille.

279. Item anno 1634. electo Conſervatori dederunt leges ſequentes.

280. *Inprimis ſervabuntur modificationes, ſeu moderationes anno* 1526. *pactæ, & concordatæ inter Vniverſitatem, & Reverendum admodum* D.

Antonium de Nuwenhoven pro tempore S. Gertrudis Abbatem.

281. *Vti ea, quæ per Vniverſitatem propoſitę, & per Dominum Abbatem ejuſdem Monaſterii Hoſden acceptata ſunt anno* 1557.

282. *Item modificationes anni* 1593. *quando Bulla Conſervatorialis fuit præſentata Reverendo Admodũ Domino Abbati ab Eynhouts, & ſi quę inſuper alia inter Vniverſitatem, & pro tempore Conſervatores tractata, & concluſa inveniuntur.*

283. Sextò, eidem Conſervatori ſæpè gratificantur, decernendo, ut à nominationibus ad beneficia collationis ipſius abſtineatur.

284. Septimò, impediunt ne quis coram Conſervatore adverſus ipſos proponat exceptiones, quas putat juſtas, qua de re in Actis Vniverſitatis anni 1633. legitur.

285. Die 7. Decembris, *in inferiori loco capitulari D. Petri Lovanii fuit indicta, & ſervata deputatio, aſſumpto ad illam Conſultiſſimo D. Raphaele Lintermans Aſſeſſore Reverendi Domini Conſervatoris, ad quam comparuit vocatus* D. *Advocatus Guilielmus Buyſen, correptuſque fuit ſuper exceptionibus, quas in actionibus perſonalibus, ac ſignãter in cauſa quadã defructuationis coram Reverendo D. Conſervatore proponit, & tuetur, & monitus ſeriò ne deinceps ejuſmodi exceptiones proponat, vel aliquibus ad hoc faciendum aſſiſtat, ſub pœna quod contra ipſum procedetur, prout videbitur.*

286. Propterea diverſi ſępiùs rogati ab extraneis coram Conſervatore citatis, ut vellent eorum cauſas tueri, pro ipſis ſcribere, &c. excuſarunt ſe, timentes totius Vniverſitatis indignationem, & perſecutionem pati, & ſic aliarum Provinciarum tàm Suæ Majeſtatis, quàm aliarum ſubditi meritò ſæpè conqueſti ſunt adverſus evocationes.

Referuntur abuſus Iuriſdictionis Rectoris, & qualiter etiam in hoc Tribunali Superiorum Auctoritas conculcetur.

287. Diximus ſuperiori articulo Academicos conſervatorialē Iuriſdictionem ad unicum è nominatis ab ipſis eligendum conſtringere, nec permittere recurſum ad alium, vel alios in Bullis expreſſos, ſed eorum loco ſubſtituiſſe ſe Rectorem, idque in ſuis litteris exprimit electus ab ipſis Conſervator.

228. Quarum litterarum hic eſt tenor, quo uſus eſt ſæpiùs Iacobus Pontanus: *Hinc eſt, quod vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum, in virtute Sanctę Obedientiæ diſtrictè prçcipiendo mandamus, ut moneatis, & requiratis, prout monemus, & requirimus per prçſentes dictũ NN. ut infra ſeptem dies executionem præſentium proximè, & immediatè ſequentes, ſub pœna immiſſionis in bona, ac realis executionis, dicto Impetranti ſinat, & permittat pacificè uti, & frui præfata proviſione dictorum* Cano-

Digitized by Google

Canonicatus, & Præbenda, & ſi quod jus, & actionem ad illos ſe habere prætendat, illud, ſeu illam coram nobis, ſeu præfato magnifico D. Rectore, coram quibus, ſeu altero eorum offert ſtare juri, ſub pœnis perpetui ſilentii proponat, alioquin dictis ſeptem diebus effluxis, ad prædictas, & alias graviores pœnas, & ſententias procedemus.

289. At verò in hoc quoque Rectoris Tribunali ita leges, Canones, & mandata Superiorum enervantur, laxantur, vel eluduntur, ut vix non eluceat oppreſſio; juvat autem hic rem totam altiùs repetere.

290. Si quæſtio ſit de Iuribus Regiis, ſeu quibuſdam acciſiis, impoſtis, aut aliis, in quibus prætendunt ſe gravari, ad privilegia Pontificia recurrunt, & ajunt: *Immunitatem Academiæ noſtræ Martinus V. ſartam, inviolatamque omni tempore eſſe voluit*, ita in aſſertione immunitatis *pag.* 12. Nec ea in parte cenſeri volunt inter ſubditos Principis, *ibidem pag.* 14. quaſi privilegia illa tranſiviſſent in contractum, *pag.* 15. & 16. nullam Ordinibus Brabantiæ competere auctoritatem Academiam repræſentandi, *pag.* 20.

291. *Quia ſi quæ illis in Academiam competeret talis auctoritas, oporteret eam penes aliquod ordinum illorum membrum reſidere, nempè penes Lovanienſem Magiſtratum, penes Nobiles, aut penes Prælatos, è quibus Ordinum Brabãtiæ corpus integratur. At conſtat non reſidere penes Oppidum, ſeu Magiſtratum Lovanienſem, quia ille omnem jurisdictionem, & ſuperioritatem, quam in Academiam prætendere poſſet, ſolemni cum Summo Pontifice pactione abdicavit, atque ita in Rectorem, Vniverſitatemque tranſtulit. Non etiam penes Nobiles, qui nullo jure Academicos magis, quàm cives Lovanienſes repræſentant. Neque tandem penes Prælatos; tum quia illi ipſi ſemper profeſſi fuere, in ipſo etiam Ordinum conſeſſu, neque velle, neque poſſe ſe Academiam conſenſu ſuo comprehendere, ſeu obligare; tum quia nullus eſt titulus, quo hæc auctoritas eis debita videri poſſit, cum neque ulla eis ſit in Academiam ſuperioritas, neque Pontifex eam contulerit.*

292. Et qui pro tuendis abuſibus prætexerunt toties uſum, *ut vidimus ſupra in quæſt.* 1. 2. 3. 4. 5. illum nihil fieri volunt, ubi contra eos pro Ordinibus Brabantiæ uſus allegatur: *Nulla*, inquiunt, *temporis præſcriptio locum habere poteſt, ex quo Martinus V. Pontifex in erectionis Bulla adjecit clauſulam annullativam, prohibitivam, irritantem*. ibidem pag. 31.

293. Quaſi verò non ſint longè prægnantiores clauſulæ, quibus coarctantur nominationes ad certos Collatores, certa Vniverſitatis membra, certam taxam patrimonialem, & beneficialem (aut etiam quibus coarctatur Conſervatoris juriſdictio) quàm ſit hæc inſerta in Bulla Martini V. *Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac aliis contrariis quibuſcumque*.

294. Alibi volunt haberi inter domeſticos Principis, ut à ſolo

ſcilicet Sanctiori Concilio, vel ſupremo Parlamento judicentur.

295. Atque fortaſsè ea ratione, ſuo Conſervatori mandant, ne Brabantiæ Cancellariæ litteris obediat, ut diximus ſupra; qua de re extat etiam ordinatio anni 1593. in hæc verba: *Conſervator non parebit litteris clauſis ex* CANCELLARIA BRABANTIAE, *ſeu aliis Conciliis Suæ Majeſtatis ad ipſum mittendis ad finem impediendi; ſeu caſſandi proceſſus vigore juriſdictionis Conſervatorialis, niſi prævia deliberatione, & conſenſu Magnifici D. Rectoris, & DD. Deputatorum dictæ univerſitatis.* Et parum infrà.

296. *Item quod ſimiliter D. Conſervator non parebit litteris inhibitorialibus quorumcumque aliorum Conſervatorum, ſive Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, Capitulorum, Collegiorum, ac aliarum perſonarum contra Rectorem, ac Suppoſita prædictæ Univerſitatis, aut etiam contra ipſum Conſervatorem decretis, ſine præambulo adviſamento, & conſenſu Magnifici Domini Rectoris, & Deputatorum Univerſitatis, uti ſupra.*

297. *Item tametſi per ſententiam Secreti Concilii anno 1560. menſe Martii die 15. latam inter Univerſitatem, & Status Hannoniæ continetur hæc clauſula: defendant à iceux (à ſçavoir de l'Univerſité de Louvain) de d'oreſnavāt en actions perſonelles, civiles, plus tirer les mannants, & habitants dudit Pais de Haynau. Habeatur in conſideratione, quod per dictam clauſulam prohibitivam, non eſt prohibitum Univerſitati, aut Suppoſitis ejuſdem, trahere Hannonienſes in cauſis ſpiritualibus beneficiorum, & ſimiliū, & proinde etiam non expedit, quod Dominus Conſervator litteris Statuum Hannoniæ ſine adviſamento, & conſenſu præfatorum Domini Rectoris, & Dominorum Deputatorum pareat.*

298. Quod adversùs Cancellariæ Brabantiæ, aliorumq; Tribunalium mandata hic decernunt, idem adverſus Sanctius Concilium diverſis vicibus uſurparunt, etiam in præjudicium Regii Patronatus, quem invadunt, ut apparere poteſt ex Copia informationis ante annos octo Internuncio Apoſtolico exhibitæ, & hic annexæ, *ſub litt. CC.*

299. Nihil dicitur hic quomodo à Concilio Brabantię ad Cōcilium Sanctius, aut Excellentiſſimum Gubernatorem recurrunt, aut à Sanctiori Concilio ad Brabantiæ Senatum, & inde conflictus Iuriſdictionum excitant: hæc nimis nota ſunt omnibus penè Bruxellenſibus Advocatis, ipſiſque Senatoribus; tantùm tangemus pauca ex innumeris, quibus Apoſtolica Iuriſdictio, & privilegia quoad hoc conceſſa violantur, non ſine partis oppreſſione. Privilegia ergo ipſa paululùm delibemus, & cum uſu, ſeu abuſu comparemus.

300. In erectione Univerſitatis facta à Martino V. Pontificatus ejus anno nono, 5. Idus Decemb. Rectori conceditur *cognitio, & deciſio cauſarum Doctorum, & Scholaſticorum,* additurque, *quod Decanus*

S. *Petri*

Digitized by Google

S. Peri, Scholaſticus, Burgimagiſter Iuriſdictionem à ſe abdicent, & in Rectorem, & Vniverſitatem transferant: nihil autem diſponitur de Iuriſdictione, quam habebat Epiſcopus, neque de illa, quam quoad perſonas exemptas habet immediatè Sancta Sedes, vel ejus Legati, aut Nuncii.

301. Capitulorum, Decanorum, Scholaſticorum, & ſimilium inferiorum Eccleſiaſtica Iuriſdictio ordinariè non ſe extendit ad graviora crimina, quorum proinde cognitio, & deciſio manere debebat penès Epiſcopum, unde deſuper biennio à condita Vniverſitate, ſuſcitata controverſia cum Epiſcopo Leodienſi tunc loci Ordinario, conventum eſt, ut graviorum caſuum cognitio, & deciſio maneret penes Ordinarium: fuit verò concordia hæc confirmata per Eugenium IV. anno 1431. referturque tomo 1. Edictorum Brabantiæ pag. 106. Nullas etiam cenſuras infligere poterat Rector, donec ſeptuaginta & amplius annis ab erectione ſua Vniverſitas id impetravit ab Alexandro VI. *Privileg pag.* 136.

302. Et quod attinet ad Iuriſdictionem S. Sedis, aut Legatorũ ejus, hæc manſit integra in ordine ad cauſas concernentes collationes, & Iura S. Sedis, ut dictum eſt ante, uti etiam quo ad cauſas majores, quæ non niſi apud S. Sedem ſolent tractari.

303. Sed quoad inferiores cauſas, in hoc Legatorũ, & Executorum Apoſtolicorum auctoritas reſtricta eſt, quod non poſſint Academiæ membra evocare extra muros Lovaniẽſes, *privilegia pag.* 26. 27. ſaltem in prima inſtantia, *privileg. pag.* 56. ubi Paulus II. ita loquitur: *Nos, qui Facultates ipſas vigere, & inſtaurari ſtudiis aſſiduis exoptamus, Ducis, nec non Rectoris, Doctorum, Magiſtrorum, & Scholarium prædictorum in hac parte ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò ſtatuimus, & ordinamus, quod deinceps in quibuſcumque litibus, querelis, & cauſis; moderni, & pro tempore Rector, Doctores, Magiſtri, & Scholares Vniverſitatis dicti Oppidi contra eos, vel aliquem eorum de cætero movendis, extra muros dicti Oppidi vigore quarumcumque litterarũ à Sede prædicta, vel Legatis, aut delegatis, vel ſubdelegatis, Sedis ejuſdem, vel aliàs quomodolibet emanatarum, & conceſſarum, pro tempore in prima inſtantia, ſive agatur poſſeſſorio, ſive petitorio ad judicium evocari nequeant.*

304. Ex quibus ſequuntur duo notabilia, & certa; primum eſt, quod in ſecunda inſtantia poſſint omnes Academici evocari, quia tantùm in ordine ad primam inſtantiam, privilegium eſt conceſſum.

305. Secundùm, quòd juriſdictio Rectoris ſuper cauſis, quæ inter duos Academicos verſantur, conceſſa ſit ipſi cumulativè, non verò privativè ad Apoſtolicos Commiſſarios, Executores, aut Nuncios.

306. Diximus, *inter duos Academicos*, quia ſi ſit controverſia

 inter

inter Academicum, & extraneum, Iudex competens eſt Conſervator, *Faſti Academici pag. 66.* de quo dictum eſt ante; eſtque hac in parte ſimilitudo quædam cum Romano ſtatu antiquo, in quo Vrbanus Prætor de civium, externus Prætor de forenſium cum Romano cive cauſis cognoſcebat.

307. Vtrumque notabile probemus, & primò, quod diximus juriſdictionem conceſſam eſſe Rectori cumulativè, *non privativè* ad Commiſſarios Apoſtolicos, Nuncios, &c. probatur partim ex verbis Bullæ Martini V. quæ ſola de juriſdictione Rectoris agit, partim ex aliis apertis juribus.

308. Bulla Martini nullatenus privat juriſdictione ſua Nuncios, aut Commiſſarios Apoſtolicos, ſed ſolum Eccleſiaſticos inferiores; en verba: *Præpoſito, Decano, Sholaſtico, Capitulo, Burgimagiſtris, Scabinis, Communitati, & Officialibus, & aliis quibuſcumque, de cauſis, & negotiis hujuſmodi cognoſcendi, ſive illa dirimendi; aut membra, & ſervitores hujuſmodi, vel ex eis aliquem, pro criminibus, & exceſſibus eiſdem aut quomodolibet corrigendi, vel puniendi, ſeu aliquam in eos Superioritatem, vel juriſdictionem exercendi, facultate, & auctoritate penitus interdictis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis; & aliis contrariis quibuſcumque.*

309. Non obſtat ergo clauſula, *& aliis quibuſcumque*, quia non intelligitur de aliis habentibus Eccleſiaſticam juriſdictionem, quã qui ſunt ſimiles expreſſis, aut inferiores; non autem intelligitur *de majoribus*. Textus eam in rem expreſſus eſt in cap. 15. de Reſcriptis, in verbis: *Cum in commiſſionibus noſtris minores, & viliores perſonæ ſolummodò dignoſcantur, majores, & digniores ſub generali clauſula non intelligantur includi*. Huic textui concordant plurima alia utriumque Iuris loca.

310. Indè clarè ſequitur, quod Nuncius, vel Commiſſarius Apoſtolicus poſſit concurrere, & ſit præventioni locus; quia juriſdictio generaliter alicui conceſſa, & non adempta, cenſetur conceſſa cumulativè; *Rolandus à Valle vol. 2. Conſil. 1. n. 137. & ſeqq.* per cap. 17. de hæret. in 6. & l. 1. Cod de officio Præfecti Vrbi, & utrobique Doctores. Idem docet Decius Conſil. 3. & Marta de juriſdict. par. 4. caſu 89. *dicens, receptiſſimam eſſe ſententiam, quod juriſdictio conceſſa alteri, conceſſa cenſetur cumulativè, non privativè*, citatque Abbatem, Felin. Zotium, Socinum, &c.

311. His non refragantur Edicta Principum Belgii, ſed potius aſſentiuntur; privileg. pag. 167. in verbis: *Avons par bon advis, & meure deliberation de Conſeil ordonné, & declaré, ordonnons, & declarons par ces preſentes, que doreſnavant nul de quelque eſtât ou condition qu'il ſoit pourra attraire en iuſtice en premiere inſtance les vrais Eſcoliers ou Suppoſts de ladite Vniverſité, hors noſtredite Ville de Louvain, ſous ombre de quelconques*

reſcripts

reſcripts ou citations de ladite Cour de Rome,contenans clauſe expreſſe derogatoire auſdits Privileges,ou autres,& n'en prouront les juges y denommez prẽdre aucune connoiſſance hors incelle ville. Et en cas qu'iceux Iuges ne veuillent aller audit Louvain,les Impetrãs desdits Reſcripts,& citations de Rome,ſeront tenus obtenir Subdelegation, & faire commettre leurs cauſes en ladite premiere inſtance à autres, qui en connoiſtront,& feront les procedures en noſtredite Ville de Louvain ; ſelon leurſdits Privileges.

312. Ex quibus Caroli V. verbis, & ex allegata Bulla Pauli II. probatur evidenter alterum notabile, ſcilicet quod Rector, & Vniverſitas non habeant juriſdictionem inter Academicos, niſi in prima inſtantia, quodque in ſecunda inſtantia poſſit unus Doctor, Regens, Studioſus, &c. extra Oppidum Lovanienſe evocari.

313. Illud idem probatur ex Bulla Gregorii XIII. data an. 1578. in qua ſimiliter privilegium de non evocando reſtringitur ad primam inſtantiam. *privileg. pag.* 173. *circa medium*, quod iterum repetitur in Bulla Pauli V. data anno 1616. *privileg pag.* 122.

314. Hactenus privilegia, à quibus, Deus bone, quantùm diſcrepat uſus, aut potiùs abuſus, & evidens prævaricatio, eaque multiplex; quarum prima eſt, quòd Academici velint Rectori, & Vniverſitati juriſdictionem ſuper cauſis inter Academicos conceſſam eſſe privativè, ſeu cum excluſione Nuncii Apoſtolici, & Commiſſariorum S. Sedis, cujus contrarium ſatis conſtat ex jam dictis.

315. Secunda, quòd prohibeant appellationes à Rectore ſuo ad Nuncium, vel S. Sedem, ſeu non permittant, ut adeatur S. Sedes pro obtinendo Reſcripto, ac Iudice in ipſo Lovanienſi Oppido, vel alibi intra Provinciã deputando, & deſuper ſtatuerunt appellationes interjiciendas eſſe à Rectore ad Iudices, quos ipſa Vniverſitas eligit, ac illud ſtatutũ pœnalibus Decretis muniverunt non ſemel.

316. Hæc omnia non ignorant improbata eſſe à Viſitatore Vniverſitatis Abbate Parchenſi, ipſoq; Principe Alberto an. 1618. quo tempore gravis fuit diſceptatio ſuper appellatione à Rectore ad Apoſtolicum Nuncium interjecta, & varia deſuper in Vniverſitate acta, quorum copiæ, ac originalia quædam, mandante Principe, & agente ipſo Viſitatore, ad præfatum Nuncium ſunt tranſmiſſa, & hic reproducta ad calcem, *litt. DD.*

317. Verùm pergunt, & continuant abuſus, non ſinendo gravatos, & oppreſſos vel ad S. Sedem, vel ad Apoſtolicum Nuncium recurrere; & impetrare alium Iudicem in partibus; introducta neceſſitate appellationem proſequendi coram aliis, quos ipſi nominant, & quos vocant, *Quinque Iudices*.

318. Quorum Tribunal eorum majores introduxerunt ad cõpeſcendos pravos, qui aliquando in Rectorem irrepunt, affectus, & defectus juſtitiæ; ſeu *ut coram ipſis ſententiæ ſuæ rationem redderet, ſicu*

ut loquuntur Faſti Academici pag. 34. *Sententiam ſuam juſtificare teneretur.* Nunc autem converſo in malum bono, cogunt gravatum ad deducendum coram ipſis, uti ſecundæ inſtantiæ ſolis (excluſo quovis alio) Iudicibus, appellationis cauſas; & ſic ex unius inſtantiæ Tribunali per privilegia conceſſo, faciunt forum duarum.

319. Admitti quidem poſſet, quòd in negotiis Communitatē ſuam concernentibus, aut ubi inter Facultates diverſas, è quarum unius gremio exiſtit Rector, Vniverſitas, vel dati ab eo Deputati decernant: enim verò quod in ſecunda inſtantia provocari ad Apoſtolicam Sedem prohibeant, hoc nullibi jure fundatum invenient, ſed abuſu uſurpatum.

320. Huic addiderunt alium, quoad Quinque Iudices appellari non ſinunt, niſi nantizata notabili mulcta, quam cùm pauperes aliquando non habeant, coguntur ſuccumbere injuſtitiæ legibus.

321. Addiderunt etiam ſecundum, quo vetant modo cōdemnatos, à Rectore, & Quinque Iudicibus appellare ad Apoſtolicum Nuncium, niſi prius paruerint judicato, antea autem non niſi ſoluta gravi mulcta; qua de re ita in Actis legitur, quod *Magiſter Adrianus à Thenis petierit ſibi concedi litteras teſtimoniales ſtudii, & negatæ ſint, eo quod appellaſſet ad Sedem Apoſtolicam à Quinque* Iudicibus, NON NANTIZATIS DECEM CORONIS.

322. Vbi Appellans à Sententia Quinque Iudicum parito judicato, aut nantizata mulcta, Reſcriptum obtinet, aliquando eum conſtringunt ad jus ſuum non alibi, quàm Lovanii proſequendū. Ita conſtrinxerunt quemdam Petrum origine Colonienſem, qui à Quinque Iudicibus condemnatus, impetrarat Reſcriptum ad Abbatem Frigidi Montis Oppidi Bruxellenſis, & comminatione privationis officii deſiſtere coegerunt, atque ita privilegium non evocationis gratioſè conceſſum, necnon ad primam inſtantiam reſtrictum, extendunt, & laxant ad ſecundam, ulterioremque, ac ultimam.

323. Quin in cauſis graviſſimis, & non ſui fori, ac aliàs appellabilibus, appellationes juſtiſſimè à Rectore etiam ad ipſos Quinque Iudices interpoſitas rejiciunt, & oppreſſis viam Iuris intercludunt: cujus rei exemplum notabile viſum eſt in appellatione interjecta à Decreto Rectorali die 26. Sept. 1668.

324. Similia pluribus querelis diverſo tempore ad Nuncios, vel Internuncios Apoſtolicos delatis, & ex originalibus litium Actis poſſent comprobari, niſi crederetur ea, quæ dicta ſunt ſufficere ad manifeſtandum quàm juſtæ ſint S. Sedis querelæ, quodq; omninò metuendum ſit, ne Deus, qui dixit: *Cum accepero tempus, ego juſtitias judicabo,* indignationis ſuæ flagella immittat, ſi Superiores, quorum eſt corrigere, ſint in officio negligentes.

Si

Digitized by Google

325. Si quid ex ſuis Actis, & Factis Academicis putent non integrè, vel non verè ſcriptum, aut relatum, poterunt libros ſuos communicare,& inſpectionem eorum concedere, non erit Internuncius difficilis in corrigendo, ſi in quopiam erratum eſt.

Extractum ex Actis Vniverſitatis. A.

ANno 1522. 27. Februarii recipit Vniverſitas litteras ab Enkevort certificatorias, & gratulatorias de electione Adriani VI. Pontificis.

Die 21. Martii narravit Rector qualiter pro novis priuilegiis impetrandis,ac ad congratulandum Summo Pontifici noviter electo, mittendi ſint aliqui ad Vrbem, & poſuit in deliberatione Dominorum an placeat aliquos deputare, qui ſub ſecreto & juramento de non revelando eoſdem, deputabunt illos,qui ejuſmodi provinciam acceptent, & de ſumptibus ad hoc requiſitis ordinabunt, & providebunt.

Extractum ex Actis Facultatis Artium. B.

DIe 27. Ian. 1522. ſtatuit Facultas die Iovis in Capella Clericorum cantetur Miſſa ſolemnis de Spiritu Sancto, pro proſpero ſtatu, & ſucceſſu Romani Pontificis noviter electi, videlicet Magiſtri noſtri Adriani Florentii de Trajecto Cardinalis Dertutenſis, in Facultate noſtra graduati, *Maximi Fautoris* Facultatis.

Die 2. Iunii 1522. retulit Decanus Vniverſitatem miſſuram Legatos ad Sanctiſſimum Dominum pro Privilegiis Vniverſitatis confirmandis,& etiam aliquibus novis impetrandis,an placeat Facultati dare aliquos Deputatos & paucos,qui ex parte Facultatis, & pro ea ſollicitare, & ordinare habeant ea, quæ pro confirmatione,& approbatione Privilegiorum Facultati impetratorum conducant, & etiam pro novorum Privilegiorum impetratione faciant, & hæc *quam Secretiſſimo* modo quo fieri poterit. Facultas deputavit Magiſtros N. N. qui ut plenius de ſingulis informari poſſent, ordinavit quod ſinguli Magiſtri Facultatis, qui aliquam cauſam aut proceſsū habent, aut habuerunt in negotio Privilegii nominationum, in quibus Privilegium ipſum vel contra aliquam clauſulam ejuſdem aliquantum fuit exceptum, exceptiones ipſas vel proceſſus ſuos dictis Deputatis exhibeant vel copias earundem.

Digitized by Google

C.

Ex Actis Vniverſitatis.

ANno 1522. die Sabbathi 29. Nov. indicta fuit Deputatio Vniverſitatis ſuper his articulis, ad eligendum Rectorem &c. Cōſequenter D. ac Magiſter Cornelius de Meldert Decanus Facultatis Iuris Canonici nomine Facultatum utriuſque Iuris (vt aſſeruit) propoſuit ibidem, qualiter in ultimâ Congregatione Vniverſitatis in loco Capitulari ſuperiori Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Petri Lovanienſis celebrata, per plures Facultates concluſum fuit habendā eſſe communicationem inter Deputatos facultatum Theologiæ, Canonum, Legum, & Medicinæ, ſuper certis conceptibus, & articulis per Dominos Facultatum utriuſque Iuris exhibitis, concernentibus *extenſionem privilegii nominationis Vniverſitatis* per Sixtum IV. cōceſſi, ſuper quo tamen nulla adhuc eſſet habita (ut aſſeruit) conferētia, quare petierunt, & requiſiverunt Dominos Facultatum utriuſque Iuris per Organum ejuſdem Domini Decani, ut prædicta concluſio executioni demandetur, & Magnificentia D. Rectoris, ut Dominos de Facultatibus Theologiæ & Medicinæ ad prædictam communicationem faciendam infra octo dies proximè futuros, inducere dignaretur cum effectu, offerentes iidem Domini de Facultatibus utriuſque Iuris ſeſe omni horâ ad communicandum paratiſſimos; ſubjungens ulteriùs, quia in Congregratione Vniverſitatis pridie electionis moderni D. Rectoris unanimiter (ut aſseruit) per Vniverſitatem concluſum fuit ſuper materia concernente legationem ad S. D. N. Papam modernum mittendam, nihil amplius tractādum eſse, niſi priùs materiâ impetrandâ per ſingulas Facultates conceptâ & collectâ, quodque ad invicem communicare deberent, ſi quæ collegiſſent, ut ſcilicet visâ, & unanimiter concluſâ materiâ impetrandâ, deliberare poſset Vniverſitas, qui & quot mittendi eſſent, & de expenſis in hujuſmodi negotiis neceſſariis. Et quamquā Facultates utriuſque Iuris cæteris Facultatibus, ut aſserunt, certos exhibuerint conceptus & articulos pro extenſione privilegiorū Vniverſitatis, cæteræ tamen Facultates eiſdem nihil communicaverunt: petunt propterea Domini Facultatum utriuſque Iuris (ut idem Dominus Decanus aſseruit) dictam concluſionem inviolabiliter obſervari, & eam executioni demandari, admonendo alias Facultates; ut ſi quæ circa prædictam materiam conceperunt, eis communicare dignarentur. Super quibus Vniverſitas deliberans, concluſit, quòd dictæ concluſiones executioni demandentur.

Ex

Ex Actis Vniverſitatis. D.

DIe Martis 2. menſis Decembris indicta fuit Congregatio Vniverſitatis in loco Capitulari Superiori Eccleſiæ S. Petri Lovanienſis ad horam decimam ante meridiem ſuper his articulis.

Primus ad deliberandum ſuper propoſitis in ultima Congregatione Vniverſitatis, concernentibus materiam *extenſionis nominationis à Summo Pontifice impetrandam.*

Quantum ad primum articulum, narravit D. Rector qualiter heſterno die conquiſitus fuit per Dominos, ac Magiſtros Cornelium de Meldert Iuris Canonici, & Petrum Vzolle Legum Facultatum Decanos, ad indicendam hanc Congregationem. Quare eandem ad hos locum, & horam indici fecit, in qua comparuit Magiſter Ioannes Macquet, qui, ut Syndicus Vniverſitatis, propoſuit qualiter Domini de Facultatibus utriuſque Iuris culpati, (vt aſſerũt minus verè) de eo quod ipſi eſſe deberent in cauſa, cur huc uſque miſſi non ſint ex parte Vniverſitatis Legati ejuſdem ad Summum Pontificem, cum in mora fuiſſent concipiendi ea, quæ eſſent à Summo Pontifice impetranda, & quia hæc minus vera ſunt (ut aſſerunt) cum jamdiu conceperint aliqua *pro extenſione nominationis Vniverſitatis* impetrandæ, quæ ſi obtinere poſſent, ut ſperant, cederent in maximum commodum, & honorem totius Vniverſitatis, & ſingulorum ſuppoſitorum ejuſdem etiam in Facultate Artium minimè promototum, quæ quidem Facultas ſuum ſingulare habet privilegium pro in ſuâ Facultate promotis. Cumque in Eccleſiâ Dei tantum fructum facere poſſint promoti in Iure, & Medicinis, ut idẽ Syndicus aſſeruit, quantùm promoti in Facultatibus Theologiæ, & Artium, idcirco videtur ſummè neceſſarium ut hujuſmodi *extenſio nominationis Vniverſitatis*, communibus expenſis Vniverſitatis à Summo Pontifice per Legatos eiuſdem Vniverſitatis ad Suam Sanctitatem *una cum Conſervatoria*, & aliis privilegiis *Vniverſitati omninò neceſſariis impetretur*, & ſi ejuſmodi extenſio concluderetur per Vniverſitatem minimè impetranda, ſubjunxit Decanus Iuris Canonici non eſſe neceſsarium aliquos Legatos Vniverſitatis mittere ad Summum Pontificem *pro Conſervatoria Vniverſitatis impetranda*, cùm illa per Amicos Vniverſitatis in Vrbe præſentes (vt aſseruit) impetrari facilè poſſit modicis expenſis Vniverſitatis.

Ex Actis Vniverſitatis. E.

ALtera Feſti Beati Thomæ Apoſtoli indicta fuit Congregatio Vniverſitatis &c. In qua narravit D. Rector, qualiter certi

Deputati Vniverſitatis diligenter, & maturè viſitarunt,& maſticarunt impetrãda in Vrbe à Sãctiſſimo Domino N. Papa concernẽtia *Principaliter Conſervatoriam* Vniverſitatis, qui Domini Deputati eorum finalem reſolutionem, & ſententiam in ſcriptis redegerunt, ſuper quo Vniverſitas deliberans concluſit, quod Deputati ſingularum Facultatum dicta concepta viſitent

F. **Extractum ex Actis Facultatis Artium.**

Die 14. Aprilis 1523. narravit Magiſter N.& N. qualiter ...... in communicatione cum Deputatis aliarum Facultatum habita ſuper *ampliore Conſervatoria Vniverſitatis impetranda*, Deputati Facultatis utriuſque Iuris noluerint conſentire in aliquam extenſionem Conſervatoriæ, niſi Facultas Artium conſenſerit extendi nominationem Vniverſitatis. Poſuit igitur in deliberatione Facultatis Decanus, quid in hac materia velit fieri, an videlicet velit conſentire petitioni dictarum Facultatum, vel non,& matura deliberatione habita concluſit Facultas, quòd ipſa manendo in reſponſione Dominis Iuriſperitis data, non vult conſentire in aliquam diminutionem Privilegii ſuæ nominationis per modernum Pontificẽ impetrati; neque etiam in extenſionem Privilegii nominationum Vniverſitatis, eo quod illa extenſio cederet in præjudicium nominationis Facultatis Artium, & nimis gravarentur Collatores, orireturque nova turbatio, & omnia nominandi Privilegia periclitarentur.

G. **Extractum ex Actis Facultatis Artium.**

Die 3. Auguſti 1523. retulit Magiſter Cor. de Waret ſeſe recepiſſe litteras ex M. Nicolao de Marvilla, qui in negotio nominationum in Vrbe apud Sanctiſſimũ D. N. quotidie ſollicitat; ex quibus litteris cònſtat ipſum hujuſmodi negotia ita ſollicitaſſe, ut ſupplicationes ſint ſignatæ, & nihil reſtaret niſi ut mittatur pecunia ad expeditionem Bullarum neceſſaria.

Anno 1524. 2. Iunii propoſuit Decanus quòd Vniverſitas intẽdit mittere Legatos ad Sanctiſſimũ pro privilegiis Vniverſitatis cõfirmãdis,& etiã aliquibus *novis impetrãdis*, an placeat Facultati dare deputatos,& paucos, qui ex parte Facultatis,& pro ea ſollicitare,& ordinare habeãt ea, quæ pro confirmatione conducunt,& etiam pro novorũ privilegiorum impetratione faciunt,& *hoc tam ſecretiſſimo modo, quo id fieri poteſt.* Facultas approbavit,& cõmiſit M ... NN. dãdo etiam iis poteſtatem in quantum opus concordandi cum Adverſariis,

ſariis,cum tamen minori læſione privilegii Facultatis antedicti,quā per eos fieri poſſit, quodque poſſint inpetrare nova privilegia.

Extractum ex Actis Facultatis Artium. H.

NOus avons receu lettres des Orateurs de Monſeigneur l'Empereur,& Neveu,que vous repreſentans laFaculté des Arts& Vniverſité, faites faire derechef importunes pourſuites devers noſtre S.Pere par vos Procureurs,afin d'obtenir revalidatiõ,ou pluſtoſt ampliation des nominations,dont la Faculté a par cy devant uſé au grand preiudice des Eveſques , Prelats, & autres Collateurs ordinaires des Pais , & Diœceſes de pardeçà, & autres voiſins, leſquels nous font dejour en jour nouvelles plaintes des griefs, & moleſtations que vous leurs faites : ſupplians de pourvoir de remede convenable, & pource que le privilege deſdites nominations eſt odieux , & prejudiciable aux Collateurs , avecque pluſieurs moleſtations, & proces differens s'enſuivent contre eux, nous eſcrivons vers vous,vous requerant, & neantmoins *expreſſement ordonnant de par l'Empereur mondit Seigneur, & Neveu , de ceſſer , & faire ceſſer toutes pourſuites , ſollicitations , & impetrations mentionnées, & laiſſez leſdits Collateurs ordinaires paiſiblement jouir de leurs collations ordinaires ſans les troubler per maniere que ce ſoit, autrement , & en cas de voſtre refus ſerons contraint d'y pourvoir à voſtre regret* ; car l'Empereur noſtredit Seigneur, & Neveu ne laiſſera doreſnavant moleſter leſdits Collateurs , comme nous l'avons plus plainement fait dire à ce porteur. 18. Septē. bris.

Extractum ex Actis Facultatis Artium. I.

POſtremò Decanus Nicolaus Marvillanus omnibus Facultatis Magiſtris præſentibus ſuper factis proponendis indicto , & mandato ſub pæna perjurii ſilentio , quod per gravem litem quā Romæ in Audientia Sanctiſſimi Domini Clementis VII. quam Signaturam Papæ vocant,poſt obitum felicis recordationis Adriani Papæ VI. contra ordinarios Collatores , & alios hujus Patriæ Romæ reſidentes, ſuper negotio confirmationis privilegiorum nominationis per præfatum Adrianum conceſſæ,& caſſationis ipſarum, quas in odium ipſius Facultatis Cardinalis Dertutenſis poſt obitum ejuſdem Adriani ſupplicationi deſuper expeditæ,& per Adrianum ſignatæ addiderat, ſeu addi mandaverat,per duos ferè annos ſuſtinuerat: factum erat ut præter ingentem pecuniam quam a Facultate acceperat , adhuc multum eſſet obæratus.Declaravit prætereà graves adverſarios eſſe, qui in hoc negotio nominationis ipſi Facultati reſiſtunt,*quos oportebat nummis, & aliis muneribus vincere*, 18. Septē. bris 1624.

& ad partes ſuas pertrahere, ſubjungens quòd licet in arca Facultatis remanſerit bona aliqua pars nummorum, tamen videbatur eidem Facultati conſultum, vt ex alia parte nummi colligerentur, ut cætera quæ in Aula peragenda erant, complerentur: ac tandem comcluſum, ut per viam amicabilis mutui, per contributionem in burſam communem, aut venditionem, vel oppignorationem bonorum Facultatis, aut alio quocumque modo congregentur.

K. Extractum ex Actis Facultatis Artium.

ANno 1545, 28. Ian. Syndicus propoſuit qualiter M. Servatius Heusbergh aliàs fuerat ex parte Facultatis nominatus ad Capitulum Aquenſe, vigore cujus acceptavit unam Præbēdā Aquēſem vacantem in menſe ordinario, ratione cujus *pendet lis in Romana Curia coram Decano Rotæ*: petit propterea prædictus Servatius litteras commendatitias à Facultate *ad prædictos Dominos Decanum, & Auditores Rotæ*, & alios Fautores Facultatis, commendando Privilegium omni meliori modo, quo poſſent, necnon ſuper hujuſmodi Privilegio Facultatis conſultare cum juriſperitis. Concluſit Decanus *omninò hoc eſſe faciendum* pro conſervatione Privilegii Facultatis; & Domini commiſerunt ſollicitationem prædicto M. Servatio, expenſis Facultatis, cum ſua res agatur.

L. Extractum ex Actis Facultatis Artium.

DIe Veneris 20. menſis Auguſti hora octava ante meridiem in rubra Camera Domus Facultatis, indicta fuit Deputatio Facultatis cum aliquot Senioribus Facultatis, coram quibus comparuit Dominus Doctor Dervillers, exponendo Dominis qualiter accepiſſet litteras à D. Canonico S. Lamberti Leodienſis, M. Hērico Damen de Mirloe, quas in præſentia Dominorum legit: in quibus litteris inter cætera habebatur, quod acquireret litteras commendatitias ad Reverendum D. Epiſcopum Leodienſem à Facultate, ad obtinendam poſſeſſionem Præbendæ S. Lamberti Leodienſis, quam vigore nominationum Facultatis acceptaverat, in quibus litteris Facultas daret Leodienſibus bonam ſpem accordandi cum Facultate ſuper nominationibus Facultatis, videlicet quod Facultas ſtaret accordatis Germanicæ nationis, & declarationi Summi Pontificis deſuper factæ, quod ipſi Leodienſes eſſent liberi in menſibus ſuis: poſuit Dominus Decanus in deliberationibus Dominorum, & ex eorumdem Dominorum deliberationibus concluſit Decanus, quod Domini judicarent non eſſe ſcribendum ad Reverendum, niſi primò ipſi eſſet ſcriptum a Leodienſibus, ſed quod ipſe Dervillers accederet ipſum Reverendum,

rendum, & ibidem commendaret ſuam cauſam.

M.

ANno 1558.23. Nov. comparuit Magiſter Wilhelmus Petri ſupplicans nominari ad Collationem Reverendiſsimi Epiſcopi Leodienſis, non obſtante quod aliàs ad eandem collationem fuerit nominatus D. & Magiſter Nicolaus Dervillers de Montibus Hannoniæ, quia (ut dictus ſupplicans aſſerit) tametſi vigore dictæ ſuæ nominationis certos Canonicatum, & Præbendam inſignis Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis acceptaverit, minimè ad illos admiſſus, vel receptus fuit, quinimò ſuper iiſdem in Sacro *Auditorio Rotæ in Curia Romana litem paſſus*, ac exinde nullo reportato commodo ab hac lite deceſſit, & diem ſuum clauſit extremum, dictique Canonicatus, & Præbenda poſt mortem ejuſdem D. & M. Nicolai Dervillers, per certam ſententiam in *dicto Auditorio Rotæ* latam, eidem M. Nicolao abjudicati fuerunt, atque per eandem ſententiam *declaratum fuit dicto Magiſtro Nicolao ad eoſdem Canonicatus, & Prębendam nullum jus competiiſſe*, prout de hoc, & in illam confirmationem dictus Supplicans exhibuit, & produxit ad manus præfatorum Dominorum Decani, & Deputatorum, certas litteras miſſas præmiſſa continentes, ſibi, ut aſſerebat, per quendam Iacobum Aderce ex Vrbe Romana ſcriptas de data 21. menſis Septembris ultimè preteriti.

N.

DIe 4. menſis Iulii anno 1555. indicta fuit Deputatio ad audiẽdum aliqua proponi. Primum erat, an ſit petenda declaratio taxæ in Bulla nominationum contentæ, ut nimirùm ſupplicemus Summo Pontifici, ut Sua Sanctitas dignetur *declarare illa beneficia non excedere taxam*, quorum fructus tempore datæ conceſſæ Bullæ non excedebant, non obſtantibus quod citra dictam datam hujuſmodi beneficiorum fructus ſint maioris valoris, & eandem taxam nunc excedant: niſi tamen hujuſmodi declarationi faciendæ, & impetrandæ obſtare videatur limitatio dictæ taxæ facta per Cæſaream Majeſtatem in Placeto Facultati conceſſo, & ſi illud de declaratione taxæ referendæ ad tempus datæ Bullæ, impetrandum omninò videatur, anne etiam eâdem operâ placeat, quòd declarari petatur per Cæſaream Majeſtatem cenſeri comprehenſa etiam beneficia quæcumque ſunt creata poſt datam dictæ Bullæ, non obſtante *Clementina ultima de Reſcriptis, & aliis quibuſcumque*, & ex deliberatione Venerabiles Domini æſtimare præmiſſa latius examinanda per juriſperitos per otium, ne quid temerè, & præcipitanter fieri, & novi attentari contingat, & hoc commiſerunt DD. Decano Facultatis, Pelmans cum aſſumendo D. Doctore Elberto aut alio juriſperito, ſalvo eorum ſalario, & hoc fiat pro honore, & utilitate Facul-

tatis,

tatis, & nominatorum ejuſdem, & ſic per omnia concluſit Decanus.

O. Extractum ex Actis Deputatorum Vniverſitatis.

DIe Veneris 29. Aprilis fuit ſervata Deputatio in loco Capitulari inferiori Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Lovanienſis, in qua fuerunt lectæ miſſivę Magiſtri Leonardi Voſſii ex Vrbe pridie Paſchæ, quibus petit majorem ſuorum laborum pro conſervatione Privilegiorum Vniverſitatis adhibitorum & Facultatis Artium recompenſam, videlicet ducentorum ducatorum ... parum infrà ſcribit, *Signaturam juſtitiæ credere Privilegium Pauli II. de non trahendo Scholares extra Lovanium, non habere locum, ſi quando lis oriatur ſuper beneficiis, ſive per Regulas Cancellariæ, ſive quocumque alio modo reſervatis, ſed quod ea in Curia Romana tractari debeat*, ideòque ſibi videri neceſſarium fore, ut quàm citiſsimè privilegiorum exempla authentica ad ipſum trãſmittãtur cũ explicatione earum difficultatum, quæ moveri poſſent, potius quàm expectare donec aliqua Declaratio contra Vniverſitatem facta ſit. Denique quoſdam libellos ad Illuſtriſſimos Cardinales tranſmitti petit, & ad litteras per Ricard. Alciatũ ſcriptas per eandem Vniverſitatem cum modeſtia reſcribi.

P. Ex Actis Vniverſitatis.

DIe Sabbathi 30. April. indicta fuit extraordinaria congregatio ſub juramento ad requiſitionem Mag. D. Rectoris ob novam difficultatem, quæ mota eſt Gisberto Danielis Primario Philoſophiæ Profeſſori in Pædagogio Porci, qui cum hactenus multa ſit paſſus in tuendis priuilegiis Vniverſitatis, & Facultatis Artium causa ſuæ nominationis, nunc rurſus infeſtatur ab alio quodam, qui prætendit ſibi proviſum eſſe de præbenda quadam in Eccleſia S. Adelini Viſetenſi, quam hactenus pacificè poſſederat prædictus M. Gisbertus, tanquam nunc vacante per hoc, quod (ut prætendit Adverſarius) M. Gisbertus in excommunicatione contra ſe lata perſiſtat, & ſordeſcat. Quam ob cauſam cùm M. Gisbertus pro conſilio, & auxilio ad M. D. Rectorem, & Vniverſitatem confugiſſet, eo quod ſe viribus imparem in hac difficultate agnoſceret &c.

Q. Ex Actis Facultatis Artium.

DIe Dominico 19. Septemb. prælegit Decanus Dominis litteras ex Vrbe à Domino Lombardo miſſas, & quia etiam præcedente die in Deputatione Vniverſitatis concluſum fuerat, ut Domini

ni de Facultate Artium diſpicerent de idoneis clauſulis inſerendis Privilegiis Facultatis, quorum Confirmatio videbatur jam Romæ præ manibus eſſe, ut iſtis clauſulis adjectis omnis anſa cavillandi, & excipiendi contra noſtra Privilegia tolleretur, an placeat deputare quoſpiam ex noſtra Facultate, qui cum Domino Bayo, & Weyms ex parte Vniverſitatis ad hoc deſignatis, cogitent de clauſulis ſupradictis privilegio inſerendis. Et reſolutum fuit in hunc modum, & infrà. Ad ſecundum quandoquidem prius negotium Romanum Regentibus commiſsum fuerit, etiam *clauſularum opportunarum excogitationem illis committi, ut cum DoctoribusSuperiorum Facultatum ſuprà nominatis totam rem prudenter expendant, & clauſulis opportunis privilegia noſtra munire ſtudeant.*

R.

Ex Actis Facultate Artium.

ANno 1600. prima Martii indicta fuit deputatio, ad quam præter quatuor Regentes ex commiſſione Facultatis adjunxit Decanus D. Doctorem weyms, Notarium Silvium, & ex uno quoque Pædagogio unum Profeſſorem Philoſophiæ, ad deliberandũ quid pro poſtrema vice ſuggerẽdum ſit ex parte Facultatis Lombardo agenti Romæ, ut legatio felicem eventum ſortiatur, & ne graviſſimi ſumptus tum Vniverſitatis, tum præcipuè Facultatis malè ſint collati. Vbi auditis omnium deliberationibus, concluſit Decanus monendum eum eſſe preſſiùs, ut ſedulo invigilet *Privilegio tractus*, de quo nobis cum adverſariis præcipua eſt controverſia, & ob quòd ferè ſolùm inſtituta videbatur ſumptuoſa legatio, quo ſalvo, reliqua ſarta tecta eſſent Privilegia, quo labefactato, reliqua inſimul corruerent. *Præterea clauſulis illis, quibus nobis in futurũ poſſit eſſe cautum juxta inſtructionem pridem et ab Vniverſitate tranſmiſſam, operam det.* Item ſuggerenda ei eſſe quædam, quibus peracto negotio principali juventuti illi, qui hactenus ſunt paſſi, & adhuc modo patiuntur. Denique quia jam recenter citatus iterum erat Dominus *Licentiatus Fechtus*, & adhuc *recentius M. Ioannes Audax*, ut & hoc ei ſcribatur factum eſſe, non obſtante inhibitione, quam feciſſe Auditoribus Cameræ dicebatur Pontifex, &c.

S.

DIe Veneris ultima menſis Novembris hora octava ante meridiẽ in Collegio Domini winckelii fuit ſervata deputatio ad audiendum legi extractum ex litteris Reverendiſſimi Domini Petri Lombardi... deinde infrà... dictoque extracto lecto, poſuit Magnificus Dominus Rector illius contenta in Dominorum deliberationem, & ex eorundem deliberationibus concluſit Magnificus Dominus Rector, prefato Domino Lombardo reſcribendum, Vniver-

verſitatem exiſtimare quòd jam acceperit teſtimonia petita. Secundò per ipſum curandum ut jus tractus nobis ſalvum maneat, quæ prima, & præcipua miſſionis causa fuit. Item ut tranſmittat ante abſolutam Bullæ expeditionem illius exempla, *ad finem, ut Univerſitas, & Artium Facultas contenta illius examinent, & diſpiciant, an aliquid addendum, vel diminuendum.* Et poſtremò quod centum illi coronati de quibus ſcribit, hic refundentur.

T. Ex litteris nomine Facultatis ad Pontificem datis 26. Iulii 1604.

EXemplum eſt recentisſimum in quodam D. Pietro Verlaye, qui, cum à nobis nuper ex Privilegiis iſtis Apoſtolicis ad collationes Capituli Leodienſis nominatus eſſet quidam Stephanus Strechenus, ac vigore talis nominationis acceptaſſet ſimplex beneficium in eadem Eccleſia Leodienſi vacans, conſtituit ſe adverſarium, ſub prætextu quod idem beneficium à V S. impetraſſet: inde mota quæſtione de foro competenti coram D. Abbate Sanctæ Gertrudis tamquam Conſervatore Apoſtolico dictorum Privilegiorum, curavit dictus Verlaye præfatum Strecheum nominatum in hac Academia Lovanienſi reſidentem, ad tribunal Auditoris Cameræ Apoſtolicæ evocari; ne dum ſemel, ſed etiam ſecundò vel ſæpius, atque una ipſum D. Conſervatorem, quòd non plane obtemperaſſet mandato D. Auditoris, non ſine inſinuatione exceſſuum criminalium, qui ex relatione executoris cujuſdam, fabricata potius quam vera, concepti fuerint. Hic ergo S. V. devotiſſimè obſecramus, ut nobis ex iſta facti narratione, & innata ſua Clementia dignetur Clementer indulgere prius, ut credat, vel ex hac noſtra atteſtatione dictum D. Conſervatorem extra culpā omnem eſſe, qui non aliud egit, nec agere intendit, quam officio ſuo fungi in cura, & tuitione Conſervatorialis ſuæ juriſdictionis ſibi à S. Sede commiſſæ, vel ſi id porrò dubium videbitur, ejus exactiorem indaginem committere dignetur Illuſtriſſimo D. Octavio Epiſdopo Trincaricenſi in his partibus S. V. Legato, ut ex rei veritate cognito negotio, *deinde V. Sanctitas ſtatuat, quod vel jus, vel ratio poſtulat.*

V. Litteræ Facultatis ad Armachanum.

LIttera Reverendiſsimæ T. D. 1. Martii datæ, etſi triſtes ex nuntiata morte Clementis VIII. Beatiſſimæ memoriæ, gratæ tamen fuerunt ob ſollicitudinem, quam Rev. V. G. pergit gerere in negotio, quod nos tot jā annis divexat de evocationibus ſcholarium, & Ma-

Magiſtrorum noſtrorum ad Vrbem: cujus nomine magnas gratias habemus, rogamuſque ut ſua omni authoritate, & opera interpoſita, dignetur illud ad optatum finem perducere. Omnino ita eſt, uti ſcribit, potiorem omni privilegiorum confirmatione nobis fore declarationē Suæ Sāctitatis, *qua declaret Facultatibus quibuſvis Auditoris Cameræ cōceſſis, aut concedendis, minimè noſtris privilegiis derogari.* Ad eam itaque obtinendam rogamus uti omninò incumbat, eoque fine mittimus litteras ad Suam Sanctitatē fuſiores, quas adjuvare dignabitur ſua etiā de noſtrorū Privilegiorū cauſis, & neceſsitate, oratione. Adjungimus etiam litteras ad Cardinales tres, quibus exámen Privilegiorum eſt demandatum, & earum omnium litterarum exempla, ut de iis ſecúndum rem præſentem ſtatuat. Mittet Vniverſitas cambium 60. ducatorum; quorum nos duas tertias ferimus, ut erogentur in uſus neceſſarios hujus communis negotii de Privilegio tractus; & quia Leonina noſtra Bulla ita concepta eſt per conjunctivam particulam, ut complecti tantùm videatur Leodienſis Diœceſis beneficia, quæ ſimul Patriæ Leodienſis ſunt, hinc optaremus, ſi occaſio obtinendi eſſet, declarationem impetrari, ut etiam ad Eccleſias, quę tantum ſunt Diœceſis Leodienſis, non etiā Patriæ, nominationes noſtræ pertinere poſſint; quod tamen judicio tuo permittimus, ut ex occaſione, & præſente re ſtatuat. Nos plurimum debere Reverendiſſimæ V. G. profitebimur; & ne ingrati videamur efficiemus, ſi citò optatam hanc declarationem obtineamus. Interim Deum Opt. Max. orabimus, uti Reverendiſſimam T. G. diutiſſimè nobis, & Eccleſiæ incolumem ſeruet. Datum Lovanii 4. Kal. Mayas anno 1605. Reverendiſſimæ T. G. obſervantiſſimi Decanus, & Facultas Artium Academiæ Lovanienſis.

Litteræ Facultatis ad Pontificem.

X.

BEATISSIME PATER.

Cùm ad totius Eccleſiæ Chriſtianæ tranquillitatem reſtituēdam, Pontificem Summum te divinâ miſeratione renuntiatum omnes arbitrantur, tum verò nobis tuâ creatione veluti ſalutare aliquod ſidus exoriri viſum eſt, ad reddendam ſtudiorum noſtrorum quietem, adverſariorum molitionibus plures jam per annos labefactatam. Oppugnantur enim variis artibus beneficia, quæ cum ab aliis Summis Pontificibus S. T. anteceſſoribus, tum verò Leone X. & Clemente VII. beatiſſimæ memorię accepta habemus, quibus tuendis, reſarciendis, atque adaugendis S. T. deſtinaſſe Deum Opt. Max. omninò ſperamus. Privilegium Facultatis noſtræ Magiſtros nominandi ad beneficiorum Eccleſiaſticorum Collationes Leo X.

pro eximia illa ſua in bonas artes propenſione primus nobis indulſit; auxit deinde Patrui inſiſtens veſtigiis Clemens VII. iterùmque Gregorius XIII. Ei Privilegio neceſſario alterū annexum eſt fori, ne Doctores, Magiſtri, Scholares hujus Gymnaſii in prima inſtantia ex quacumque cauſa, etiam beneficiali, extra muros Oppidi Lovanienſis, & nequidem ad Curiam Romanam evocari poſſint. Poſterius hoc convellere adverſarii ante plures jam annos aggreſſi ſunt, evocatis Magiſtris, & Scholaribus noſtris ad tribunal Auditoris Apoſtolicæ Cameræ, quod intelligerent hoc everſo, & alterum collabi neceſſe eſſe. Dici non poteſt quantùm à nobis laboratū ſit ad avertendos, miſſo etiam ad Vrbem eâ causâ collega tum noſtro Petro Lombardo, Archiepiſcopo nunc Armachano; nec hactenus tamen ſatis profecimus, etſi aliquoties cùm Sixtus, tùm Clemen VII. S. M. voluerint Privilegium nobis ſartum rectum eſſe. Tandem ex Clementis VIII. voluntate Illuſtriſsimis Cardinalibus Burgheſio, Blanchetto, & Arrigonio commiſſum eſt, ut lectis, & expenſis Privilegiorum noſtrorū diplomatibus, diſquirerent an per Facultates Auditori Cameræ conceſſas, derogatum fuerit, derogarive in futurum poſsit antedictis noſtris Privilegiis; de quo ut ad Sanctitatem tuam benignè referant exſpectamus, &c. & infrà. Datum Lovanij 4. kal. Majias anno 1605. S. T. devotiſsimi Decanus, & Facultas Artium Academiæ Lovanienſis.

Y. Litteræ Facultatis ad Cardinalem Burgheſium.

EMINENT. ET ILLVSTRISS. DOMINE.

Dici non poteſt quantum hanc ſcholam conturbent quotidianæ Scholarium, & Magiſtrorum noſtrorum ad Vrbem evocationes, per quas vaſtitas, & ſolitudo illam tandem invadet, niſi opportuno remedio nobis ſuccurrat Sanctiſsimi Pontificis benignitas, ad quem ut ex demandata à Clemēte VIII. beatiſsimæ memoriæ Provincia de privilegiorum noſtrorum vi, & poteſtate quàm benigniſsimè, & citiſsimè referre Celſ. Tua dignetur, iterum quàm enixiſsimè rogamus; ſimul ut in illa relatione facienda quantum poſsit, & bonarum Artium per hæc privilegia fovendarum, & celeberrimi quondam nunc per tempora, & bella attriti hujus Gymnaſii priſtino ſplendori reſtituendi, & tenuitatis eorum, quibus ſummi Pontifices nominationum noſtrarum privilegia prodeſſe voluerūt, rationem habeat. Nos Deum Opt. Max. precabimur, ut Celſitudinem Tuam quàm diutiſsimè incolumem florentemque ſervet. Datum &c.

Litteræ Facultatis ad Card. Blanchettum. Z.

ITerum Celſitudinem tuam ſupplices interpellamus, ut quando Clementis VIII. ſanctiſsimæ memoriæ Pontificis, qui perviden-da privilegia noſtra ipſi, & Collegis mandaverat, mors prævertit ad Leonem nunc Pontificem (cui felicia omnia Deus eſſe ſinat) de iis referre, quàm benigniſsimè dignetur, uti tandem factâ declaratione, quæ uſum nobis privilegii integrum reſtituat, diù optatum ſtudiorum noſtrorum quietem obtinere poſsimus, erit id opus dignum C. T. pietate,& in litteras, ac virtutem favore. Nam Gymnaſium hoc per tempora,&Hæreticorum in hac patria perduellionem valdè attritum, in ſolis Apoſtolicæ Sedis privilegiis ſuæ reſtitutionis ſpem ſitam habet. Privilegia verò evertuntur in hoc uno, quod nunc in cognitione veſtra verſatur; quia illius tuitione cætera cōtinentur,nam quod maximum babemus nominandi promeritos ad beneficia Eccleſiaſtica, fruſtra erit, ſi mox per executorem litterarum Apoſtolicarum poſſeſsione acceptorum beneficiorum depellantur, neceſsitate iniectâ cauſæ porro Romæ inſtituendæ, aut defendendæ, quod tenuitas nominatorum omnino non fert, quorum proventus annuos 40. vel ad ſummum 80. flo. auri excedere privilegiorum diplomata non patiuntur, ſed nec boni publici ratio patitur ſtudiorum quietem, & aſsiduitatem ita interpetrari cauſis tā procul à domo agendis. Quare iterum, atque iterum Oramus, Illuſtriſsime Domine, ut nobis hoc beneficium T. C. debere liceat redintegratorum privilegiorum; quo nomine æternùm nos obſtrictos profitebimur, ac Deum Opt. Max. pro ejus incolumitate, & felicitate deprecabimur, quod & nunc toto animo facimus. Datum Lovanij &c.

Litteræ ad Cardinalem Arigonium. AA.

EXſpectamus jam multum temporis, ut per Celſit. Tuam, & Collegas,factâ apud Sanctiſsimum Dominum relatione de privilegiorum noſtrorum vi, & poteſtate in quæſtione fori;quæ nobis per adverſarios in dies movetur,obtineremus benignam declarationem, quâ uſus Priuilegii nobis integer reſtitueretur. Neque dubitamus quin quæ cauſæ Sanctiſsimos Pontifices permoverunt ad indulgenda nobis privilegia tam ampla,tamque munita,eædem Celſit. Tuam, & Collegas inducent ad benigniorem relationem faciendam . . . & infrà: Quare iterum cogimur his litteris interpellare C. T. & ſuppliciter orare, ut quàm citiſsimè demandatum examen exequi,& pro bonarum Artium favore benignam relationem apud SS. facere dignetur. Nos in ejus vicem Deum precabimur &c.

BB. DEcimâ octavâ Maij 1609. Vitus ad Malderum ſcribit: A. D. Laurentio Zoenio, & Facultate binas accepi litteras, quibus conqueruntur de quibuſdam Leodienſibus in hac Curia ſubreptitiè procurantibus Brevia Apoſtolica contra Nominatos Lovanienſes in præjudicium Privilegiorum. Petunt me procurante liberationē ab ipſorum vexationibus, & confirmationem Privilegiorum; duo etiam alia virtualiter includunt, nempè ut agam Procuratorem, ſeu Sollicitatorem pro ipſis (quod certè ſtatui meo non convenit) & ut exponam neceſſaria pro tali effectu, liberaliter refundenda, quod ſimiliter nequeo præſtare, quia non ſum bancarius habens penes me pecunias otioſas.

CC. ILLVSTRISSIME, ET REVERENDISSIME DOMINE, Summo cum animi gaudio intellexi Illuſtr. V. Gratiæ benevolentiam, & affectum ad commendandam Concilio communem cauſam, modo informaretur de rei ſtatu; eſt autem hic.

Lectiones regias inſtituit Princeps noſter, ut per eas Legentium & Regentium *numerus in Facultate Theologica augeretur*: intentio hæc & voluntas expreſſa eſt in libello exhibito ejus nomine Pio V. & relato in Bulla incorporationis lectionum Regiarum cum Præbendis. In qua inſuper additur, quod dictarum lectionum collatio nullatenus dependeat à judicio Theologicæ Facultatis, ſed conferre poſſit Rex pro arbitrio, ſeu ut verbis Bullæ utar, *Conſulta Facultate Theologica, vel aliàs pro ſuo beneplacito.*

Pius item Quartus anno 1561. Birbecanum Regularem Prioratum Theologicę Facultati univit in ſubventionem Legentium in Studiis Theologicis.

Controverſia, quæ nunc vertitur, in eo conſiſtit, quod Facultatis Theologicæ Doctores aliqui Supplicantem excludunt tàm à regimine (& in hoc peccant contra id, quod refertur in Bulla Pii V.) quàm ab emolumentis, ad quæ habet jus ex ipſa unione.

Fundant autem ſe præfati Doctores in quibuſdam Statutis, quæ ipſi, ſeu eorum majores propriâ authoritate fecerunt, vi quorum, cum anno 1590. Dominum Stapletonum Profeſſorem Regium à juribus prædictis excluſiſſent, citati ab eodem coram Sanctiori Cōcilio, *exceperunt de incompetentia, & exemptione à ſæculari Iudice.* Deinde ubi advertunt ſe minus Fundatos in iis cauſis, in quibus agebatur de collationibus Regiis, allegarunt Statuta ſua, eaque Curię exhibuerunt, quibus viſis anno 1590. 6. Novemb. lata eſt Sententia tenoris ſequentis.

Sur

SVr rapport fait à Monſeigneur le Comte de Manſfelt, Noble Baron de Heldrunghen, Chevalier de l'Ordre &c. Lieutenant Gouverneur, & Capitaine General des Païs de pardeçà, en abſence de Son Alteſſe; De ce que ceux de la Facultè de Theologie à Louvain auroyent fait remonſtrer par le Docteur Gille Wallius, par eux envoyè en cette Ville de Bruxelles à cet effect, & du contenu ès pieces exhibèes par ledit Wallius; *Sçavoir des copies de Patentes ſur l'erection de l'Vniverſitè de Louvain, & Bulles au meſme effect expediées au temps du Pontificat de feu de bonne memoire Pape Martin Cinquieſme de ce nom; & de quelques articles, qu'iceux de ladite Facultè diſoyent eſtre Statuts, faits par les Maiſtres Regens en icelle, ſans qu'il y ait date du temps qu'ils ont eſtè decretez. Moins conſte qu'ils ſont dreſſez par perſonnes deuement authoriſèes à ce, & à induire obligation d'eſtroite obſervãce de ce que y ſeroit contenu.* Le tout bien, & deuement conſiderè, Son Excellence a declarè, & declare, que ny les faits contenus en l'Eſtat produit par ledit Wallius, ni ce qu'eſt porte par ſon exhibition au nom de ceux de la ſuſdite Facultè, les peuvent excuſer d'obeir à ce que premierement leur a eſtè enjoint par letres de Son Alteſſe ſur la reception du Docteur Stapleton à la deſſerte de la lecture Theologale, le faiſant jouir de toutes prerogatives, honneurs, & emolumens, comme s'il eut pris, & receu ſon degrè audit Louvain, ce que ſubſecutivement Sa Majeſtè leur à tres-expreſſement commãdè, ſpecialement de laiſſer iceluy jouir de la Preſidẽce, & autres ſemblables droits. Leur ordonne pour ce Son Excellence tres-acert d'y obeir, & ſatisfaire a ce que deſſus; en admettant ledit Stapleton aux Preſidences. Droits, & Promotions, & tous autres profits, emolumens, & preèminẽces, dont jouiſſoit au tẽps de ſon deces, & treſpas ſon Predeceſſeur en ladite lecture. Declarant abuſiva la Preſidẽce, à laquelle s'eſt advancè ledit wallius, cõtre l'ordonnance de Sa Majeſtè. luy interdiſant de continuer au meſme, ny attenter choſe ſemblable à l'advenir contre les deffenſes de Sadite Majeſtè, à peine de chatoy arbitraire. *Et pourront toutefois ceux de ladite Facultè envoyer à Son Excellence les juſtifications (ſi aucunes en ont) de l'authoritè qu'ils ſe ſont attribuèe de faire, & dreſſer Statuts, pour (comme ils ont pretendu) obliger generalement a l'obſervance toutes perſonnes, ſans en excepter meſme l'authoritè de Sa Majeſtè. Pour eſtant le tout veu, y eſtre ordonnè ce que de raiſon. Declarãt que juſques alors tels Statuts n'auront effect au regard de ceux, qui ne ſeront ſpecialemẽt liez, & aſtraints a les enſuivre, & obſerver.* Fait en la Ville de Bruxelles le 6. jour du mois de Novẽbre 1590

Hujus conditionis omiſſo implemento, & ſuppreſſâ, ut ita loquar, ſententiâ, præſumpſerunt Statuta renovare, & contra intentionem Suæ Majeſtatis dictas lectiones erigentis, contra finem incorporationis prædicti Prioratus, contra formam pro obtinenda confirmatione præſcriptam, pergunt excludere Regios Profeſſores ab emo-

lu-

lumentis, ſicuti nuper collationem Regiam annullare voluerunt, prætextu quod eorum Iudicium Princeps non fuerit ſecutus.

Hæc eſt Illuſtriſſime, & Reverendiſſime Domine, controverſiæ Summa &c.

Extractum ex Actis Facultatis Artium.

Die 28. Decembris 1558, indicta eſt Congregatio Facultatis, ad audiendum legi novas ordinationes per Concilium Secretum ac Finantiarum ab Illuſt. Regina noviter Ordinatas,& deliberandū deſuper.

Quoad primum propoſuit D. Decanus qualiter ipſæ novæ Ordinationes maximè tendunt, ac tenderent, ſi modo practicarentur, in enervationē Privilegiorum Vniverſitatis,ac maximè,contra ſuppoſita noſtræ Facultatis, & iis lectis,& auditis propoſuit Decanus quid magis videretur expedire pro Conſervatione Privilegiorum Vniverſitatis, an illas acceptandum,an iis reſiſtendum? Et poſt aliquā conferentiam, concluſit D. Decanus nullo modo illas acceptandas, ſed omnibus viribus reſiſtendum: de modo autem reſiſtendi commiſſum D. Decano &c.

Ex Actis Vniverſitatis.

DD. Die Dominico 10. Feb. in Collegio Winckelii fuit ſervata deputatio in majori numero, indicta ad inſtantiam Exim. D.ac M.N. Ioannis Wiggers,in qua lectæ ſunt Literæ Abbatis Parcenſis ad dictum Exim. D.& M.N. Ioannem Wiggers datæ, continentes quomodo Seren. Princeps mandaſſet dicto R.D. Abbati,ut mitteret præfato Exim. D. Ioanni Wiggers actam, ſeu decretum,quod dictis litteris ejuſdem R. D. Abbatis incluſum erat, & ab eo inquireret, an talis acta,ſeu Decretum ab Vniverſitate eſſet editum tempore Rectoratus dicti Exim.D.Wiggers,idque ad finem impediendi executionem certorum mandatorum Illuſt. D.Nuncii Apoſtolici, & lectæ ſunt ſimul litteræ reſponſionis Eximii D. Wiggers ad litteras hujuſmodi R. D. Abbatis ſcriptas, quarum decreti, & litterarum reſponſionis tenor hic ſequitur.

Tenor Actæ,ſeu Decreti prædictis litteris incluſi.

Vniverſitas Lovanienſis ex relatione quorumdam intellecto, quod Magiſtri Antonius Noyelle,& Cornelius Sas volunt, & conantur contrà M·D.ejuſdem Vniverſitatis Suppoſita inſinuare, ſeu intimare certa Illuſtr.Nuncii Apoſtolici mandata poenalia, ſta-

ſtatuit, & ordinavit dictis Noyelle, & Sas mandandum, & prohibendum eſſe, ſicuti hic mandat, & prohibet, quatenus iidem Noyelle, & Sas non præſumant, per ſe, vel per alios quoſcumque exequi, inſinuari, vel intimari facere ſimilia Illuſtriſſimi Nuncii mandata contra M.D. Rectorem, & ſuppoſita prædicta, ſub pæna abſciſsionis ab ipſo corpore ejuſdem Vniverſitatis, ac privationis jurium, & privilegiorum, eis tamquam dictæ Vniverſitatis ſuppoſitis competentium, ipſo facto incurrenda. 12. Aug. 1618. Subſcriptum erat, Conradus Sylvius ad præmiſſa Notarius: et pauló infrà habebatur. Sic inſinuatum fuit ſupraſcriptum mandatum per Promotorem Vniverſitatis, die 12. Aug. 1618. in Pædagogio Caſtri.

Deinde lecta eſt alia epiſtola depoſt ad litteras reſponſionis ab eodem R.D. Abbate Parcenſi ad præfatum Exim D. ac M.N. Ioannem Wiggers:

Y.

Tenor litterarum Abbatis Parcenſis deſuper.

Eximie Domine, quia Sereniſs. Princeps æſtimat hoc Decreto, de quo eſt quæſtio, S. Sedis auctoritatem læſam, timeo quod D. T. reſponſione non ſit habiturus ſatisfactionem; nam etſi hoc Decretum non ſit editum proponente, concludente, et auctoritate Rectoris, tamen fieri potuit eo ſciente, nec contradicente, vel in ea neceſsitate auxilium ab Vniverſitate poſtulante, etiamſi tale nec propoſuerit, nec poſtulaverit. Si non ſciverit quidquam de illo Decreto D. T. ut ſubindicare videtur, neceſſe erit ut Acta Vniverſitatis die 12. Auguſti congregatæ videantur, et mihi ſcribantur, ut videre queam auctores, quos ſcire vult Princeps, ut deinde ſtatuat, quod ei expediens videbitur. Opto D. T. optime valere, ac perpetuâ pace gaudere, ex Parco 11. Feb. 1619. Subſcriptum erat D. T. addictiſsimus Ioannes Abbas Parcenſis.

Die Lunæ 25. Feb. in loco Capitulari Superiori Eccleſiæ D. Petri fuit ſervata Vniverſitatis congregatio ſub juramento, in qua lectæ, et in deliberationem Facultatis poſitæ ſunt litteræ R. D. Abbatis Parcenſis ad M.D. Rectorem directæ, per quas petebat ſubmitti originale Decretum ab Vniverſitate proceſſum, quo inhibetur D. Antonio Noyelle, et Cornelio Sas, ne mandata pænalia Illuſt. D. Nuncii Apoſtolici intiment, et inſinuent, quod latius in deputatione 10. hujus ſervata inſertum eſt. Super quibus litteris conclusit M. D. Rector tranſmittendum eſſe R. D. Abbati Parcenſi hujuſmodi orginale Decretum petitum, reſervata tamen ejus copiâ authenticâ.

QVAESTIO OCTAVA:

An Lovanienſes nominare poſſint Sede vacante, ſeu beneficia, Sede Prælati vacante, vacantia acceptare vitalis nominationis, & rurſum ante Decennium acceptare aliud beneficium ad Collationes ejuſdem Prælati?

1. DIcent ſine dubio Lovanienſes ſe poſſe, quia ſic faciunt, & tamen hujus Quæſtionis negativam evidentem, & indubitatã conſtituunt indulta, & Privilegia *Pontificum* Vniverſitati, & Facultati Artium concesſa, inter alia indultum *Sixtinum pag. 65* ante medium, ubi expreſſè ſtatuitur, quod nominare poſſint, *Si Prælati, Prælata, aut alia ſingulares Perſonæ, vita, & Prælatura, ac adminiſtratione eorum durante, ſemel dumtaxat.*

2. Idipſum repetitur in ſequentibus indultis, & præſertim in *Paulino pag.* 117. *in principio*, ex quibus clarè probatur, quod Vniverſitas, & Facultas Artium non poſſint aliquem nominare, niſi *durante vita, Prælaturâ, & adminiſtratione.*

3. Nihilominus vix mortuo Prælato, & ferè adhuc quaſi agonizante, ſtatim faciunt ſuas nominationes, etiam vacante Sede, vel Prælatura, & ſic multas eripiunt Collationes, quæ aliàs ad ipſos non pertinent.

4. Et prætetea ſi promotus ad *Epiſcopatum*, & aliam *Prælaturam* ſtatim poſtea decedat, iterum nominant, non tantùm in magnum præjudicinm *Ordinariorum Succeſſorum*, ſed etiam *Sedis Apoſtolicæ*, cui dicta beneficia ſunt reſervata.

5. Sic duplicando, & ſæpe triplicando ſuum Privilegium, & tradendo poſſeſſionem nominatis, quos defendunt in tali intruſione, excludunt proviſos *Apoſtolicos* contra formam, & intentionem Privilegiorum, & contra reſervationes *Apoſtolicas* de beneficiis, Vacante Sede, ut in *Regula* 2. *Cancellariæ*, *Gonzales ad Regul.* 8. *gloſſa* 24. *num.* 111. *& gloſſa* 51. *nu.* 52.

6. Hic abuſus nominandi, Sede Vacante, etiam irrepſit contra intentionem *Caroli V.* & expreſſum concordatum rela-

tum

tum in Placeto Indulti *Clementini pag.* 94.in fine, ubi expreſsè conditionatum eſt.

7. *Quod nominatus poterit, Vita, & Prælatura durante,* acceptare ſemel intra Decennium, ex quo ſequitur clarè, *quod Vita,* & *Prælatura* non durante, non poteſt acceptare,nec Lovanienſes nominare, prout in indultis clarè ſtatuitur.

8. Præſertim quod illa verba: durante *Vita, & Prælatura,* ſint ablativi abſoluti,qui hanc includunt conditionē, ſi *Prælatus Vivat & Prælatura duret,* cujus conditionis ea eſt natura, quod ita obſervetur, ut nihil in contrarium fieri poſſit. *l.* 13. *S.* 2. *ff. de ſtatu liber.*

9. Deinde fruſtra, & inutiliter eſſet adjectum in Indulto. *Illud tempus Vitæ, & Prælaturæ durantis ad effectum nominandi,* ſi quis poſt illud etiam nominari poſſet, contra *l. Si quando* 109. *ff. de legat.* 1.

10. Præſertim quod iure notum, ſit, *quod uno tempore permiſſum, in alio dicatur prohibitum. Maceraten. Var. reſolut. lib.* 2. *reſolut. ult. caſu* 23. *per totum.*

11. Vbi rationem addit, *quod tempus habeatur pro forma, qua non ſervata, actus corruit, & ideo, inquit, ubi in lege, vel ſtatuto eſt determinatum tempus, id non recipit functionem alterius temporis,* ubi leges, & Doctores citat.

12. Sicut clarum, & determinatum remaneat, quod Lovanienſes nō poſſint, *Sede Prælati Vacante,* nominare, ſed expectare tempus quo novus Prælatus ſit conſtitutus, & pacificus.

13. Sed cum Præcurſore ſuo Wameſio adhuc in recentibus litibus verba illa, *vita, prælatura, & adminiſtratione durante,* ſic accipiunt, quaſi dictum eſſet, *vita, prælatura, vel adminiſtratione durante,* ſive illud, Et, accipiunt per modum ampliationis, & dicunt quod adminiſtratio Prælati ſtatim incipiat à vacatione Sedis, eo quod Capitulū, vel œconomus adminiſtret nomine Prę̨lati venturi, cui etiam dicunt fructus reſervari.

14. Et ſic etiam reſpondent ad Placetum *Caroli V.* ſeu ad illa verba: *en la vie, & Prelature d'un Collateur,* quaſi Prælatura repræſentet futurum Succeſſorem, & Prælati nomine comprehendatur dignitas, ut vult *VVameſius Conſil. Can.* 240. *&* 260. qui refert ita fuiſſe judicatum à Senatu Brabantiæ &c.

15. Sed intermiſſa quæſtione illa, *an nominatus poſſit acceptare Sede Vacante*, videtur nihilominus committi abuſus per minus frequentes acceptationes, v.g. hodie moritur *Abbatiſſa Nivellenſis*, aut alius *Prælatus*, Canonicatum, etiam Sede vacante acceptant, ſi hebdomada, vel menſe ſequenti *Prælatus* ſurrogetur, & alius Canonicatus brevi fortè eodem anno vacet, acceptant eundem, deinde aliquot poſt menſes, vel annos ut ſæpe fit, moritur *Prælatus*, iterum nominant, & eodem modo acceptant, & ſic deinceps, ita ut ſi infra decenniũ mutaretur quivis Prælatus, & vacarent Canonicatus quindecim, ne unus, aut vix unus cõferretur à *Sua Sanctitate*, vel *ordinario Collatore*, quia quoties mutaretur Prælatus, unum Canonicatum caperet nominatus ab Vniverſitate, & duos nominati à Facultate.

16. Imo iſta via omnia aut pleraque beneficia alicujus Eccleſiæ occuparent, unde non ita pridem in mediocri Capitulo viſi ſunt ſimul Canonici plerique per ſolas nominationes Proviſi, aut qui à proviſis ejuſmodi via reſignationis beneficia ſua accepiſſent.

17. Quod videtur omnino repugnare intentioni Suæ Cæſareæ Majeſtatis requirentis lapſum Decennii inter acceptationes, & intentioni *Summorum Pontificum*, qui non intenderunt ita nominatis ſubiicere multiplicitatem beneficiorum eiuſdem Eccleſiæ, & ita gravare *Collatores*, *etiam ordinarios*, ut vix unum Canonicatum, tota vita, & Prælatura ſua durante, conferant.

18. Dicent etiam fortè Lovanienſes, quod nec *Bullæ Pontificum*, hoc eſt *Leonis* 10. *pag.* 73. in fine, & *Adriani VI. pag.* 89. poſt medium, nec Placetum *Caroli V. pag.* 94. prope finem clarè præſcribant, quod intercedere debeant anni decem inter primam, & ſecundam acceptationem, ſed quod poſſint intelligi in ſenſu latiori, quem ſequuntur.

19. Sed quomodo evadent Statuta Canonum decernentium litteras, præſertim ad beneficia, & generatim privilegia omnia ſtrictè eſſe intelligenda, ut quàm minimum iuri communi derogent, *cap.* 4. *de Prabend. in* 6. *cap.* 14. & 16. ibidem *Probus ad Monachum ſuper dicto cap.* 16. *num.* 46. *Monacus Conſil.* 75. *&c.*

Gor-

Coronidis loco exponere non erit inutile *nonam abuſus ſpeciē*, nēpe, quod Lovanienſes in diverſis Eccleſiis ſua indulta duplicaverint, nam licet Capitula, quę una cum Epiſcopo ſimultaneè conferunt, pro uno tantum Collatore habeantur, ſi contingat *Epiſcopos* cum Capitulis concordaſſe, & inter ſe diviſiſſe menſes, & Collationes, Lovanienſes in iſtis Eccleſiis gravant, & ſingulis Decenniis Capitulum, & etiam vita, & Prælatura durante *Epiſcopum*, quamvis dicta diviſio ſolummodo facta ſit quoad exercitium conferendi, quod corrigere etiam iuſtum, & æquum erit.

Præſertim quod illa concordia inter Epiſcopum, & Capitulum fiat ad tollendas diſcordias, quę ex communi proviſione ſæpe oriuntur, & per illam concordiam, & turnorum diviſionem ſolum dividatur exercitium conferendi, proprietate remanēte indiviſa, *cap.unic.ne Sede vacante aliquid innov. cap.4. ✠ de his quæ fiunt à Prælat. Juncta l.77. §.20.ff.de legatis 2.*

HVic *abuſui nono* jungi poteſt *decimus*, quem committunt Lovanienſes adverſus collatores nihil de fraude ſuſpicantes, & bona fide procedentes; aliquando enim contingit, quod Collator gravatus & requiſitus ad conferendum nominato prætendenti vigore nominationis, utatur forma ſuæ Collationis ordinaria, & non curet in litteris inſeri, quod intuitu nominationis conferat, quo caſu nominatus prætendit ſe habere alio titulo, quàm nominationis, uti fecit recentèr *N.Cobbelgiers* nominatus ad *Præpoſitum Duacenſem*.

Aut etiam nominantes tali nominato æquè gratificant, ac ſi nihil via nominationis obtinuiſſet, vel iteratò gravant iſtum *Collatorem*, qui ſic proceſſit bona fide, cujus rei, præter alia, illuſtrè exemplum viſum eſt Tornaci.

MISCELLANEA QUAEDAM
ad diverſas ſparsìm Quæſtiones ſpectantia.

1 LIcet Additionem ſuam particularē habuerint plures ex propoſitis hoc opuſculo quæſtionibus non incongruè tamen generalis cujuſdam additionis loco, ex multis, quæ poſtmodum

Digitized by Google

occurrerunt, pauca proponentur.

2. Primò circa reſervationes notandū venit, in Bulla Sixti IV. à nominationibus excipi *beneficia quacumque, reſervatione generali reſervata*, nec additur *clauſa in corpore Iuris*, quæ limitatio poſtea adjecta eſt in Bulla Leonis X. in ordine ad nominationes Facultatis Artiū in verbis: *Diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervatione generali in Corpore Iuris clauſa non reſervatum*. Privilegia pag. 74.

3. Reſervationis generalis in corpore Iuris clauſæ unicam eſſe ſpeciem docent Interpretes, & ex Academicis, Vallenſis *de beneficiis lib. 1. tit. 7. n. 10.* ac ſolùm reſpicit beneficia vacantia in Curia, ſeu apud Sedem; hæc enim duo eadem eſſe docent paſſim Doctores, & latiſſimè deducit Lotherius *lib. 2. quæſt. 26. & 27.*

4. Sed in ordine ad Ius conferendi à Paulo V. conceſſum Decano Facultatis Artium, longè aliter de reſervatione loquitur Bulla ejuſdem Pauli, ſeu longè plura beneficia excipit à Collatione dicti Decani.

5. Quia reſervationem non reſtringit ad generalem, uti reſtrinxerant Sixtus, & Leo, qui additione vocis *generalis*, ſignificant apertè eſſe aliquas *ſpeciales* reſervationes in Corpore Iuris clauſas, quod et ſi videatur negare Vallenſis *loco citato n. 11.* tamen ibidem poſtea contrarium probat, dum ad probandum per appoſitionem manus beneficium eſſe Papæ reſervatum, fundat reſervationem illam in cap. *Inter dilectos ℣ de exceſſib. Prælat.*

6. Deinde præter reſervata generali reſervatione, quæ ſunt vacantia apud Sedem, ſeu in Curia, excipit Paulus aliter reſervata, vel affecta, ſic enim habet Bulla: *In prædicta Facultate conferendi per nos Decano, ſeu Vicedecano conceſſa, quæcumque beneficia apud Sedem Apoſtolicam vacantia, & aliàs reſervatione, vel affectione in Corpore Iuris clauſa Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervata, nullatenus comprehendi, ſed diſpoſitioni Apoſtolicæ Sedis reſervata declaramus, & volumus.*

7. Non utitur Pontifex particula *ſeu*, quæ eſt identificativa, ſed particula, *&*, quæ de natura ſua eſt ampliativa, & ponitur inter diverſa. Everard. *in locis legalibus loco 109. n. 11.* eidemque conjungitur particula *aliàs*, quæ teſte Wameſio Conſilio 400. *per ſe, & ſine verborum qualificantium adjunctione, qualitatis ſignificationem habet, & cum dictione* ALITER, *in ſignificatione concurrit.*

8. Addit ibidem, quòd ſi jungatur verbis qualificantibus, qualia indubiè ſunt illa verba Bullæ Paulinæ: *Quæcumque vacantia apud Sedem, & aliàs reſervata reſervatione, vel affectione*, tunc non admittitur ſignificatio temporis, ſed neceſſariò verba accipi debent in ſenſu diverſæ, ſeu alterius qualitatis.

9. Sine juſta autem ratione in nonnullis libellis, qui ſuper appoſitione manus, ſeu occaſione Coadjutoriæ prodierunt, ſignificatur

ab

Digitized by Google

ab Academicis,quòd Privilegium reddatur inutile, ſi Decanus cõferre non poſſit ea, quibus Pontifex appoſuerit manum. Ad hoc enim reſpondeo non eſſe, quod conquerantur,cùm à quindecim annis, & amplius,ex quibus privilegium habet curſum,ſeu à morte antecedentis Principis,ne ſemel manum appoſuit, aut Collationem prævenit.

10. Nam ut iis, quæ diximus in anterioribus de Archidiaconatu Hasbaniæ, aliquid addamus, vacaverat ille antea,& eo tempore, quo nihil Iuris ad illum poterat competere Decano Facultatis, aut Academicis. Providit de eo Pontifex uni, Princeps Leodienſis alteri; indè orta inter proviſos difficultas, quæ ſopita eſt mediante conventione, ut Apoſtolicus proviſus foret alterius Coadjutor.

11. Coadjutoria hæc non fuit ſimplex, ſed oritur ex cauſa prævia,ſeu ex vacatione, & collatione facta per Pontificem eo tempore, quo nullum jus Academicis competebat, cujus collationis effectus cõtinuatus eſt per Coadjutoriam in favorem Apoſtolici proviſi factam.

12. Ex quo fit quod Academici foventes Nicolaum Meys(cui nulliter dictus Canonicatus collatus eſt,obſtante anteriori multitudine beneficiorum vigore privilegii acceptatorum) ſimul involẽt in aliud Ius S. Sedis, ſeu in beneficium,quod non vacavit in menſe ipſorum, & cujus vacatio, ac ſecuta collatio adhuc durabat,& durat in perſona D. de la Haxhe: Tranſactio enim, & conuentio jus præcedens non extinguit in totum, ſed in parte conſervat,in quantùm ſcilicet ex toto quod petebatur, aliquid retinetur, aut accipitur.

13. Coadjutoria Tungrenſis facta fuit anno 1650 & poſtquàm Petrus Mercelis factus erat incapax quidquam obtinendi vigore privilegii,ſeu poſtquàm jam habuerat finalem proviſionem, ut cõſtat ex Actis Facultatis libro 13. pag. 34. ubi leguntur ſequentia.

14. *Die 26. Novembris in Deputatione petiit D.Petrus Mercelis ſibi conferri beneficium ſimplex ſub invocatione inventionis Sanctæ Crucis in Eccleſia Collegiata B. Mariæ Virginis Oppidi Tungrenſis, in vim admiſſionis ſuæ per Deputatos ad uſum Privilegii in dicta Eccleſia. Præſtito juramento conſueto, dictum beneficium per Decanum ei collatum eſt,* ET DECLARAVIT D.MARCELIS SE ILLVD ACCEPTARE PRO FINALI PROVISIONE, *eò quod eſſet ſecundum quod eodem anno acceptabat per Collationem Facultatis.*

15. Non putat autem Illuſtr.D.Internuncius Apoſtolicus,quód in alio Academicos taliter gravaverit S. Sedes, ut poſſint conqueri; Si enim aliquando confert Beneficia Belgica,quando ſubeſt nominatio, hoc facit,quia allegantur ejuſdem abuſus,qui non ſunt infrequentes,ut notum eſt in Conciliis, quæ etiam contra nominatos ſæpius judicarunt, & notius fit ex deductis toto hoc præſenti ſcripto;

pto; aut etiam ideo fit, quòd nominati ſuas nominationes, & acceptationes inſinuant tantùm Ordinario, non autem Internuncio, aut Suæ Sanctitati, ideoque meritò ignoret ſitne aliqua nominatio pendens necne. Si autem Academici vitium acceptationis non ignorantes, conantur illud non ſatis bonis artibus tegere, & apertè præjudicare non modo S. Sedi, ſed etiam aliis Collatoribus, notoriè contraveniunt intentioni eorum, qui privilegia concesserunt.

16. Objecit etiam Illuſtriſs. D. Internuncio quiſpiam, quòd Academici graventur in eo, quod non ſinantur quoſdam Paſtoratus, aut beneficia acceptare, & adverſarios ſuos trahere coram Conſeruatore. Verum infundata apparet hæc objectio.

17. Quia per Indultum Paulinum Sancta Sedes volens cavere futuris in poſterum controverſiis, *Privileg. pag.* 116. ea tantùm beneficia conceſſit, quæ aliàs ad ſuam Collationem vigore Concordatorum Germaniæ pertinerent, idque ſatis expreſſit quando dixit: *In prædictis beneficijs, & vacationibus tantùm gaudeat Concordatis*. Idem colligitur ex iis quæ cum Datario acta, & propoſita ſunt, id eſt de cedendis beneficiis, quorum collatio aliàs ad Suam Sanctitatem ſpectaret.

18. Paſtoratus, qui ſunt Vicariæ, beneficia parva, quæ certas argenti marcas non excedunt, non ſpectabant ad collationem S. Sedis, quando Indultum Paulinum conceſſum eſt; à longiſſimo ſiquidem tempore per inferiores Prælatos, & Capitula conferebantur omni menſe.

19. Hinc grave præjudicium fit etiam ipſis Belgii Prælatis, quorum multi conferunt Vicarias, & beneficia parva in Patria Leodiēſi, gravantur enim ſinguli tribus nominationibus reſpectu beneficiorum, quæ habent in patria regia; & iterū eripiuntur beneficia, quę in patria Leodienſi habēt, & conferunt omni menſe. Qua ratione, & in Adriani Bullam, & in Caroli V. Placetum peccatur, quibus cavetur, ut vita durante, aut non niſi ſingulis decenniis ſemel graventur in menſe ſuo, *Privileg. pag.* 89. & 94. Præterea etiam Academici Paſtoratus Regulares iiſdem eripiunt, ſeu à libera Facultate providendi Regulari excludunt, qua de re unus ex ipſis Statibus Prælatus Internuncio Apoſtolico conqueſtus eſt.

20. Dictum etiam fuit ſuprà in additione ad quæſtionem 7. quòd Indultum Paulinum malè Academici nomine Concordati intitulent; idem etiam eluceſcet ſi attendantur ſequentia.

21. Primò, quòd D. Maſius, & D. Robaux, ac antea Univerſitas ſæpiùs, pro confirmatione Privilegii iteratis vicibus ſupplicarunt, *privileg. pag.* 125. & obtinuerunt ſimpliciter per illa verba *Confirmamus, & approbamus*, pag. 130. hoc autem nihil novi juris tribuit, ſed relinquit illa in terminis gratiæ, in quibus erant ante confirmationem. Si

Digitized by Google

22. Similiter loquitur Gregorius XIII. pag. 106. ubi illud *perpetua firmitatis robur adjicimus* , ſolùm ad conſtringendum inferiores Collatores additur, non autem ad impediendum quominus conceſsio ſit merè gratioſa, ſtatim enim poſt,ſeu pag. 107.ſubjungitur: *& ut majori gratia dictam Vniverſitatem afficiamus &c.*

23. Secundò, non eſt etiam Concordatum pro ea parte, qua in Facultatem nominandi ſurrogat Ius conferendi , quia ſurrogatum naturam ejus, in cujus locum ſit ſurrogatio, retinet quoad firmitatem, alienabilitatem ; & alia jura : Everardus *loco* 122. Flores de Menna *variar.quæſt.lib.* 1 ; *quæſt.* 20.

24. Dicta natura expreſſa eſt etiam in ipſa Pauli Bulla pag. 125. in verbis: *Motu proprio ex noſtraque mera liberalitate*, ut dictum eſt in additione ad quæſt. 7. pag. 129. in verbis: *Et ut amplioris gratiæ fauore Facultatem, & Vniverſitatem proſequamur*, adeoque Facultas, & Vniverſitas illorum expeditioni conſentientes, Bullam acceptarunt uti purè gratioſam:

25. Objecit etiam alius privilegium nominandi, & conferendi eſſe conceſſum Principi.

26. Reſpondetur contrarium quoad Bullam Sixti conſtare ex Placeto Maximiliani in verbis: *Leſdits expoſans avoint obtenu certaines lettres de nominations*. Privileg. pag. 68. quoad Bullam Leonis, ex Placeto anni 1515. 10. Octobris in verbis: *De la part du Doyen, Vice-Doyen, & autres de la Faculté des Arts, nous a eſté exposé qu'ils avoint obtenu certaine Bulle, & nouvelle proviſion de privilege*. Bulla Adriani conceſſa eſt proprio motu, non petente, ſed refragante Principe, vt patet ex extracto juncto ſub lit. H. ſup. pag. 202. Bulla Pii IV. expedita anno 1562. conceſſa eſt ad ſolam petitionem Vniverſitatis, *Privileg. pag.* 179. Bulla Gregorii XIII. data anno 1573. die 4. Septemb. conceſſa eſt motu proprio, *Priuileg. pag.* 114. altera ejuſdem Gregorii data eſt anno 1578. ad ſolam petitionem ejuſdem Vniverſitatis. *Privileg. pag.* 174.

27. Deniq; pro tertiâ ejuſdē Gregorii Bullâ data an. 1572. kal. Martii intervenit Philippus II. ſed non habuit ſe, niſi ut interceſſor, quod patet ex ipſius Placeto in verbis: *Accordé a ladite Vniverſité, & Faculté*; Itē, *ils ont nágueres obtenu par noſtre faveur, interceſſion, & inſtance, & de noſtre Couſin le Duc d'Alva*, privileg. pag. 110. item *veu qu'icelles ont eſté impetrées par noſtre interceſſion.*

28. Hoc ipſum manifeſtum fit ex litteris Regiis hic junctis ad calcem ſub litt. A. B. C. ex quibus hoc inſuper habetur, quod tum temporis nihil prætenderit Rex tamquam ex obligatione debitum, ſed ſimpliciter ſupplicavit pro confirmatione privilegiorum , ſeu potiùs eorumdem revalidatione, quam dicit ſe *ſingularis favoris, & gratiæ*, non autem *concordati* , ut nimis ſutiliter præſumunt Lovanienſes, *loco habiturum*. 29. De-

Digitized by Google

29. Deindè teſtatur Anſelmus in Tribon. Belg.pag. 112.117. 118.non aliter fuiſse publicatum Tridentinum Concilium, quàm exceptis, & ſalvis juribus, & privilegiis S.Majeſtatis,undè cùm nihil exceptũ fuerit quoad nominationes Lovanienſes, ut patet ex dictis litteris Philippi II.qui alias pro illarũ reſtitutione non interceſſiſſet,conſequens eſt,ut dicatur privilegium illud non fuiſse Regi conceſsum.

30. Accedit quod pro eadem confirmatione præter Regẽ,interceſserint alii plures, ſcilicet.Dux Albanus, ut ſtatim vidimus ex Placeto Regio, & conſtat ex litteris ſupra relatis pag.69. Item Epiſcopus Iprenſis,& Gandenſis, cujus litteræ etiam habentur pag.69. & tamen nemo dixerit privilegium conceſſum fuiſse Duci,aut Epiſcopis.

31.Similiter pro Paulina non niſi ut interceſſor ſe habuit Archidux Albertus, ut patet ex ipſius itidem Placeto in verbis: *les Supplicants appuyez de noſtre intercesſion &c.*privileg.pag.135.

32. Neque in Bulla ſua dicit Paulus, concedimus Principi, vel Archiduci, ſed Decano Facultatis Artium *pag.*125.Item,*ut eandem Facultatem, & Vniverſitatem amplioris gratię favore proſequamur*, pag. 129.& in dorſo litterarum, *Vniverſitas, & Facultas expeditioni, confirmationi,aliiſque introſcriptis, & litterarum expeditioni conſenſerunt*.

33. Parum refert, quòd in quibuſdam Bullis abſolvatur Princeps ab excommunicatione ad effectum conſequendum,hoc enim ideò fit, quòd Sancta Sedes non recipiat cum effectu ſupplicationes,ſeu interceſſiones, ſi quo modo ſupplicans,vel interceſsor excommunicatione ſit innodatus.

34. Denique in ipſa Pauli V. Bulla pag. 131. dicitur: *Privilegiis quoque, indultis,& litteris Apoſtolicis, quibuſvis aliis perſonis, communitatibus, Vniverſitatibus, ſtudiorum etiam generalium, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacibus, & inſolitis clauſilis, necnon irritantibus,*& *aliis Decretis per nos, ſeu quoſcumque Romanos Pontifices,aut Sedem præfatam in genere, vel in ſpecie, etiam ad* Imperatoris, *Regum, Reginarum, Archiducum, Ducum, vel aliorum Principium inſtantiam,ſeu etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolica poteſtatis plenitudine, vel alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis.*

35. Quod ſi ad interceſſionem Imperatoris, Regum, Reginarum &c.conceſsa aliis Vniverſitatibus Privilegia cenſenda fuiſſent conceſsa ipſi Imperatori, Regibus, Reginis,Paulus V.non adeò facilè illis derogaſſet uti fecit, nec pro derogatione inſtitiſſent ipſius Principis, Legatus,& Carolus Robaux Statuum Brabantiæ,& Vniverſitatis Deputatus.

36. Objectum etiam eſt quòd non ſit Pontificis cognoſcere de abu-

Digitized by Google

abuſibus,eoſque corrigere,ſed contrarium oſtenditur multipliciter. Primò, quia illius eſt interpretari privilegium, qui illud conceſſit, l. 1. & ult. Cod de legibus,cap.10. ※ de Iudiciis, ſic & Princeps reſervat ſibi interpretationem Placetorum ſuorum ſuper uſu dictarũ Bullarum, *Privileg. pag.* 96. & Facultas Artium ſuorum interpretationem ſtatutorum: *quod ſi reperiantur,*inquit, *ſtatuta aliqua ſuper intellectu verborum dubia, poterit ſola Facultas ea interpretari,* ſtatut. Facult. pag. 5. n.3.

37. Deindè aliàs de dictis abuſibus ſæpè cognovit Pontifex, & hactenus illum eſſe per ſe,vel delegatos indubitatũ Iudicē pro certo habitũ eſt. Nam Epiſcopus Gandenſis an. 1569. Summo Pontifici ſcripſit, ut cognitionem abuſuum committere vellet Cardinali Granvellano, ac de facto commiſit; qui anno 1572. certas regulas concepit obſervandas, quas ſine contradictione Facultas Artium recepit, eodemque tempore Gregorius XIII.alias inſeruit in Bulla ſua; *Privileg. pag.* 107. de quibus ipſimet mentionem faciunt in libello ſupplici,quẽm Regi exhibuerunt pro obtinendo Placeto; ubi poſtquam expoſuerunt ſe obtinuiſſe privilegiorum ſuorum confirmationem, & novam conceſſionem, ſubiungunt: *Sauf aucunes reſtrictions, & moderations nouvellement apposèes pour obvier aux abus,qui cy devant y pouvoient eſtre commis &c.* Privileg. pag. 111.

38. Harum unam de reſidendo in Paſtoratibus auxit poſtea Paulus V. ſeu extendit ad Officiales, & Rectorem, *privileg.pag.* 130. ac de hac regula ipſe Philippus II. in Placeto ſuo ait, *& feront apposèes les clauſes d'examination, & reſidence, pour enſuivre la bonne intention de ſa Sainctetè*, d. pag. 111.

39. Anno autem 1613.ſcriptis ad Paulum V. litteris,petiit Univerſitas dari Illuſtriſſimo D. Nuncio commiſſionem *viſitandi Univerſitatem, & corrigendi abuſus,qui in nominationibus deprehenderentur.* Præfatæ litteræ exhibitæ ſunt ſuprà pag.71. litt.Z.ac conformiter ſecuta eſt Viſitatio quoad dictas nominationes anno 1615. & Viſitatores expreſsè declararunt ſe authoritate Apoſtolicâ viſitationē hanc inſtituiſſe, & certas regulas ſeſe approbantibus eſſe factas, per quas deinceps abuſibus obviatum eſſet.

40. Et quod attinet ad ea, quæ concernunt alia à nominationibus, ut de piis fundationibus, de officio Promotoris, de modo, & tempore docendi, de perſonis gaudentibus immunitate à tributis &c. etiam intervenit auctoritas Sedis, cum auctoritate Principis. Ita habetur in proœmio Viſitationis inſertæ tomo 3. Edict. Brabantiæ.

41. Nonnulla etiam notanda ſunt circa libellos, quos partim Regi, partim Pontifici præſentarunt.

42. In libello, quem Philippo II. præſentarunt ann.1573. pro uſu

Bullæ Gregorii, ſic locuti ſunt, quaſi Privilegia non fuiſſent per Tridentinum Concilium revocata, ſed tantùm quod aliqui hoc ſuſtinerent, *Privileg. pag.* 110. licet de ipſa revocatione non tantùm per evidentia Concilii verba, ſed etiam per Breve Pontificium anno 1564. eſsent certiorati, conſtaretque evidenter ex citatis litteris Regiis, & aliorum, qui ipſorum nomine intercesſerant.

43. In altero autem, quem præſentarunt anno 1578. eidem Gregorio, pro confirmatione Bullæ Martini V. & Pauli II. quoad Privilegium tractus, inſignem clauſulam inſeruerunt, quoad materiam nominationum, de qua ſcribunt non fore inquirendum, quia aliud planè diverſum petebatur.

44. Inſeruerunt autem particulam, *ſuper nominatione ad beneficia Eccleſiaſtica, qualificata illorum vacatione, vel antea facienda*, privileg. pag. 173. fortaſsè, ut ſic paulatim introducerent nominationes ad vacantia. At ubi poſtmodum ſub Paulo V. non tantùm Ius tractus, ſed etiam nominationum Bullæ ad rigidum examen revocabantur, dum retulerunt ſupplicationem factam antea Gregorio XIII. & jam citatam, omiſerunt dictam particulam, *vacatione occurrente facienda*, ſatis advertentes, quod ſi fieret mentio nominationis ad vacans, falſitas narrativi deprehenderetur ex ipſa lectione privilegiorum nominandi, quibus examinandis ſpecialiter vacabant Deputati à Paulo V. de illis autem quæſtio non erat, quando ſupplicarunt pro confirmatione conſervatoriæ.

45. Id patet clariſsimè ex dictâ Bullâ Pauli V in cujus principio ſeu *pag.* 117. dicunt conceſſum fuiſſe Ius acceptandi beneficium, *quod poſt nominationem vacare contingeret*, tum parùm infrà, ſeu *pag.* 121. §. *denique*, referunt libellum ſupradictum præſentatum Gregorio XIII. in quo ſublata eſt clauſula illa, quâ prius fecerant mentionem de nominatione ad vacans, & expreſsè reſtrinxerunt preces ad beneficia, *in vim*, dicunt, *nominationis hujuſmodi acceptata*, & ſic ad ea, *quæ poſt ipſam vacare contingeret*, per quam correctionem (ſive ipſi qui ſupplicarunt Paulo V. authores illius fuerint, ſive qui Bullam Paulinam privilegiis examinatis compoſuerunt) conſtat evidenter privilegia nominandi, quando maturè ſunt examinata, ſic fuiſſe intellecta, ut nominatio ad *actu vacans* ſe non extenderet.

46. Denique inſinuarũt incidenter in diverſis libellis ſuper præſentibus controverſiis prœlo datis, Privilegia conceſſa fuiſſe ob benemerita, & propterea non poſſe per appoſitionem manus, declarationem taxæ, aut ſimilibus modis limitari, vel reſtringi.

47. Errant enim verò dupliciter, primò dum pro iiſdem habent Privilegium limitari, & intra debitum uſum contineri, & volunt quod ipſa abuſuum correctio, ſit Privilegii correctio.

48. Errant ſecundò ſi putant data eſſe intuitu præteritorum, &

& non potiùs intuitu futurorum meritorum.

49. Futura in Eccleſiam, & fidei Catholicæ conſervationem merita notoriè ſpectarunt Pontifices, in primis Sixtus IV. pag.64. in verbis, *tamquam fulgentia lumina in Eccleſia Dei reſplendere poſſent*. Eugenius IV.pag.36. *ad fidei propagationē orthodoxa*; Leo X. *ſi de beneficiis provideretur plurimum allicerentur ad interpretandos divinos conceptus*, privileg.pag.69. Paulus II *Magiſtri à proſecutione litterarum, & Scholares à continuatione ſtudiorum non parum impediuntur*; ſimiliter ad promotionem ſtudiorum, & fidei futuram conſervationem reſpicit Gregorius XIII. *pag.172.in princip.* Pius IV. *pag.178.in princip.* idem Gregorius XIII. *pag.98.in princip.* & denique Paulus V. *pag.116.*

50. Sed parùm huic expectationi reſponderunt Academici, poſtquam in Facultate Thologica numerò, & auctoritate ſupra Regulares, qui plurimā iſti Academiæ laudem pepererant, prævaluerunt Sæculares: hi enim, uti à prædeceſſorum ſuorum doctrina, ita & ab eorumdem erga S.Sedem reverentia longiùs receſſerunt.

51. Initium (ut ex litteris Nuncii Apoſtolici, aliiſque documentis gravibus fusè refert Pallavicinus in hiſtoria Concilii Tridentini *lib.15.cap.7.n.6.& ſeq.*) dedere Bajus, & Heſſelius, quorum prurientia ingenia, nulla quātūvis gravi ſollicitudine, etiā Legatorū Tridētini Concilii, potuerunt intra debitos fines contineri, nec impediri quominus magnam Academiæ partem inficerent plurimis erroneis ſententiis: in quibus aliiſque cùm, mortuo Heſſelio Bajus, eique adhærentes Licentiati multi perſiſterent, Pius V. condemnavit articulos 76.

52. Parùm tamen condemnationi detulerunt multi ſive Doctores, & Licentiati, ſive Baccalaurei, uti teſtantur Academici Faſti: ideoque Gregorius XIII. debuit prædeceſſoris ſui renovare Bullam & rurſus Academiæ Doctoribus ad aliquorum articulorum indebitam cenſuram procedentibus, & perſiſtentibus, aliud juſſu Sixti V. emanavit Decretum Lovanii in Iulio anno 1588. publicatum.

53. Sed hæc omnia parùm profuere, renovata per Ianſenium, probata per adhærentes pleroſque damnata Doctrinâ.

54. Quam rursùs ab Vrbano damnatam miris artibus manutenere conati ſunt, videlicet malè accuſando Bullam ſubreptionis, cauſando defectum Placeti, proprias interpretationes ſenſui S.Sedis præferendo, quæſita ſenſuum diverſitate damnationem Innocentii eludendo: & poſtquā declaratum fuiſſet excerptas ex libro propoſitiones damnari in ſenſu Auctoris, recurrendo ad quæſtiones Iuris, & facti: quæſtionem de ſenſu alicujus ſcripti aut libri referendo ad quæſtionem facti, & prædictorum occaſione excitando malè ædificantes quæſtiones de Sanctorum Canonizatione, & alia communi ſenſu Eccleſiæ ac praxi recepta, Decretis etiam S.Sedis firmata, oppugnando.

55. Me-

Digitized by Google

55. Meliora certe ſperaverant, qui privilegia conceſſerunt.

CARTA DEL REY DON PHELIPPE à ſu Embaxador en Roma el Señor Don Iuan de Zuñiga.

EL REY. Don Iuan de Zuñiga del nueſtro Conſejo y nueſtro Embaxador. el Rector, y Vniverſidad de Lovayna me han hechô entender como el Papa Sixto de felice recordacion en el año de mil y quatrocientos y ochenta y tres, à inſtancia y ſupplicacion del Emperador Maximiliano mi Viſabuelo de buena memoria, diò y concediò Faculdad à la dicha Vniverſidad ſobre todos los Prelados, Cabildos, Conventos, Collegios, y perſonas Eccleſiaſticas de mis eſtados, que tienen collacion de beneficios Eccleſiaſticos, para que pudieſſe nombrar y preſentar à ellos perſonas graduadas en la miſma Vniverſidad eſtudiantes en ella, por una vez tan ſolamente durante la vida de cada Prelado, y en reſpeto de los Cabildos, Cõventos, y Collegios una vez en cada veinte años; y eſto à fin que ſean proveydos de los beneficios: que en el año de mil y quinientos y treze el Papa Leon Decimo à inſtancia del miſmo Emperador Maximiliano concediò otra tal gracia à los de la Faculdad de Artes, de la dicha Vniverſidad, para que aſſi miſmo pudieſſen nombrar uno de los graduados de ſu Faculdad eſtudiantes durãte la vida de los dichos Prelados por una vez, y en reſpeto de los cabillos, Collegios, y Cõventos en cada diez años una vez, para ſer proveidos de los dichos beneficios: cõ ciertas declaraciones confirmatorias, que deſpues ſe hizieron, aſſi por el miſmo *Leon* X. como por el Papa Adrian de felice recordacion, ſegun lo entendreys mas en particular por la relacion, que aì os dara la perſona que ſolicita eſte negocio por parte de dicha Vniverſidad. Y como quiera, que haſta agora han gozado pacificamente de la dicha conceſſion y gracia, mediãte la qual ſe han venido, y ſalido alli muchos ombres doctos, pios, y grandes defenſores de nueſtra Sãta Fee Catholica de la obediencia deſſa Santa Sede: dizeſe que ſu Santidad de pocos dias à eſta parte ha declarado que conforme à los Decretos del Concilio de Trento, que diſponen que los mãdatos de providendo y gracias expectativas no ſe concedan à ninguno, ni ſe permita uſar de las concedidas, aunque ſean Collegios, y Vniverſidades: y, que han de ſer comprehendidas las cõceſsiones de nombramientos hechas à la dicha Vniverſidad, y Faculdad: que ſi aſſi fuere y ſe executaſſe ſeria cauſa de venir en grande diminucion y manifeſta ruina, pues faltando eſte premio, no ſe criarian, ni havria hombres que

pre-

predicaſſen y hizieſſen el fruto que haſta aqui, en lo que toca al entretenimiento de nueſtra antigua, y verdadera Religion. Y como coſa en que va tanto, los de la Vniverſidad han acordado de embiarlo repreſentar à Su Santidad, y ſupplicarle que haviendo reſpeto à eſto, y à la juſta cauſa, con que los dichos tres Sumos Pontifices ſus Predeceſſores concedierõ las dichas gracias, ſe las mande guardar, y conſervar ſu Beatidad, y porque à mi me han ſupplicado que les aſſiſtieſſe en eſto, yo lo deſſeo muy de veras: aſſi por ſer en ſi tan juſto, util y neceſſario en aquellos eſtados, como por haver ſido conceſsiones, y gracias obtenidas en tiempo, y à interceſion del dicho Emperador mi Visabuelo: y tambien por la particular voluntad y aficion que yo tengo à aquella Vniverſidad: por ſer el ſeminario de la virtud, y buenas letras de aquellos mis eſtados y comarcanos; he querido tomar la mano en eſto, y eſcrivir à Su Sãtidad la carta, que irà aqui en vueſtra creencia, y encargaros mucho que informado que ſeais por la perſona que ai tiene la dicha Vniverſidad del eſtado deſte negocio, hableys à Su Santidad ſupplicandole de mi parte con el encarecimiento neceſſario, que havida conſideracion à lo que aqui ſe apunta, y à la mucha raçon que y para favoreſcer y hazer todo bien y merced à aquella Vniverſidad, mayormente en eſtos tiempos, en que los hereges con tanto eſtudio procuran de eſcurecer la buena y ſana dotrina, y ſembrar la ſuya perverſa, y havido aſſi miſmo reſpeto al gran fruto, que de aquella Vniverſidad procede para el ſoſtenimiento de nueſtra Santa Fee Catholica Romana, no ſolamente en aquellos eſtados, mas aun à tota la Chriſtiandad, tenga por bien de los conſervar, y confirmar las dichas ſus gracias, Privilegios, derechos y cõceſſiones: repreſentando quanto importa eſto para animar los muchos, y buenos hombres, que al i ſe crian, doctrinan, y entretienen, que es de tanto ſervicio de Dios, y beneficio de ſu Igleſia; que ſegun el zelo que deſto tiene Su Santidad, quedo muy confiado no ſolamente ha de confirmar las dichas gracias y Facultades à la dicha Vniverſidad; pero quando no las tuviera ſe las concederia de nuevo. Iuntandoſe mayormente con eſto el ſupplicar yo à Su Beatidad, y paraque tanto mejor lo podais encaminar, y negociar, ſerà bien que lo comuniqueis al Cardenal de Granvela, que yo le eſcrivo lo que en conformidad deſto ha parecido convenir. Y aviſareiſme, y tambien al Duque Dalve de lo que ſe hiziere, porque acà y alla conviene que ſe ſepa. De San Hieronymo cerca de Cordoua à 29. de Março 1570. *Yo el Rey*.

CAR-

CARTA DEL REY DON PHELIPPE al Señor Cardenal de Granvela.

DON PHELIPPE *por la gracia de Dios, Rey de Eſpeña, de las dos Sicilias, de Hieruſalem, &c.* Muy Reverendo in Chriſto Padre Cardenal de Granvela nueſtro muy caro, y muy amado Amigo, y del nueſtro Conſejo de Eſtado.

Por cierto tengo que por parte de la Vniverſidad de Lovayna ſe haura tenido recurſo à Vos, paraque la favoreſcais en la conſervacion del derecho que los graduados en ella tienen a ſer proveydos en los beneficios conforme a lo contenido en la Bulla, y conceſſion del Papa Sixto Quarto, confirmada, y ampliada por Leon Decimo, y Adriano Sumos Pontifices de felice recordacion, y porque yo eſcrivo à Don Iuan de Zuñiga mi Embaxador, lo que del entendreys, muy affectuoſamente os ruego aſiſteys, y hagays en ello por vueſtra parte la diligencia y buenos officios, que fuere meneſter, repreſentando à Su Beatidad las grandes, y juſtas cauſas que ay para favorecer aquella Vniverſidad, ſiendo el propugnaculo de nueſtra Santa Fee Catholica en àquellos Eſtados, y tocãdo à perſonas de cuya ſana dotrina y buen exemplo, es tan aprovechada la Igleſia univerſal, y ſe ſirvè tan ſeñaladamente quanto ſe ſabè nueſtro Señor: que de mas que por eſtas cauſas sè bien que vos os emplea reys en ello de buena gana, à mi me hareys muy particular placer. Y ſea muy Reverendo Padre nueſtro muy caro Amigo, nueſtro Señor, en vueſtra continua guardia. De Cordoua à 29. de Março 1570.

CARTA DEL REY DON PHELIPPE à Su Santidad.

MVy Santo Padre. A Don Iuan de Zuñiga del mi Conſejo, y mi Embaxador eſcrivo, que de mi parte hable à V. Santidad, lo que del entenderà ſobre un negocio que importa mucho à la Vniverſidad de Lovayna. Y pues V. Santidad ſabe la raçon que ay para la honrar y favoreſcer, ſiendo luz de àque los mis Eſtados baxos, y la que principalmente ha conſervado en ellos con ſu ſana y buena doctrina, lo que toca à las coſas de nueſtra Santa Fee Catholica: muy humilmente ſupplico à V. Beatidad, que pues (demas deſto) lo que por parte de la dicha Vniverſidad ſe pide y ſupplica es tan juſto, como mi Embaxador lo repreſentarà à Vueſtra Santidad,

dad, tenga por bien de lo conceder, y monſtrarſela en eſto tan favorable Padre, como de la benignidad de Vueſtra Santidad ſe eſpera, concediendo les lo que ſupplican, y mandandoles deſpachar con el complimiento neceſſario. Que cierto ſera animar mucho à los que en ella eſtudian con fin de ſervir à Dios y à ſu Igleſia, y yo por eſſer reſpeto lo recibire en ſingular favor, y gracia de Vueſtra Beatidad, cuya muy ſanta perſona nueſtro Señor guarde à bueno y proſpero regimiento de ſu univerſal Igleſia. Del Monaſterio de Santo Hieronymo cerca de Cordoua 29. Março 1570. ſic ſubſcriptum. De Vueſtra Beatidad muy humilde hijo Don PHELIPPE por la gracia de Dios Rey de Eſpaña, de las dos Sicilias, de Hieruſalem, &c. que ſus ſantos pies y manos beſa, Et infrà ſic: *El Rey*.

De Iudice abuſuum, & qualiter circa correctionem eorum antehac proceſſum ſit.

1 PEnè cum ipſo uſu privilegii nominandi exceſſus aliqui irrepſerunt, an utentium errore, an ambitione parum refert, nec hoc novum, nā ipſemet Decretalium titulus ſic fuit inſcriptus, *de privilegiis, & exceſsibus privilegiatorum*, quaſi exceſſus uſui privilegii ſit ordinariè junctus.

2. Agnovit illos Facultas Artium, quę deſuper monita, regulas non ſemel ſtatuit, quibus in multis eſſet obviatum, ſi fuiſſent obſervatæ: ſed cum nec ſemper adhiberet remedia, nec adhibita obſervaret, plerumque fuit opus Superioris authoritate.

3. Illam appoſuit ſemper S. Sedes, uti Iudex conceſſi à ſe privilegii, per *cap.* 12. *de privileg. l.* 191. *ff. de Reg. juris*, quà de re ad annum 1517. hoc eſt quadriennio poſt datum à Leone Decimo indultum nominandi, refertur in Actis Facultatis, Epiſcopum Dertutenſem aviſaſſe Facultatem, *quod receperit ab Vrbe litteras continentes querelas diverſas, quæ in dies audiuntur ſuper abuſibus, qui in dies fiunt in nominationibus Facultatis. Ita, quod contra mentem Sanctiſſimi Domini, & S. Sedis Apoſtolicæ diverſi nominantur inidonei, qui univerſę Eccleſiæ Catholicę prodeſſe non valent, unde niſi Facultas diſcretè provideat, ne hujuſmodi abuſus amplius committantur, timet quòd gratia Facultatis ſuſpendi, aut revocari poſſit, in magnum prajuditium Facultatis.*

4. Ecce querelæ ſuper abuſibus Romam ſunt delatæ, non dicit Dertutenſis Epiſcopus (intimus tamen Caroli V. & ipſius tunc Conſiliarus) Apoſtolicam Sedem non eſſe Iudicem competentem, ſed agnoſcit, dum etiam timet executionem & pœnam revocationis, aut ſuſpenſionis.

5. Erant autem querelæ triplices, primò, quòd contra tenorem

Bullæ

Bullæ Leoninæ tantùm concedentis jus ad beneficia Parochialium & Collegiatarum Eccleſiarum, præſumerent nominati acceptare Canonicatus Cathedrales. Secundò, quòd nimium frequenter gravarent Ordinarios. Tertiò, quòd nominati in jus traherent coram Conſervatore ſuos adverſarios.

6. Hinc nominatum detruſerant in Carcerem Atrebatenſes, ut refertur in Actis Facultatis ad annū 1517. alius in favorem Præpoſiti Harlebacenſis promiſit ſe non acceptaturū in menſe ordinario. Ita habetur lib. 1. nominationum ad annum 1519. *Leodienſes* & Trajectenſes ad Conſervatorem evocari reſpectivè ab Alberto de Campis, & Magiſtro Bourgeois de Montibus, quorum primus Canonicatum Trajectenſem, alter Leodienſem acceptaverat, comparere, aut obedire detrectabant. Ita Actâ Facultatis ad ann. 1517.

7. Similiter cum Adrianum Florentii, poſtea Papam ejus nominis VI. ad collationem Epiſcopi Leodienſis nominatum, ad poſſeſſionē acceptati Canonicatus Capitulum admittere recuſaret, præfati Adriani tùm abſentis, & in Hiſpania degentis, negotium ſuſcepit Facultas: ſeu ut legitur in actis illius temporis, *ordinavit quòd Procurator ejus in rigore Juris procedat contra dictos Leodienſes, quodque adhæreret ei in expenſis, quia modus oblatus per Officialem Leodienſem nullò modo placuit.*

8. Perſuaſum, ut apparet, Adriano fuerat, tum in Hiſpaniis agenti, & longè gravioribus curis occupato, injuſtas eſſe Leodienſium, & aliorum querelas, atque inde fortè ipſo auctore, cujus etiã intererat, illæ litteræ, quæ nuper ſub nomine Caroli V. ad Cardinales S. Euſebii, quatuor SS. Coronatorum, & de Medicis, evulgatę ſunt ab Academicis.

9. Illas enim, ſi verè Caroli ſunt, eo tempore emanaſse apparet ex verbis *Guilielmi Enckevort Conſiliarii, & Oratoris*, quem titulum tunc habebat, nam Adriano paulò poſt ad Pontificatum promoto in Epiſcopatu Dertuſenſi ſucceſſit, & ab eodem creatus eſt Cardinalis, *Faſti Academici pag.* 96. *&* 306.

10. Sed non rectè tunc Adrianum, nec Carolum de iuſtitia querelarum fuiſse informatum probat ſequentium temporum ſeries, nam cauſa Romæ diſcuſsâ, deprehenſum fuit, nec nominationes extendi ad Canonicatus Cathedrales, nec Conſervatorem poſſe cognoſcerè de beneficiis vigore nominationum acceptatis.

11. Quod ubi Academici intellexerunt, magnis conatibus apud Adrianum paulò poſt ad Pontificatus apicem promotum inſtiterunt, ut oſtenſum eſt in additionibus ad Quæſtionem 7. & obtinuerunt, ut Conſervator de acceptatis vigore nominationum beneficiis poſſet cognoſcere *Privileg. pag.* 89. & nominati poſsent acceptare Cathedrales *pag.* 88. *ibid.*

12. Quin

Digitized by Google

12. Quin etiam ipſemet Principis Orator, ſeu Oratores; ipſumque Regium Concilium, Imperator, & Archiduciſſa cenſuerũt poſtmodum iuſtas fuiſse Ordinariorum querelas; ac deſuper ſatis acres ad Facultatem litteras ſcripſit dicta Archiduciſsa, & Wilielmus Enkevort Academicorũ prætẽſiones improbavit, ut patet partim ex Archiduciſsæ litteris, partim ex Actis Facultatis exhibitis ad calcem ſeptimæ Quæſtionis lit. H. & I. pag. 102.

13. Verùm omiſso longiori diſcurſu de Iuſtitia querelarum, ex illis ipſis, quas Academici publicarunt litteris, conſtat quòd tunc ipſemet Carolus V. agnoverit S. Sedem eſſe Iudicem datorum à ſe Privilegiorum.

14. Laudat enim in iiſdem Sacroſancti Collegii deſuper Sentẽtiam tunc recentem, & ipſis Cardinalibus, veluti æquiſsimis motarum contraverſiarum Iudicibus, ſcribit, *niſi conſideremus.*

15. Non detrectat eoſdem informare pleniùs, ſed addit: *Si tamen ſcrupulus aliquis occurrat, R.P. VVilhelmo Enckevort Conſiliario, & Oratori commiſimus, ut rem totam ſedulò declaret.*

16. Agebatur autem tùm temporis non modò de abuſibus in nominationibus, ſed maximè in Privilegio tractus, de illo enim præcipuè intelligenda ſunt verba illa: *Olim à Sede Apoſtolica conceſſa & à pleriſque Romanis Pontificibus nuper etiam à S.D.N. confirmata*, quæ in Privilegia nominandi, recenter demum conceſsa; vix poſsunt cadere.

17. Circa annum 1540. novi commiſsi ſunt abuſus, & ad S. Sedem delati, quorum cognitio cum fuiſset commiſsa rurſus Cardinalibus, ac iterum de ſuſpenſione aut revocatione timeret Facultas Artium, non excepit de incompetentia Iuriſdictionis, ſed Granvellanum, tunc Atrebatenſium Epiſcopum, interpoſuit apud Imperatorem pro obtinendis commendatitiis ad Pontificem, & alias commendatitias obtinuit à Facultate Theologica ad Cardinalem Brandiſium, qua de re latè habent Acta Facultatis ad annum 1540. & circa.

18. Sed abuſus erant nimis notorii, quàm ut poſſet S. Sedes diſsimulare, vel deferre commendationibus. Itaque concluſum in Vrbe fuit de declarandis per Bullam Privilegiis, ac certis legibus, aut regulis inſerendis.

19. Quod ubi reſciverunt Academici, ſeu Facultas, *petivit*, inquiũt acta anni 1541. *Decanus à Dominis præſentibus conſilium qualiter in huiuſmodi negotio, aut quid erit faciendum, an iterum proponendum Facultati cum bona informatione Dominorum, vel quid expedientius in hujuſmodi nominationum negotio eſſet faciendum, timens Dominus Decanus, quod Domini Commiſſarii in concluſione nominati non vellent acceptare. Poſuit igitur Dominus Decanus in deliberationem Dominorum, qualiter, & quomodo erit agendum, aut*

 pro-

Digitized by Google

procedendum in hujuſmodi negotio: poſt verò longam conferentiam, & ex deliberatione eorumdem Dominorum ſcribendum eſſe citiſſimè ad D.Bernardinum de Motta, & ad D. Raſonem, agendo illis gratias de diligentiis, & ſollicitationibus nomine Facultatis factis, & reſpondendum illis ſuper litteris miſſis ad Facultatem, orando illos, in quantùm Bulla nondum eſſet expedita, neque plumbata, quòd non velint hujuſmodi expeditionem ſollicitare, donec & quouſque aliter receperint à Facultate, & quod interea Domini cogitarent de modo procedendi in hujuſmodi nominationum negotio, & quod D. Decanus colligeret omnia, & ſingula Acta, & geſta ex libro concluſionum ad negotium ſpectantia, quantociùs poſsibile fuerit ſibi, etiam ſimul cogitare de modo nominandi, & obviandi abuſibus.

20. Anno 1565. mota quæſtione, an per Tridentinum Conciliū eſſent revocata privilegia, ipſius S. Sedis judicium conſuit Vniverſitas, & Facultas artium adeundum eſſe pro habenda declaratione, ut patet ex Extracto ad calcem quæſt. 3. litt. P. pag. 58. de quo ita legitur in Actis Facultatis anni 1572.

21. *Die Veneris 19. Decembris facta Deputatione à prandio, declaravit D. Decanus ſeſe recepiſſe litteras à Privato Concilio, quas legit in præſentia Deputatorum, per quas Domini de Facultate requirebantur, ut ſi quas haberent declarationes, aut diſpenſationes Pōtificis ſuper can. 19. 24. ſeſſ. Concilii Tridentini, quod ibi videtur derogare nominationibus, eas Dominis de Privato Concilio mitterent, qui requirebantur à Dominis de Concilio Provinciali Artheſiæ, ubi quidam proceſſus pendebat propter aliquos nominatos à Facultate noſtra. Super quo Domini deliberantes, dixerunt non facilè poſſe fieri, propter abſentiam Doctoris VVameſii, qui haberet omnium originales, attamen ſi Decanus poſſet recuperare ab ejus Vxore, tentaret: aut ex copia quam habebat, curaret reſponſum mitti Dominis de Privato Concilio ſignatas ſigno Notarii noſtri, & ſigillo Facultatis.*

22. Cum verò de impetranda, adversùs Concilii Tridentini revocationem, nova privilegiorum conceſſione ageretur, & de abuſibus foret mota quæſtio; Gandenſis Epiſcopus etiam dictantibus, ſeu approbantibus Academicis ſcripſit: *Si de aliquo abuſu antiqui Privilegii apud S. V. querimonia depoſita ſit, poterit eadē providere, ut per Cardinalem Granvellanum, quem huc venturum ſperamus, aut alium quempiam deſignandum quorumdam abuſibus occurratur.* Exhibitæ ſunt litteræ ad calcem quæſtionis 3. litt. S. pag. 63.

23. Venit Granvellanus Romam, concepti ſunt ibidem contra abuſus articuli, in Actis Academicis relati.

24. Eodem modo deinceps actum eſt, nam mota iterùm Romæ de abuſibus querela circa annum 1590. Cardinali Pinello cauſa fuit commiſſa, ut dictum eſt in additione ad quæſt. 3. num. 62. pag. 39 & aliis motis dubiis anno 1597. ipſa privilegia, ut à S. Sede examinarentur transmiſerunt, uti fidem faciunt Acta Facultatis, quæ ita ſonant.

25. Quia,

25. *Quia ut apparet, paſſim Romæ Privilegia noſtra vocantur in dubium an non videtur expedire Dominis de Facultate, ut aliqua Privilegia Facultatis noſtræ imprimantur, & mittantur Romam ad Exm. Magiſtrum noſtrum Gerardum Voſſium, qui ea, & Suæ Sanctitati, & aliis exhibeat, quo pateant omnibus. Ad 2. articulum placuit Facultati, ut Receptor D. Licentiatus à Mechlinia, & D. Notarius Sylvius diligenter omnia privilegia perlegant, ac examinent, diſpiciantque quæ neceſſaria ſunt, ut imprimantur, & quæ non; eaque quæ impreſſione digna iudicaverint, curet Receptor imprimi in minore, & tenuiore charta, quantum id fieri poterit minoribus ſumptibus.*

26. Anno 1613. ſua ſtatuta circa nominationum uſum judicio Suæ Sanctitatis commiſit Facultas, ut oſtenſum eſt in additione ad quæſt. 3. n. 74. pag. 41. & Vniverſitas ſcriptis ad Paulum V. litteris, rogat *dari de abuſu Nuncio per* Belgium *Apoſtolico mandatum cognoſcendi an ſit, & corrigendi ſi quis ſit, exhibebit Vniverſitas ſe per omnia morigeram ut in uſu ſui privilegii perſeveret. Exhibitæ ſunt ipſæ litteræ ad calcem q. 3. litt. Z. pag. 71.*

27. Rurſus anno 1629. non renuerunt informare Nuncium Apoſtolicum, delatis iterùm ad ipſum Statutis, & Viſitationis Decretis, ex quibus judicaret de legitimo privilegii uſu, ut oſtenſum eſt pag. 50. n. 122.

28. Nec profectò ipſa ratio patitur, ut de abuſibus cognoſcat alius quàm S. Sedes, vel ab ea Deputatus; in hac enim quæſtione non agitur de poſſeſſione, ſeu non quæritur an Academici ſint in poſſeſſione taliter utendi, nec ne, ſed eſt de petitorio, an ſcilicet jus habeant ita utendi, & diſtribuendi beneficia Eccleſiaſtica &c.

29. De hujuſmodi quæſtione Iudex per laicam poteſtatem deputatus non cognoſcit, Anton. Faber *in Cod. lib. 1. tit. 2. definit. 6.* ſed Eccleſiaſticus: & quoad perſonas, aut corpora exempta ab Ordinarii jurisdictione, cognoſcit S. Sedes, aut Deputatus ab ea, quod adeò notorium eſt, vt probatione non egeat.

30. Eaq; ratione noluit Gulielmus Vanden Velde conteſtari corā Mechliniēſi Concilio ſuper quæſtione taxæ, nec conteſtari juſſus eſt, eò quod prætenderet illam concernere petitorium, ut oſtenſum eſt pag. 116. n. 116.

31. Exemptam autem eſſe Vniverſitatem, ac ipſum Rectorem, qui eſt, & eſſe debet Clericus, etiam in confeſſo eſt, nec enim in aliis, quàm quæ Sacramentalia, & Paſtoralia concernunt, agnoſcūt Ordinarium loci.

32. Denique cum tempore Pauli V. orta eſſet querimonia de abuſu juriſdictionis Conſervatoris, de qua hodie ſimiliter agitur; has leges, & regulas ex ſua mera gratia, deque poteſtatis Apoſtolicæ plenitudine ſolus poſuit, ſuæque Bullæ inſeruit idem Paulus. Habentur illæ in Privilegiis *pag. 127. 128. 129.*

33. Hæc enim juriſdictio exercetur adversùs extraneos præcipuè, ſeu ſuæ Catholicæ Majeſtatis non ſubditos, Leodienſes ſcilicèt, alioſque vicinos, qui leges ab alio, quàm legitimo ſuo ſuperiori non recipient, nec ut recipiant rectè cogi poſſunt.

34. Reſtat ergò ut is illas ſtatuat, qui in materia beneficiali, & Eccleſiaſtica ſingulorum eſt ſuperior, & ut huic, Pontifici ſcilicet, ſe ſubmittant Academici.

Obiter hic monetur benevolus Lector non omnia Extracta, quæ præſentibus Quæſtionibus juncta ſunt, tranſcripta eſſe de verbo ad verbum, ſed aliqua eſſe, quæ brevitatis cauſa nonnihil compendiata ſunt, ſervata tamen quantùm fieri potuit accuratiſsimè, rei ſubſtantia, ut apparebit ſi conferantur cum Actis, unde ſunt deſumpta.

INDEX

RERUM PRAECIPUARUM.

Abbas.

ABbates Belgii gravâtur à Lovanienſibus multis indebitis modis, & cum illis Pontifex.

Primò. Per hoc quòd nominati acceptent beneficia tempore nominationis ſuæ vacantia. pag. 23. n. 155. & pag. 7. n. 48.

Secundò, Gravando eos, qui non habent diſpoſitionem de pluſquam ſex beneficiis. pag. 25. uſque ad pag. 30.

3. Acceptando incompatibilia, & ea, quæ ratione incompatibilitatis relinqui deberent Abbatum diſpoſitioni, quando, in ipſorum menſe; aut diſpoſitioni S. Sedis, quando in Apoſtolico vacarent. pag. 50. n. 125-126.

4. Acceptando ultra numerum debitum. pag. 73. n. 24.

5. Acceptando beneficia excedentia taxã. pag. 104. n. 54-55. pag. 135. n. 234. 235. 236. 237.

6. Admittendo minores Magiſtros ad Concilium Facultatis Artium, ut faciant eos capaces majoris taxæ, idque fraudulenter. pag. 113. n. 96. uſque ad n 107. pag. 111. n. 82. 83.

7. Prætendendo in Paſtoratibus non debere attendi taxam. pag. 103. n. 44. 45. & pag. 121. n. 142.

8. Futilibus rationibus prætendendo æſtimationem taxæ beneficialis reducendam eſſe ad tempus dati Privilegii, ut tueantur acceptationes indebitas à minoribus Magiſtris factas. pag. 119. vſque ad pag. 128.

9. Gravando eoſdem pluſquam ſemel in vita, aut intra annos decem pag. 230. n. 19.

Quibus addi poſſent alia, v.g. quòd paſtoratus origine ſua regulares, & Prælatorum menſæ unitos, velint invadere, ſub prætextu quod aliquando dicti Prælati curâverint deſerviri per Vicarios ſæculares.

Abuſus.

De abuſibus nihil ſpecialiter hic additur, quia plerique referuntur ſub ſuis titulis.

Acta.

Actorum publicorum negant inſpectionem aut Copiam, quam Carolus V. concedi mandavit. pag. 21. n. 140. 141.

Adrianus VI.

Adrianus VI. omnium primus dedit Conſervatori Facultatem cognoſcendi de beneficiis per nominationem acceptatis. pag. 169. n. 88. uſque ad num. 92. & pag. 175. n. 118. & ſeqq.

Non

Non conceſſit illi Facultatem cognoſcendi de Iuribus S. Sedis, nec adverſus eandem. pag. 169. n. 89. uſque ad n. 107. & pag. 176. n. 124. & ſeqq.

Nec conceſſit facultatem cognoſcendi de beneficiis acceptatis vigore nominationum ex parte Univerſitatis. pag. 169. n. 90. & 91.

Appellatio.

Contra tenorem privilegiorum, & mandatum Sereniſs. Principis Alberti impediunt appellationes à Rectore ad Internuncium, aut S. Sedem. pag. 200. uſque ad 207. & pag. 210.

Conſtituerunt privata auctoritate tribunal, quod vocant *Quinque Iudicum*, pro inſtantia ſecunda, à quo nolunt, ut per Rectorem, & ipſos condemnatus appellet, niſi parito judicato pag. 205.

Imò aliquando rejiciunt appellationes à ſententia Rectoris, etiã ſuper cauſa ad ejus cognitionem non pertinente. pag. 206. n. 323.

Argumenta.

Argumenta utuntur paſsim futilibus ad fallendum aptis. pag. 7. n. 47. & ſeqq. & pag. 10. n. 74. & pag. 15. n. 109. & pag 21. n. 139. & ſeqq. pag. 26. n. 9. & ſeqq. pag. 31. n. 12. & ſeqq. pag. 116. n. 112. uſq; ad pag. 123. & paſſim.

Auctoritas.

Congerunt innumeras, & impertinentes auctoritates Doctorũ ad obruendam veritatem. pag. 4. n. 25. & pluribus ſeqq.

Capitula.

Capitula eodem modo in pluribus gravant ſicuti Abbates, vide ſuprà verbo, *Abbas*, & infra verbo, *Epiſcopus.*

Concilium.

Sicuti appellationibus nolunt deferre, ita nolunt obedire Concilio Brabantię, aut Sanctiori, etiam in cauſis concernentibus officia Regia, & ad dictorum Conciliorum cognitionem ſpectantibus, pag. 220. & 200. Item pag. 220. & 221. aut Concilio Finantiarum, pag. 220. litt. CC. aut Ordinibus Brabantiæ. pag. 201.

Concordata.

Indultum conferendi conceſſum Facultati Artium malè ab Academicis vocatur Concordatum, pag. 200. n. 183. 184. & ſeqq. pag. 220. n. 20. & ſeqq.

Facultas Artium non niſi ex gratia gaudet Iure Concordatorum Germaniæ, pag. 150. n. 27. pag. 185. n. 185. & 186. pag. 231. n. 31. & ſeqq.

Per Concordata Germaniæ plura Collatoribus ordinariis reſervantur, quàm per Indultum Paulinum, pag. 149. n. 23. 24. 25. pag. 156. n. 70. & ſeqq.

Conſervator.

Per Bullas Conſervatoriales Martini V. & Pauli II. non potuit

Con-

Conſervator cognoſcere de acceptatis vigore nominationum. pag. 166. uſque ad 174.

Demùm Adrianus id conceſsit, non tamen dedit Conſervatori Facultatem cognoſcendi de cauſis, in quibus quæritur de Iuribus S. Sedis, ſeu an potuerit conferre, necne. pag. 176. n.124.& ſeqq. uſque ad n.138.

Nec facultatem de illis cognoſcendi conceſſit Gregorius XIII. pag.178. n.138. uſque ad n.146.& pag.186.n.192.193.194.195.196.

Hoc ipſum oſtenditur ex variis S. Sedis declarationibus, & uſu. pag.176.n.127. uſque ad n.155.

Paulus V. expreſsè vetuit ne Conſervator cognoſceret de beneficiis reſervatis S. Sedi, vel affectis.pag.186.n.189.uſque ad n.207.

Similiter immiſcere ſe non poteſt Conſervator, quando eſt quęſtio de reſervatione, pag. 157.158.& ſeqq. pag.186. n.192. uſque ad num. 203.

Nuperi Conſervatoris,ſeu Iacobi Pontani injuſtitia,&prævaricatio Canonum,ac Statutorum ſui Tribunalis.pag.197.n.265. & ſeq.

Tribunal Conſervatoris meritò ſuſpectatur ex pluribus cauſis. p. 197. & ſeqq.

Primò,quia Aſſeſſorem ipſius nominat Vniverſitas, ſeu illi, qui ſunt pars.pag. 199. n.275. pag. 173. n. 105. 106.

2. Quia Aſseſſor, ſeu Doctor van Werme eſt ſimul Advocatus Fiſcalis, & vi juramenti debet agere pro privilegio. pag.199. n.275. pag. 173. n. 107.108.

3. Quia leges accipit ab ipſa Vniverſitate, quæ eſt pars. pag.199. n.272. vſque ad nu. 185.& pag.202.num. 295.& ſeqq. & pag. 173. num.105. 106.

4. Quia exceptiones perſonales nolunt Academici objici adverſùs Conſeruatorem.pag. 200. n. 284.

5. Licet nominati ſint plures Conſervatores, eo fine ut ſi exceptio contra unum competat,reus ſe ſiſtere poſſit coram alio,tamen cogere volunt, ut compareat coram illo,quem ipſi eligunt,vel coram Rectore. pag. 200. n. 287. 288.

Danielis.

Magiſter Danielis malè fuit proviſus de Canonicatu S. Dionyſii. pag. 159. n.12.uſque ad n.24.pag.157.n.77.uſque ad n.81.

Malè ſe oppoſuit proviſioni Apoſtolicæ de beneficio reſervato. pag. 161. 162. Item pag.165.n.60.& ſeqq.

Malè pro ejus defenſione Lovanienſes attulerunt auctoritatem Gonzalez, Garciæ,Rotæ,Æneæ de Falconibus. pag.163. 165.

Si opponere ſe volebat, debebat cauſam dicere coram Nuncio Colonienſi Delegato Apoſtolico, non autem citare partem coram Conſervatore. pag. 165. n. 63. 64. pag. 162.n 42.43.

Legitimè fuit excommunicatus, uti fuit etiam Petrus Mercelis, & Nicolaus Meys. pag. 187. nu.197. uſque ad n.225.

Nec Academici poſſunt hic reclamare Privilegia Brabantica de non evocando. pag. 191. n. 237. uſque ad n.250.

Didaſtra.

Augent Didactra exceſſiuè, non ſine Belgarum, aliorumque grauamine. pag. 120. à nu.137. vſque ad n.142.

Eccleſia.

Eccleſiis Belgicis, & vicinis grave inferunt præjudicium in pluribus, & morum laxati grande iter ſternunt.

Primò, reducendo Canonicatus ad ſtatum infimorum beneficiorum. pag. 46. n. 104. uſque ad 113.

Secundò, per acceptationem multorum beneficiorum. pag. 88 uſque ad 93.

Tertiò, dum pro arbitrio taxam beneficialem æſtimari volunt. pag. 136. n. 236. 237.

Quartò, tollendo taxam in Paſtoratibus, & ſic ad notabiles promovendo minores, & minus habentes Magiſtros. pag. 118. n. 124.

Quintò, minores Magiſtros nominando ad Canonicatus majoris taxæ, & ſic non Eccleſiis, ſed perſonis providendo. pag. 133. nu. 95. uſque ad num. 113.

Sextò, acceptando incompatibilia, quorum alterum cum non poſſint retinere, reſignant ſub penſione quanti plurimi, pag. 30. & ſeqq. parùm, ut fit in ſimilibus occaſionibus, habita ratione utilitatis Eccleſiæ.

Septimò, diſpenſando à reſidentia in Paſtoratibus, aut permittendo ſimiles eorum reſignationes. pag. 35. n. 34. 35.

Emendatio.

Emendationem promiſerunt ſemper, quoties fuerunt de abuſibus accuſati, promiſſa tamen neglexerunt.

Verbi gratia anno 1569. pag. 41 n. 68. & ſeqq.

Item antea anno 2559. occaſione querelarum Præſidis Viglii, de quibus. pag. 51. litt. A.

Item anno 1571. promiſerunt obſervare regulas à Cardinale Granvellano tranſmiſſas. pag. 87. n. 72. & ſeqq. & pag. 118. n. 123.

Item anno 1613. pag. 45. n. 99. & ſeqq. & pag. 32. & ſeq.

Et ne ad obſervationem emendationis præmiſſæ cogerentur, celarunt ſtatuta Viſitationis. pag. 49. n. 117. & ſeqq.

Sæpiùs etiam ſimularunt, & dixerunt ſe ſtatuta obſervare. pag. 48. n. 116. & pag. 50. num. 122. 123. 124.

Quod autem ſtatuta Viſitationis omninò neglexerint patet ex tota quæſtione 3. & 4. ſeu à pag. 30. vſque ad pag. 90.

Digitized by Google

Epiſcopus.

Epiſcopos eodem modo gravant quo Abbates. vide ſupra verbo *Abbas.*

Item quando Epiſcopi communis collationis exercitium pacis cauſa dividunt, loco unius nominationis Academici introducunt duas. pag. 227.

Excommunicatio.

Iuſtè, & meritò excommunicati, & denuntiati ſunt Nicolaus Meys, Petrus Mercelis, & Ioannes Danielis. pag. 184. uſque ad 192.

Excuſatio.

Lovanienſium frivolæ excuſationes plurimæ.

Primò circa acceptationes beneficiorum incompatibilium. pag. 31. n. 9. uſque ad num. 13. pag. 34. n. 29. & ſeqq. pag. 43. num. 86., & ſeqq. pag. 45. n. 100. & ſeqq.

Item circa acceptationes multiplices. pag. 85. n. 58. uſque ad n. 69.

Circa exceſſum taxæ, ſeu acceptationes beneficiorum taxam excedentium. pag. 98. n. 13. uſque ad n. 31, pag. 103. nu. 44. uſque ad n. 49. pag. 104. n. 50 & ſeqq. pag. 119. nu. 127. uſque ad n. 134. pag. 122 n. 146. & ſeqq. &c,

Circa Iuriſdictionem Conſervatoris. pag. 191. n. 224 uſque ad n. 251. &c.

Fraus.

Fraudes variæ, ut minores Magiſtri poſsint obtinere beneficia majoris taxæ. pag. 113. n. 93. uſque ad n. 112.

Incompatibilia.

Privilegia non extendunt ſe ad acceptationes beneficiorum incompatibilium. pag. 30. uſque ad pag. 75.

Beneficium aliquod acceptans perdit gratiam ad ſecundum, ſi hoc ſit incompatibile cum primo. pag. 31. n. 8. & ſeqq.

Procedit hoc in quibuſvis beneficiis incompatibilibus. pag. 31. item pag. 76. n. 43. 44. 45. pag. 37. n. 47.

Nec poteſt tenere ſecundum, etiamſi paratus ſit primum reſignare. pag. 53. & 64. lit. T.

Dictam acceptationem incompatibilium, ſæpiſſimè improbavit S. Sedes. pag. 38. n. 55. uſque ad n. 80.

Item Viſitatores annò 1615. pag. 42. n. 80.

Non deſierunt tamen Lovanienſes tàm ante, quàm poſt Viſitationem acceptare incompatibilia, & multa. pag. 33. num. 21. 22. 23. pag. 42. n. 82. 85. pag. 85. n. 55.

Vanæ, & laxæ rationes Lovanienſium pro tuenda acceptatione incompatibilium. pag. 43. n. 86. uſque ad n. 95. & pag. 46. n. 102, uſque ad n. 117.

Interpretatio.

Si quæ ſit in Privilegiis dubietas, interpretatio ſpectat ad concedentem, ſeu ad S. Sedem. pag. 184. n. 174. uſque ad n. 183.

Conſervatori non magis competit Privilegia interpretari, quàm cuivis inferiori. pag. 195. n. 148. 249.

Lovanienſes nullius Iudicis, Tribunali volunt ſubeſſe, ſed cujuſvis Superioris Tribunal declinant.

Primò nolunt ſubeſſe Ordinario loci, quia exempti ſunt, ſaltem quoad minora delicta, & cauſas civiles. Pag. 202.n.300. 301.

Concilio Brabantiæ, aut Privato.pag. 186. n. 193. uſque ad 300. vide ſupra verbo *Concilium*.

Nō Internũtio Apoſtolico,aut S.Sedi.p.205.nu.314. uſq;ad n.325.

Quod quantum à conceſſis Privilegiis exorbitet, patet ex dictis pag.196.197.

Non Concilio Mechlinienſi. pag.116.n.116.

Similiter conati ſunt aliorum Conciliorum Belgii declinare tribunal in materia taxæ.pag.117.n.119.item pag.108.

Rationes plurimæ quibus oſtenditur, quòd Iudicio Conſervatoris cognitionem jurium ſuorum non ſubmiſerit Pontifex. pag.172. uſque ad 185.

Lex, & legum laxatio.

LAxatio ejuſmodi eſt multiplex,primò quod velint uſum ſuum, & prætenſam interpretationem præferri rationi, & veritati. pag. 15.n.109.pag.19.n.129.uſque ad num.133.pag.40.n.64.

Secundò, quòd de qualitate diſpoſitionis beneficiorum dicitur, trahendo ad numerum ipſorum beneficiorum.pag.29.n. 9.& ſeqq. & pag.28.

Tertiò, Eminent. Card. S. Concilii Tridem. interpretum, ac ipſius Pontificis declarationi,cujus conſcii ſunt, contraveniendo.pag. 32.n.14.uſque ad n.25.pag.40.n.64.& ſeqq.

Quartò,diſpenſando à reſidentia in Paſtoratibus.pag.33.n.27. & ſeqq.

Quintò, legis eluſione ſtatuerunt licitum,quod ſciunt illicitum. pag.34.n.29.& ſeqq. pag.43.n.84.& ſeqq.

Sextò,Canonicatus, & Præbendas eodem jure cenſeri volũt quo ſimplices Cappellanias, ut ſic poſſint invadere plures Præbendas. pag.46.n.103.uſque ad n.112.

Septimò, ſtatuta Viſitationis à Pontifice confirmata, & à Principe approbata ſubjiciunt ſuo nutui,& pro arbitrio immutant. Pag.42.n.112. 113. & pag.49.n.121.& ſeq.pag.85. n.58. & ſeqq.

Octavò,dictæ Viſitationis Decretis ſubjiciendo alios,etiam Principem, ſe ipſos autem (quibus tamen conſtringendis facta ſunt) ab illis eximendo. pag.48.& ſeqq.

Nonò, cauſas in favorem Academicorum protrahendo contra expreſſos Canones, ut externi tædio gravati cedant.pag.196.197. 198.199.

Plura alia vide pag. 114.n. 44.45. pag.105. n.56.pag.113. 114. et 115.

Digitized by Google

115.pag.188.n.206. & ſeqq.p.191.nu.222.& ſeq.pag.121.n.138.139. pag.123.n. 157.& ſeqq.pag.134.n.229.230.

Magiſtri

Magiſtri ſunt duplicis generis, majores, ſeu ſeniores,& minores: quinam majores dicantur, qui minores. pag.96.pag.97.

Minores,ſeu juniores non poſſunt nominari, ſi habent in annuis proventibus pluſquam quadraginta ducatos auri de Camera, nec acceptare beneficia excedentia triginta ducatos ſimiles.p.97.n. 7.& 8.p.102.p.114.n.90.pag.121.n.142.pag.130.n.194.&ſeqq.pag.136.

Majores Magiſtri nominari non poſſunt ſi habent in proventibus annuis pluſquam. 130. olim 80. ducatos, nec acceptare beneficia excedentia in groſſis fructibus olim 60 hodie 100. ſeu florenos 400.aut parum amplius. pag.136.& 144.litt.M.

Magiſtrorum majorum,ſeu Seniorũ certus ſtatutus eſt numerus pag.112.n.80.pag 113.n.97.

Quibus modis diſtinctionem Magiſtrorum, & taxæ expreſsé traditam in Bulla Leonis,& Pauli eludant Lovanienſes. pag.93.n.15. 16.17.pag 100.n.27.pag. 115.n.109. 110.111.item pag.114. & pag. 119. uſque ad pag.136.

Menſis.

Super Controverſia an vacaverit beneficium in menſe competente Collatoribus Ordinariis Leodienſibus, an menſe Facultatis, cognoſcit Conſervator. pag.157.pag.187.n.197.

Non cognoſcit de Controverſia *an vacaverit in menſe Apoſtolico,vel Facultatis*.pag.157.

Nec ſi cum controverſia, an vacaverit in menſe ordinario, concurrat quæſtio de reſervatione.pag.187.n.196.uſque 210.

Qualiter hac in parte excellerint Lovanienſes in favorem Nicolai Meys,& Petri Marcelis. pag.189.& ſeqq.

Meys

Nicolaus Meys multipliciter exceſſit. Primò, acceptando tria ſimplicia beneficia. pag.190.n.214. cum Viſitatio tantum permittat acceptari duo.pag.81.n.5.& ſeqq.

Secundò, non referendo ad Acta quantum penſionis acceperit ſuper tertio.pag 190.n.216.217.218

Tertiò, acceptando quartum, imò quintum beneficium, id eſt Canonicatum, deinde Archidiaconatum in Eccleſia Leodienſi. pag.81.n.6.juncta pag.190.n.219.

Quartò,citando Adverſariũ coram Conſervatore.pag.190.n.200.

Quintò, contemnendo S.Sedis ſententiam,& excõmunicationẽ, qua innodatus eſt pag.193.n.221. & ſeqq.

Sextò, curando dictas ſententiam,& excommunicationem caſſari per Conſervatorem,aut certum ejus Aſſeſſorem, omni penitus

juriſdictione, & auctoritate hac in parte deſtitutum. pag. 191. n. 224. & ſeqq. alios actus nulliter exercendo. ibid. n. 222.

Marcelis.

Petrus Mercelis in iiſdem pariter exceſſit quoad cauſam Canonicatus Tũgrenſis, quia prius acceperat duo ſimplicia beneficia, & quidem eodem anno. pag. 227. n. 14.

Et per hoc factus fuit incapax fruendi ulteriùs privilegio, ut patet ex ſtatuto Viſitationis relato. pag. 79. n. 7. & alio relato. pag. 81. n. 6.

Idem legitimè damnatus, excommunicatus, aggravatus, & adminiſtrando Sacramenta irregularis. pag. 187. & ſeqq.

Merita.

Quæ merita Vniverſitatis in conceſſione privilegiorum ſpectavit Pontifex, an præterita, an futura. pag. 234. n. 48. 49.

Quęnam ſpectavit Rex quando interceſſit pro renovatione Privilegiorum. pag. 236. & 237.

An, & qualiter expectationi ſatisfecerint varii Academici. pag. 235. n. 50. uſque ad n. 55.

Nominatio.

Nominationes qualiter extendant contra tenorem Bullarum, tota quæſtione 1. 2. 5 6. ſeu pag. 1. uſque ad pag. 35. & à pag. 156. uſque ad pag. 157. & pag. 224. uſque 227.

Quàm malè diſtribuant eaſdem, tota tertia, & quarta quæſt. ſeu à pag. 30. uſque ad pag. 96.

Paſtor.

Paſtores varios, qui vigore Paſtoratuum, ſeu officii ſui conferunt beneficia, ſimiliter gravant indebitè ſicuti Abbates. vide verbo, *Abbas.*

Pluralitas Beneficiorum.

Quot beneficia poſſit quis obtinere vigore Privilegiorum Lovanienſium. pag. 70. uſque ad pag. 96.

Iudicium Præſidis Viglii ſuper dicta pluralitate pag. 51.

Iudicium Kuyckii Doctoris Lovanienſis. pag. 88.

Iudicium Doctoris Molani. pag. 94.

Iudicium S. Sedis. pag. 52. & pag. 67. litt. A A,

Iudicium Principis Alberti. pag. 57. litt. F.

Statuta Viſitationis ſuper acceptatione multiplici beneficiorum pag. 78. & ſeqq.

Statuta quæ fecit Facultas artium. pag. 80. §. *habet facultas*. uſque ad pag. 84.

Præſcriptum numerum qualiter violent. pag. 35. n. 34. 35. 36. pag. 85. n. 54. 55. pag. 189. n. 213. 214. pag. 86. n. 67. 68.

Frivolæ Lovanienſium rationes pro tuendo exceſſu, & laxitate huiuſmodi. pag. 85. n. 60. 61. 62. 63. pag. 68. in fine, & pag. 45. n. 101. & ſeqq.

Pontificis Summi collationes, quando vacant beneficia in ejus menſe, eo modo invadunt, quo Collationes Ordinariorum, quando vacant in eorum menſibus. vide proinde verbo *Abbas*, & verbo *Epiſcopus*.

Item violant diverſas Bullas Pontificias, v. g. in materia Lectionum Regiarum pag. 220.

Item invadendo Regularia beneficia, ut latiùs continetur in informatione D. Abbatis Averbodienſis brevitatis cauſa non inſerta.

Præſumit Rector cognoſcere de controverſiis fidei, & morum, quæ Pontifici Summo ſunt reſervatæ, aut ſaltem in prima inſtantia ſunt Epiſcopales, non Inferiorum judicum. pag. 206. n. 323.

Epiſcopalem autem juriſdictionem non habet Rector. pag. 202. num. 300. 301. nec cognoſcere poteſt de hæreſi *tomo* 1. *Edictorum Brab. pag.* 15. quod etiam viſis eorum Privilegiis priori ſæculo S. Sedes decidit, prout in ipſorum Actis poſt impreſſionem hujus opuſculi deprehenſum eſt, & plura alia ex demonſtratione anno 1667 deſuper facta, & Prædeceſsori moderni Internuntii trāſmiſſa, oſtenderentur, ſi opus foret.

Item invadūt Collationes Pontificias acceptando Sede vacante pag. 224. & ſeqq.

Item conferendo affectata. pag. 156. nu. 75. & ſeqq. pag. 160. n. 20. uſque ad n. 25. pag. 164. n. 51. 52. 53. pag. 166. n. 75. & ſeqq. pag. 160. n. 20. uſque ad n. 25. pag. 164. n. 51. 52. 53. pag. 165. n. 59. 60. 61.

Vel etiam reſervata ratione incompatibilitatis, aut multiplicitatis. pag. 189. num. 213. & ſeqq.

Item invadunt Pontificiam juriſdictionem, citando coram Conſervatore in cauſis, in quibus de reſervatione quæſtio eſt, aut de juribus S. Sedis, uti latè deducitur à pag. 157. uſque ad pag. 224. vide ſupra verbo, *Conſervator*.

Item caſſando, aut caſſari faciendo ſententias Rotales, aut Executorum Apoſtolicorum in cauſis reſervatis. pag. 191. n. 224.

Ad Pontificem ſpectat judicare de abuſibus. pag. 224. & ſeqq. & Privilegia a S. Sede conceſſa interpretari. pag. 9. n. 68. 69. 70. 71. vide verbo, *Interpretatio*.

Poteſt Pontifex ſalvis privilegiis per Delegatum intra muros judicare de abuſibus Academiæ, eorumque cauſis in prima inſtantia, & contraria prætenſio merus eſt abuſus. pag. 202. 203. 204.

Poſſeſsio.

Poſſeſſionem perperam jactitant ubi nulla eſt, pag. 2. nu. 19. & 20. uſque ad n. 25. juncta pag. 17. n. 117. uſque ad n. 130.

Inſigni laxitatis regula poſſeſſionem ibidem allegatam tuentur. pag. 19. n. 130. uſque ad n. 135.

Item aliam ſpeciem poſſeſſionis, ſeu abuſus tuentur ſimiliter. pag. 40. n. 64.

Item

Item in materia taxæ.pag.124.n.157. uſque ad n.169.pag.117.n. 119. 120.121. pag. 225. 226.

Item in acceptandis incompatibilibus. pag. 19. n. 131, pag.46.n. 102. & ſeqq. uſque ad n.113.

Refutatur prætenſa poſſeſsio nominandi ad vacans. pag. 17. vſque ad 25.

Item prætenſa poſſeſſio gravandi Collatores non habentes diſpoſitionem de pluſquam ſex beneficiis. pag.25. uſque ad 30.

Itẽ prætenſa poſſeſsio acceptandi incompatibilia.p.46.n.102.&ſeq. Item pag. 67. & 68. quam perpetuò improbavit S.Sedes. pag.38.n. 56. uſque ad n..80.& pag.43. 44.

Item prætenſa poſſeſſio acceptandi tria,aut quatuor, vel plura beneficia refellitur.pag.84. & ſeqq. uſque ad 93.

Privilegia.

Privilegia nominandi, & tractus conceſſa ſunt; Univerſitati, & Facultati Artium, non autem Principi.pag.231.n.25.& ſeqq.

Plura etiam conceſſa ſunt Principe non petente,ibid.n.26.ſed inſcio, & refragante.pag.175.n. 118. & ſeqq.& n.122.

Renovatio Privilegii nominandi per Gregorium XIII. conceſſa eſt gratioſè, & pro illa uti gratioſè obtinenda interceſſit Rex. pag. 231.n.27. 28. & pag. 235. et ſeqq.

Similiter gratioſè conceſſum eſt per Paulum V. Privilegium cõferendi. pag.232.n.31.uſque ad 36.

Idem de anterioribus nominandi Privilegiis cenſuerunt Belgica Concilia.pag.232.n.29.&30.

Rector.

Rectoralis iuriſdictionis abuſus varii. pag.260. & ſeqq. uſque ad 206. Item.pag.222.litt.DD.& 223.

Refelluntur d. p.200.& ſeqq.

Renſon.

Iacobi Renſon inſignis atteſtatio.pag. 68.& 69.litt.BB.

Reſervata, Reſervatio.

Reſervatio in corpore juris clauſa latiùs accipitur in indulto Paulino, quàm in anterioribus juribus, aut quàm in authoribus variis. pag. 149. n.23. & ſeqq.

Item aliter accipitur reſervatio in indulto Paulino, quàm præcedentibus indultis nominandi. pag.227.n.1.uſque ad 9.

Tres ſunt in indulto Paulino ſpecies reſervationis, et affectionis clauſæ in Corpore Iuris.p.152.n.39. uſque ad n.47. p.228.n.5.6.7.8.

Particula, *alids*, in indulto Paulino §.*in prædicta*,non eſt identificativa reſervationis prius expreſsæ,ſed diverſitatem denotat.p.152.nu. 40. & ſeqq. & p.228. n. 7. uti etiam accipitur in eadem Bulla §. *&* *quatenus*, in erectione Univerſitatis; in Bulla Conſervatoriali Martini V. in Bulla Eugenii *de fructibus*, in Bulla ejuſdem de non *promovendo*, in Conſervatoriali Bulla Pauli II.Sixti IV. Leonis X. Gregorii XIII. inſertis in libro Privilegiorum.

Re-

Reſervatio Extravagantis *ad Romani* eſt clauſa in Corpore Iuris, ſecundùm mentem indulti Paulini. pag.146. uſque ad pag. 157.

Idipſum probatur latè ab Auctoritate Wameſii, & aliorum plurimorum.ibidem.

Rex

Regiæ Collationis jura quomodo etiã impetũt.pag.220. litt.CC.

Scaille.

Rationes,propter quas Doctor Scaille injuſtè, & perperam impedit proviſum Apoſtolicum frui jure proviſionis Pontificiæ, ſeu Canonicatu Cynacẽſi,pag.30. uſque ad 96.

Primò,quia prius vigore Privilegii obtinuit Paſtoratum. pag.33. n.25. 26. idque antequam haberet ætatem ſufficientem. d.n.25.

Deinde Canonicatum Antonienſem ibid.n.27.et p.68.litt.BB.

Item pingue beneficium in Flandria. ibidem,et p.33. n.26.

Et ſic Canonicatus Cinacenſis ipſi prætensè à Decano Facultatis collatus, fuit quartum beneficium, et tertium incompatibile, cujuſmodi acceptatio repugnat Privilegiis.pag.32.n.14.15.16.17. pag. 53.pag.56.pag.64.

Item repugnat juri communi,ſeu Clementinæ Gratiæ de Reſcriptis. p.31. n.8.uſque ad n.14.p.334.n.31.et 32.p.76.n.42.43. 44. 45.

Item diverſis Apoſtolicæ Sedis Decretis p.38.n.55.uſque ad n.75.

Item judicio ſuæ Majeſtatis,ſeu organi ipſius Præſidis Viglii.pag. 51.lit.A.necnon Sereniſs. Principis Alberti.pag. 57.lit. F.

Item Tridentino Concilio pag.36. & 37.nec non pag.88.uſq; ad 96.ac ſtatutis Viſitationis. p.44.n.94.95.pag 82.n.7.pag.81.n.6.juncta pag.72.n.19. uſque ad num.38.

Omiſit referre in Acta quantum penſionis accepiſſet ex dicta Prebenda Antonienſi.pag.87.n.73.& ſeqq.

Ineptæ Viſitationis,ac prædictorum Iurium allatæ pro Doctore Scaille,aliiſque proviſis Academicis explicationes,aut potiùs corruptiones v.g.quòd non acceperint omnia illa beneficia ex parte ejuſdem Indulti. pag.43.n.86.refutatur ibidem n.87.& ſeqq.& pag.38. n.54.uſque ad num.67.

Aut, quòd Præbendæ Cynaconſes, Dionantenſes, ac ſimiles reputari debeant pro beneficiis ſimplicibus. pag.46. n.104. refutatur ibidem n.105. & ſeqq.

Item quòd Privilegia permittant eundem ſæpius nominari. pag. 31.n.6. cui reſpondetur ibid.n. 7.& ſeqq.& p. 76.n.42.uſque ad 47.

Similes exceſſus quoad multiplicitatem commiſerunt circa Licentiatum Scleſsin, eundem etiam à ſcrupulis eximendo.pag 83.

Hilarii van Werm, & Iacobi Pontani exceſſus in favorẽ ſui Collegæ.ſeuDoctoris Scaille.pag 47.n.110.p.196.n.252.uſque ad n.269.

Sententia.

Sententias falsò jactitant.pag.20.n.135.136.

Senten-

Sententiæ diverſæ contra Academicos in materia Privilegiorum latæ in favorem eorum,qui non habent pluſquam ſex beneficia cōferenda.pag.28.et 29.

Statutum

Statuta Viſitationis habentur.pag.78.79.80.n.7.et 8.

Statuta quæ paulò poſt Viſitationem fecerunt, et articulum ejuſdem ſeptimum immutarunt, habentur.pag.80.81.82.83.

Malè prætendunt,quòd in ſtatutis viſitationis poſsint pro arbitrio diſpenſare. pag.47.n. 112.quod refutatur. pag. 48.n.113.114. 115. pag.49.n.124. et ſeqq pag.83.lit.B.

Taxa.

Taxa duplex, patrimonialis, et beneficialis, de beneficiali vide p.96.n.1.uſque ad n.10.

Beneficialis, iterum eſt duplex, ſcilicet ducatorum 30. pro minoribus Magiſtris. ibidem.centum pro mâjoribus.p. 134.n.225.

Taxa Patrimonialis minorum Magiſtrorum eſt ducatorum 40. p.121.n.142.144.et pag.124.n.158. majorum eſt ducatorum 130. pag.121. n.141.

Quod tempus inſpici debet pro æſtimatione taxæ. pag.128.n.175. uſque ad n.209.

Lovanienſes volunt inſpici tempus dati Privilegii.p.144 ut probationem, quam in Adverſarios conjici volunt, reddant impoſſibilem.p.134.n.229.uſque ad n.233.

Refutatur.pag.126.à n.175.uſque ad n.209.et pag.99.n.20.uſque ad n.46.

Reſpōdetur juribus pro eorum parte.p.132.n. 209.uſq.ad n. 220.

Pro Augmento taxæ ſollicitarunt ſæpiùs p.108.n.63.et ſeqq.

Beneficia primi ordinis excedunt taxam minorum magiſtrorum p.111.n.81.et ſequentibus,et pag.140.et pleraque ſecundi ordinis ibidem, et p.142.

Beneficia primi ordinis habentur.pag.80.num.2.ſecundi ordinis. ibid. n.4.

Variæ Artes Lovanienſium ad tollendam taxam. et invadenda quævis beneficia. p.113.n.95.uſque ad n.108.p.121. n.116.uſque ad p.155.

Vacare.

Vacantia tempore nominationis beneficia acceptari nequeunt à nominatis.p.1.uſque ad 30.et p.232.n.233.nu.43.44.45.

Vana Vameſii,Ioannis Blanche,et aliorum refelluntur argumēta.p.3.uſque ad p.15.pag.20.21.22.23.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google